
THEODORI HO
PINGI
Tractatus de
PRISCO ET NOVO
IURE
S IGILLORUM


IN EFFIGIEM
Dñi Theodori Hoppingi, I C. Viri Cla.
THEODORUS HÖPINGK. IU. DOCTOR. HISTORIARUM ET ORATORIÆ PROFESSOR. NATUS SUSATI WESTPHALORUM DIE XV. IANUARII ANNO M.D.XCI.
Aere micat facies HÖPPINGI: Cætera mentis
Dona vel è scriptis ingeniosa patent.
In facie candor: Sed in ipsis clara libellis
Vivit, et eximii regnat imago viri.
P Troschel sculp.
Iohan Petrus Lotichius Med. D Acad. Marp. Profess. Publ.

DE

SIGILLORUM PRISCO ET NOVO JURE

TRACTATUS PRACTICUS

CXXX. CONCLUSIONIBUS ET AMPLIUS, CUM INFINITIS AMPLIATIONIBUS, LIMITATIONIBUS, Declarationibus, Extensionibus & Illationibus absolutus:

EORUM

APPELLATIONES VARIAS, ET QUID SINT? ANNULORUM ANTIQUITATEM, ORIGINEM, INVENTORES, NOMenclaturam, Causam gerendi, Discrimina, Formam, Gestandi modum, Ornatum, Hieroglyphica, Finem, Effectus, Usum, Abusum: BULLÆ Etymologiam, Papalis ac Imperialis aureæ, & Sigilli Plumbei Originem, Causas sive Hieroglyphica, Descriptionem, Differentiam, Genera: Bullam scilicet Auream, Argenteam, Plumbeam & Ceream, BREVE APOSTOLICUM & ANNULUM PISCATORIS: Divisiones Sigillorum plurimas: Personas his utentes, vel minùs: Custodiam, CHARTAS BLANCAS: Res Sigillis firmatas: Imagines, Characteres, Inscriptiones, Ligaturâ, Locum & Ordinem imprimendi: Numerum, Multitudinem & Emolumenta: Usus, Fines, Effectus, Vim & Potestatem: Probationum, Præsumptionum, & Recognitionum amplissimas sedes: Ut & impugnandi ea modos diversos cum Pœnis: Affines denique SUBSCRIPTIONES, Vocis Etymon, Definitionem, Divisiones; Personas subscribentes, Scripturam subscribendam, Causas, Ordinem, Formam, Fines, Effectus, Defectus, Pœnas abnegantium: ac reliquum Sigillorum cognatum genus, nempe Imperatorum, & aliorum Regum, tum & Notariorum ac similium SIGNA: Cretas, Carbones, Cifras & Merchas

EX

MEDIA JURISPRUDENTIA, HAUD NEGLECTIS SACRARUM literarum fontibus, Cameræ Imperialis, aliorumq; Senatuum & Curiarum Decisionibus, Præjudiciis & Votis, insertisque ubivis & in Conclusionum, & Controversiarum variarum resolutione, omnique tractatione Antiquitatum & Historiarum flosculis

Promens & exponens:

AUCTORE

THEODORO HÖPINGK SUSATENSI WESTPHALO, J.U.D. Imperialis Cæsareiq; apud Friedbergenses Castri Advocato & Syndico.

Cum Capitum Summis, Rerum & Verborum Indicibus consummatissimis.

Noribergæ, Typis & Sumptibus VVolffgangi Endteri. An. 1642.

Ex libris Io. Bapt. Lizzani Romani Apost. Cæren. Mag.

ILLVSTRI,

NOBILISSIMO ET AMplissimo Senatus Cameræ, quam vocant, Imperialis, JUDICI sive Præsidi totique ejus Ordini Augustissimo Integerrimoq;.

Salut. & observantiam.

SEponite paulisper, Generosissimi Justitiæ PATRONI, gravissimas curas illas, quibus saluti & incolumitati Sacri Romani Imperii invigilatis, & benevolis auribus excipite, quid afflictissima vidua vobis expositura siet. Maritus mihi fuit exoptatissimus, THEODORUS H PPING, J. U. D & quondam in Academia Marpurgensi Eloquentiæ & Historiarum Professor, deinde Imperialis Castri Fridbergensis Consiliarius & Syndicus, Vir, quem Musa vetabit mori,

quemq; livor ipse post fata quiescere sinit. Is, nescio, quâ fatorum malignitate, ob litem aliquam exortam tribunal vestrum implorare coactus est, & per annos aliquot Spiræ subsistens ingenti cum admiratione vidit, quantum Justitiæ rigorem cum privatæ conversationis humanitate conjungere sciatis. Dum Spirâ redux cæterorum Generosissimorum Nobilissimorumq; Imperialis Cameræ Assessorum insignem benevolentiam non satis laudare potuit, sed religioso silentio colendam & venerandam existimavit, gratâ nonnunquam exclamatione erupit, ac me, simul liberosq; meos omnia fausta precari jussit, cùm cæteris Dnn. Assessoribus, tùm inprimis Generoso & Nobilissimo Domino, ABRAHAMO à SCHLEINITZ, singulari illi Nobilitatis Germanicæ ornamento, quem tam stupendæ eruditionis raræq; sapientiæ virum esse ajebat, ut, etiamsi natura non voluisset eum nasci Nobilem, dignus tamen esset, quem sola Virtus nobilitaret, & ad summa honorum fastigia extolleret. Neq; immemor erat Nobilis & Consultissimi Viri, Dn. JOHANNIS WOLFGANGI Auwern/ *IC. eximii & Assessoris gravissimi, piæ memoriæ, cujus commendationi & amplissimo favori inter alia hoc quoq; tribuebat,*

buebat, quòd ex Imperiali Heilbronnâ 26. Maji, & 17. Junii Anno CIↃ IↃC XXXIIX. literas acceperit, quibus ad suscipiendum officium Syndicatûs, oblato satis splendido salario invitatus fuerit. Sed hanc honestissimam conditionem ob temporis injuriam militumq; ibidem commorantium, & duriter populum tractantium, copiam, modestissimè recusavit, & suam interim operam civitati consulendo seu obtulit, seu præstitit. Interim, ut humilimam pectoris sui gratitudinem aliquo documento publico testari possit, semper meditatus est. Et proinde, quantum per alia negocia licuit, perfecit raros illos tractatûs, quos olim horis succissivis, vel potiùs furtivis, inter operas Professorias & Avocaturæ novo quodam & fortasse nondum tentato ausu, de INSIGNIUM NOBILITATIS, vulgò ARMA dictorum, USU ET JURE exorsus est, in quibus scriptis vario schemate inculcavit ea, quæ generosum animum decent, simulq; damnatos seculi mores perstrinxit, & ad rectè gloriroseq; vivendum, per NOBILITATIS IMAGINES, CHARACTERES & SIGILLA, jucundissimis undiq; inspersis discursibus, iter & viam monstrare non sine ingenti labore conatus est. Postquam verò

 alterum

alterum dignum judicavit, quem deponeret ad pedes invictissimi Gloriosissimiq; Monarchæ, FERDINANDI III. Romanorum Imperatoris semper Augusti, Victoris & Triumphatoris illius felicissimi: Proposuit hunc alterum de SIGILLORUM NOVO ET PRISCO JURE, vestris immortalibus Nominibus consecrare, simulq; humilimas gratias agere pro amore & benevolentiâ in se collatâ. Sed dum meditationibus his implevit gratum pectus, & jamjamq; manũ operi in publicam lucem emittendo injiceret, non sine ingenti meo meorumq; luctu piâ morte vitam hanc temporalem finivit. Quemadmodum igitur cætera, quæ optimus Vir quasi per Testamentum mihi mandavit, diligentissimè exequor; Ita & hoc in casu ultimam ejus voluntatem promovere volui, quæ fuit, ut Vobis, GENEROSISSIMI NOBILISSIMIQUE VIRI, monumento hoc publico observantiam suam declararet. Et potuisset hocquidem meliùs peragi per fratrem ejus optimum Virum, Nobilem & Amplissimum DAVID. HOEPPINGUM, J.U.D. & Reipublicæ Spirensis Syndicum fidelissimum; Sed & hunc fata mihi abstulêre, ut orbitas & mœstitia

mea

mea augeretur. Proinde accipite jam, Generosissimi Nobilissimiq; Viri, ex manibus afflictissimæ & toto pectore mœstissimæ viduæ, quicquid est, quod vobis humilimè offert, non alio fine, quàm ut debita optimi mariti solvat, & gratitudinem jam jamq; morituri pectoris patefaciat. Quamdiu vitam hanc protraxero inter illas ærumnas, quibus his potissimùm ferreis & calamitosissimis temporibus obvia est Viduarum conditio, non desinam imitari pia vota optimi & desideratissimi Mariti mei, p. m. quæ pro vestrâ privatâ & publicâ Romani Imperii salute non rarò ad cœlum mittebat: Et liberos quoque meos impuberes sedulò docebo, ut piis precibus vobis à DEO impetrent, quod neque maritus meus, neque ego pro exhibito favore reddere potuimus.

Neque dubito, Magni Patroni, Vos affectum illum, quo dilectissimum maritum meum vivum amplecti dignati estis, continuaturos, & me quoque potenti vestro patrocinio non indignam judicaturos.

DEus Pater Domini nostri Jesu Christi Vo-

bis omnibus largiatur, quicquid conceptis Votis optatis, Ita Valete, ô magnæ Justitiæ columnæ, & vivite diu & feliciter. *Dabantur Marpurgi, Idib. Novemb. Anno* cIↄ. cIↄ. XLI.

Illustr. Nobiliss. & Ampliss.
Dominationum Vestrarum

æternùm devota & humilima

Anna Catharina à Rehe / Doctoris Theodori Höppingi, p.m. Vidua, &c.

In

In Nobilis, Clarissimi & Excellentissimi Viri,

Dn. THEODORI HöPPINGI, JC. eminentissimi, &c. Tractatum insignem, de Annulorum & Sigillorum prisco ac novo jure, &c.

Nobilium digitos cur aureus annulus ornet?
Cur servos cõtrà ferreus orbis amet?
Cera quid in scriptis signet, quid gemma, tabellis?
Cur prisci jactent arma superba patres?
Si cupis è propriis cognoscere fontibus isthæc,
Scilicet *Höppingus* plura, vel ista, dabit.
Thesauros dices, quos edidit ille, libellos:
Authorem celebrat nobilis iste labor.
Ergo Sigillorum quicunq; ab origine fontes,
Armorumq; cupis nobile nosse decus:
Volve manu crebrâ, *Theodori* volve libellos;
Rebus & eloquio copia dives inest.

Honoris & amoris ergò scribebat Marpurgi,
4. Cal. Maji, Anno 1639.
Georg. à Lettow in Plötzke Eq. Pom.
Consiliar. Hass.

In

Posthumum quidem, haut tamen exterricinium Fœtum Dn. D. Theodori Höpingi JC. Clarissimi τοῦ ἐν ἁγίοις, de Sigillorum, Annulorum, Bullarum &c. jure.

VUlgus ait, periit patulum qui corpore mundum
deserit ac ponit mobile carnis onus;
ast fallit demens: nam corruptibile tantùm
abjicit, atq; oneri quod fuit, hocce perit.
Queis etenim mentem coluit Virtutibus atque
Artibus, his ipsi vita perennis adest.
Vita perennis adest, quam non aufferre Laverna,
nec Bellona potest turbida ferre manu,
nec valet Ætnæis Vulcanus tollere flammis,
nec sorbere suis fluctibus unda sali.
Hocq; minus Patriæ curas quo Lege lenivit
juvit & auxilio consilioq; magis.
Hanc THEODORUS agit vitam Höpingk, qui pius Artes
& Leges Helicen censuit esse sibi,
Corpore quem sequitur defunctum Fœtus in ævum
victurus, patris & nonperiturus bonos.

f. Francof. ad Mænum
Ludovicus von Hörnigk / LL. Med. & Phil. D. Consil. & Com. Pal. Cæs.

In

III.

IN TRACTATUM

De Annulis & Sigillis

Viri Clarissimi & Consultissimi,

Dn. THEODORI HöPPINGI, *JC. &c.*

Collegæ quondam, Affinis & Compatris sui honorandi.

Quod tibi de *prisco* placuit, Clarissime Doctor,
Deque *Sigillorum* scribere *jure novo*:
Hoc gratum multis, hoc delectabile multis
Fiet, & hoc multis utile fiet opus:
Et jam grata tibi præbebunt pectora grates,
Et laudes dignas, præmia certa, dabunt.
Höppingi Doctor, liber hic post funera vitam,
Æternumq; tibi nomen in Orbe feret.
Hinc & motus ego meritum hoc agnosco, beoque
Versibus hisce meis, laudibus hisce meis;
Nec tibi per fictas laudes applaudo, vel ulla
Blandimenta, bonis semper acerba Viris:
Sed precor, ille novus fœtus tuus exeat, olim
Perque plagas felix quaslibet Orbis eat.

Marpurgi M. DC. XLI.

Johannes Kornmannus J. V. D. Consiliarius Hasso-Darmstadinus & Pandectarum in Academia Marpurgensi Professor ordinarius.

In

IV.

In Opera

De

Annulis & Sigillis

Clarissimi & Consultissimi Viri,

D. Theodori HöppingI, JC.

VNde Sigillorum veteres in imagine gemmæ:
Condecorent priscos unde vel arma patres:
Cur scriptis extet plumbum: cur cera tabellas
Ductilis antiquis usibus apta notet:
Maximus hæc Cæsar, cur hæc Insignia gestent
Præcipuâ magni nobilitate Duces:
Annulus ingenuos ornet cur: dextera servi:
Cur sit verberibus digna, vel apta, magis:
Hæc, & multa, suis Theodorus pulcra libellis
Disserit, & caussas, ceu gravis autor, habet.
Arte laborati mihi vos salvete libelli,
Quos dedit HöppingI nuper amica manus?
Scilicet authori statuetis longius ævum,
Possit ut haud vitæ de brevitate queri.
Felix, quisquis amat sic vivere, vivere tandem
Rectiùs ut vita deficiente queat.
Hoc tibi contingit, Theodore! per ora virorum
Vt nunc post obitûs, & tua fata, voles.

Marpurgi, M. DC. XLI.

f.

I.P. Lotichius D. Medicus Acad.
Marpurg. P.P.

Viro

Viro Consultissimo

Dn. Theodoro Höpingio,

Excollegæ, & tamen Amico suo Charissimo, &c.

SIt te velimque debeamque versibus
Deprædicare pauculis, ob literas
Et eruditionis altitudinem
Hoc factitarem: & ædepol jam publicas
Quod in recessu mentis abditum fuit.
De jure prisco INSIGNIUM, quæ vel vetus,
Vel quæ recens Quiritium imperI status
Excogitavit, jam probant & ritibus
Et usitatis moribus planè efferunt
Regesque Principesque Summi & Infimi:
Seu Pax serena rideat, seu turgeat
Bellum frematque diritas discordiæ.
Hæc, inquio, politi operta pectoris
Efferre lucis in diem docto stylo
Mens est tibi, rarissima hæc nec omnibus
Fuere nota: sed quid his paraveris?
Nomen perenne, literisque publicis
Per Orbis oras quaslibet laudaberis.

Honoris & gratulationis ergò Marpurgi faciebat, anno 1640. M. Martio

Conradus Bachmannus, Milsungensis Hessus, Poëtices Professor.

)()()(Ad

Ad Nobiliss. Ampliss. atque Consultiss.
Viri

Dn. THEODORI HöPINGI J.U. D. &c.

Tractatum Posthumum
DE JURE SIGILLORUM
EMBLEMA.
Examen Apum Authoris Sepulchro sese agglomerans.

————HINC MELLA FLUUNT EUNOMIÆ.————

Cives mellifici sub horto amœno
Gnari purpurei decora veris
Dona carpere bombilante motu,
Quis vos huic tumulo labor cöercet?
Quæ vos æra vocant Hymetto in alto?
Dum Lessum modò tinniunt *Camœnæ,*
Et flent Castalidæ novem Sorores!
Certè, si capio, cohors tenella
Confers plurima dulcia atq; grata:
HöPINGI ingenio ut Suave acumen,
Sic opes geris Atticasq; ceras,
Obsignare *volens* perenne Nomen,
Quod Insignia* *plura promeretur.*
Dulce *est sic* Apibus mori secundis!

*Illustre enim opus ejusdem Autoris DE INSIGNIBUS jam sub typis madet.

Scribebat
Georg-Philippus Harsdörffer.

Non

NOn tantùm nobis nati ſumus; Aurea verba
Hæc Latii eloquii Tullius author habet:
Non tantùm nobis nati ſumus: Ecce ſibi unâ,
Nec minimâ exquirit Patria parte lucrum:
Parte fruique volunt aliâ & ſeptemplice amici:
De ſerâ an taceam poſteritate loqui,
Quid ſibi abinde velit,ſibi quid vel abinde requirat?
Fermè vel totum hîc vendicat ipſa ſibi:
Cônſulere Hôppingi voluiſti hiſce omnibus: hoſce
Publicâ ubi libros das benè luce frui.
Hîc capit,ecce! ſua ex te debita patria terra;
Immò ſua hîc omnis commoda,& Orbis habet.
Ecce ferunt ex te & ſua debita debita amici,
Et victura-olim commoda poſteritas:
Qùum das in lucem poſt regum Inſignia ſcriptũ hoc,
Priſca nova & quæ jam jura Sigilla ferant.
Hôppingi,his ſcriptis præclaris creſcere macte,
Atque tuum nomen ferre per ora hominum!
Fata inviderunt tibi ducere ſtamina vitæ, hîc
Ultra ſic vitam protrahe tu ulteriùs;
Nomine,honore, tuis & vivito laudibus usque.
Dignum laude Virum Muſa mori Orbe vetat.

M. Cunradus Matthias, Philologo-Critices Profeſſor Marpurgi publicus.

INDEX CAPITUM,

Paragraphorum & Rubricarum.

Proprio, Alieno: III. Proprio & Communi: IV. Majore, Minore. V. Formali, Informi. VI. Consveto sive Solito, ac Deputato, Inconsveto, Insolito, nec Deputato: VII. Ñoto, Ignoto. IIX. Vero, Falso. IX. Auctoritatis, Solemnitatis, Testimonii, Consensus, Ratificativo & Confirmatorio Sigillo.

CAPUT QUINTUM.

De his, quibus jus Sigillandi competit, vel minus.

CAPUT SEXTUM.

De Custodia Sigillorum & Chartis blancis sive vacuis, vulgò Blancketen.

CAPUT SEPTIMUM.

De Rebus, quæ Sigillis firmantur.

CAPUT OCTAVUM.

De Imaginibus, Simulachris, Insignibus sive Armis, Rebus gestis ac similibus: Characteribus: Inscriptionibus: Ligatura: & apponendorum Sigillorum Loco ac Ordine.

CAPUT NONUM.

De Numero, Multitudine, & Emolumento Sigillorum.

CAPUT DECIMUM.

De Vsu: Fine: Effectibus, vi & Poteſtate Sigillorũ.

CAPUT UNDECIMUM.

De Probationibus Sigillorum in genere: Publici & Privati Sigilli in ſpecie ac ſejunctim: & Vtriusq; conjunctim.

CAPUT DUODECIMUM.

De Præſumptionibus Sigillorum: ut & Sigillo ſuſpecto, ſivè non probante.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

De Recognitione Sigillorum, Qui nempe recognoſcant? Quæ Sigilla recognitione opus habeant, vel non? In quibus cauſis Recognitioni locus ſit, vel minus? Quomodo & qualiter fiat Recognitio; & quæ ut fidẽ mereatur, requirantur? Quid ſi pars recognoſcere nolit, vel falsò diffiteatur, agendum? Quando recognitioni locus ſit, vèl nõ: Et cujus illa partis fiat Sumptibus? Vtilitates & Effectus Recognitionis qui?

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

De Modis, quibus Sigilla impugnentur, utpote Falſo:

ſo: Litterarum Sigillo clauſarum Aperturâ: Fracturâ, Corruptione, Remotione, Inciſione, Reſignatione, Depoſitione: Turbatione, Mutatione, Ablatione, ſive Repetitione, Defectu, Amiſsione, Abuſu Sigilli ac Signi: & Pœnis.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

De Affinibus Sigillorum Subſcriptionibus, earum Appellationibus: Definitione: Diviſionibus: Perſonis ſubſcribentibus: Scriptura, Cauſis, Ordine, Formâq; Subſcriptionem exigente, vel non: Finibus, Effectibus, Defectibusq́; Pœnis.

CAPUT DECIMUM SEXTUM & Ultimum.

De Reliquo Sigillorum Affini genere: Signis Imperatorum & aliorum Regum: Signo Notarii & ſimilium aliorum, quid & quotuplex illud? An Signum hoc ad ſubſtantiam Inſtrumenti neceſſarium? An mutationem admittat? Effectu, Interpretatione & apponendi Signi Loco: Signis ſimilibus aliis, Cretâ, Carbone, Literis, Cifris, Merchis.

CAPVT

CAPUT PRIMUM.

DE VARIIS SIGILLORUM APPELLATIONIBUS: ET QUID SINT?

SUMMARIA.

Per verba in rerum cognitionem provehimur.
2. *Sigillum quidam dictum putant à sigillo, quod parvam statuam denotat.*
3. *Controversa est vocis sigilli originatio.*
4. *Sigillorum sive Imaguncularum harum quæ materia?*
5. L. quæsitum 12. §. Papinianus. 23. D. de fund. instr. legato, expositio.
6. *Sigillum alij, & quidem rectiùs diminutivum à signo esse ferunt.*
7. *Circumcisio quo sensu sigillum justitiæ & fidei esse dicatur?*
8. *Signa & Sigilla simulachrorum, quid? & quomodo Græci ea appellent?*
9. *Scyphi sigillati, sunt qui sigillis ornati.*
10. *Sigillaria & Festa sigillaria quid apud Romanos? remissivè.*
11. *Sigillum & sigillatum pro cælatis operibus ut plurimum sumptum.*
12. Textus juris de Sigillis loquentia enodantur.
13. *Sigilla pro anulis ferreis muris appositis.*
14. *Sigilla pro characteribus & amuletis collo appendi solitis.*
15. *Sigillum pro titulo sive foramine, ubi Reliquiæ ponuntur.*
16. *Sigillum & Titulus unde has suas habeant appellationes?*
17. *Sigillum in Sacris pro Secreto.*
18. *Confessionis Sigillum quid?*
19. *Sigillum qua ratione ad Confessionem traductum?*
20. *Conscientiæ Sigillum quid?*
21. *Silentij monumentum Sigillum.*

22. Sigillum rem valdè gratam significat.
23. Sigilli vox latissimè patet.
24. Signorum sive sigillorum diversitas.
25. Sigillum propriè quid sit?
26. 27. Sigilla etiam signa dicuntur: & Signare est sigillo obfirmare.
28. Signatæ tabulæ &c. quid?
29. Assignare & assignatæ tabulæ quid?
30. Subsignare varia significat.
31. Consignare quid?
32. Consignatio non cadit in animalia.
33. Signa alia à Sigillo per Epitheton JCti distinguunt.
34. 39. Sigillum idem cum Anulo signatorio:
35. Etiam quoad materiam probationis.
36. Anulum, quem vocat Jus Civile: Sigillum Jus Canonicum appellat.
37. Sigilli vocis mentio etiam fit in Codice Justinianeo.
38. Anuli pro Sigillis.
40. Anuli sigillaris tanta vis est, ut ipsius sigilli.
41. Signi, Anuli & Sigilli differentia.
42. Signum æquanimitatis quodnam fuerit Antonino Pio.
43. Sigilla idem quod signacula.
44. Signum aliquid esse potest, quod non sit signaculum.
45. Sigilla, signa, sigla & singula indifferenter sumpta.
46. Signatura pro sigillo.
47. Signatura propriè quid?
48. De Signatura beneficij possessionem tribuente remissivè.
49. Signatura vel est Gratiæ: vel Justitiæ.
50. 52. Signatur oder Transfix *de stylo Cameræ Imp. quid?*
51. Copia signata quid?
53. Signatores qui ita dicti?
54. Signatorij testes.
55. Signatæ tabulæ.
56. Signatum vox Veteribus trita, ut Signata virgo.
57. Signator Cardinalis quis?
58. Sigillus pro Sigillo.
59. Secretum pro Sigillo.
60. Signetum barbari sigillum appellant.
61. Signeta sunt alia signa præter Anulos signatorios.
62. Signeta cum anulis signatorijs magis conveniunt.
63. Galli & Belgæ, un signet, dicunt.
64. Germanicè Sigel / Insigel / Pittschafft vocamus.
Item Bytschad oder Handzeichen.
65. Vocis Pittschafft *notatio.* & n. 67.

66. Pet-

CUM †verbis in rerum cognitionem protrahi plusquàm tritum sit, de Sigillorum jure tractaturus, convenientissimum esse duxi, primò ipsam vocis Nomenclaturam investigare & ita viam ad altiora aperire. 1

§. I.
ETYMON SIGILLI.

SUNT † qui Sigillum metaphorικῶς ita dictum putant à Sigillo, 2
hoc est parva statua sive imaguncula, qualem in sigillis, obsignandis literis dicatis, observamus, qualiaq; in ædificijs: *l. quæsitum.12.* §. *Papinianus. 23.* ibi: Sigilla & statuæ fixæ non continentur. *D. de fund. instr. legat. l. æquissimum 13.* §. *sed si ædium 7. D. de Ususfr. l. cætera 41.* §. *proinde 13. de legat. 1. l. fundi 17.* §. *Castella. de Act. empt. l. et si 19.* §. *Idem Celsus. de aur. & arg. legat.* pediculis argenteis: *l. pediculis 32. in prin. Eodem.* Candelabro: *l. in rem actio. 23.* §. *si quis rei suæ. 2. D. de rei vind.* & Patellis fuisse legimus apud Cicer. *in Verr. action.* Plin. *lib. 36. n. 24.* Guil. Budæus *ad d.* §. *Castella.* Sim. Schard. *in Lex. jur. voc. Sigilla.* Marcell. Donatus *in Dilucid. Sueton. in August. cap. 5. pag. 452.* & alij à me *Tract. de Jur. insign. cap. 17. n. 20. & 21.* relati.

Verùm, † quod Casp. Anton. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens.* 3
100. n. 4. & seq. relato etiam à me *d. tract. cap. 1. n. 50.* Sigilli vocem *in dd. LL.* non de statuis, sed insignibus & armis accipienti magis, quàm Budæo & alijs subscribendum sit, non puto. Nam apud Ciceron. *lib. 1. de Natur. Deor.* ita legimus: Negare Deos non audes, sapienter id quidem, etsi hoc loco non populum

metuis, sed ipsos Deos. Novi ego Epicureos omnia sigilla numerantes: *hoc est*, vt explicat Ioan. Baptist. Hansen. *Libr. de Jurej. Veter. cap. 14. pag. 84.* omnes Imagunculas adorantes & co-
4 lentes more Græco. Sic † apud Procopium proditum est literis, Theodorici Regis Sigilli (quod ex gemmis fictum erat) in excessu ejus, caput defluxisse: ventrem, pectus, brachia in obitu Amalasunthæ filiæ ejus; femora & pedes dilapsos obeunte Athanarico. Habuit & Augustus Imp. in Laurario Sigillum Marcelli ex preciosis lapillis, quod sæpè exosculabatur. Et hæc sigilla è lapillis & gemmis facta simulacra fuisse, pluribus docet Iul. Cæs. Bulinger. *lib. 1. de Pictur. & Statuaria cap. 19. pag. 76.* De Dionysio Siciliæ Tyranno scribit Lactant. *lib. 2. Divin. instit. cap. 4. pag. 112.* quod pateras, & exuvias, & parva quædam sigilla, quæ protentis simulacrorum manibus tenebantur, detraxerit. At-
5 que † ita *d. l. quæsitum 12. §. Papinianus 23. in not. ibid. lit. R.* intelligit Dionys. Gothofr. quod nempe sigilla ibi sint signa habentia formam Deorum, vel Hominum; vel vt Sabellic. *in paraphras. ad Sueton. in Tiber. Cæs. cap. 43.* tradit: parva quædam signa, *id est*, simulacra in ædiculis suis collocata, quasi parietum honestamenta.

6 Alij † diminutivum à signo esse rectiùs autumant. Nam, vt à tignum tigillum, à mamma mamilla, à pugnus pugillus & similia: ita à voce signum sigillum, & à sigillo sigillatim, *hoc est*, per signum, additâ quasi nota aut sigillo. Christian. Becman. *de Orig. ling. latin. Voc. Instigo. pag. 432.* Et in hac sententia reperio esse Gloss. secundam, *in l. Pediculis 34. D. de aur. & arg. legat.* quam sequitur Steph. Daoyz. *in Ind. Juris Civil. novissimi lit. S. vol. 6. à Dionys. Gothofr. in fol. editi.* Wolffg. Laz. *lib. 7. Com. Reip. Rom. cap.*
7 *3. in fin.* Nec † aliena est ab hoc Etymo Sacra Scriptura, vt quando Paul. *Roman. cap. 4. vers. 11.* Circumcisionem sigillum sive signaculum Iustitiæ, fidei; Moses *Genes. cap. 11. vers. 11.* signum dicit. Ita Epistolam Parmenionis sigillo anuli sui impressam, pulvino, cui incumbebat subjecit Curt. *lib. 3. pag. 30. & 33.*

§. II. *Ho-*

§. II.

HOMONYMIA.

EX † modò dictis patet *Primò*, olim signa & sigilla simulacra 8
Deorum & Heroum, aut præstantis Viri, Mulierisve, aut Beati alicujus, Græcis *ἀγάλματα* & *ἀγαλμάτια* & *εἴδη θεῶν* appellata fuisse, & vasis ac scyphis cælatorum ac vasculariorũ artificio illigata fuisse, quæ ideò sigillata dixerunt. Sic scyphi † sigillati 9
à Cicerone, *hoc est*, sigillis ornati, *act. 6. in Verr.* appellati sunt: Cum sederem, *inquit*, domi tristis, accurrit Venerius, jubet scyphos sigillatos ad Prætorem statim afferre, post Lazar. Bayfium *lib. de Vascul.* Guil. Stuck. *lib. 3. antiq. convival. cap. 12. pag. 336.* Iacob. Pontan. *vol. 3. part. 1. progymn. 36. pag. 684.* & alij supra relati. Ita Sigillaria † & Festa sigillaria quid apud Romanos fuerint do- 10
cet Alex. ab Alexand. *lib. 3. cap. 4.* Polyd. Vergil. *lib. 5. De Invent. rer. cap. 1. vers. Inde ergo valuit.* Lazius *d. lib. 7. cap. 3. in fin. pag. 679.* Casp. Ant. Tessaur. *d. lib. 2. quæst. forens. 100. n. 6.* Schard. *& alij in Lexic.*

Breviter † Sigillum & Sigillatum accipi observamus pro 11
cælatis operibus. Cicer. *in Verr.* Apposuit, *ait*, patellam, in qua signa erant egregia. *Et iterum:* Sigillis avulsis, reliquum argentum reddidit: *Et rursus:* Tabulæ, in quibus sigilla perscripta erant. Sic sigillata simulacra, & sigilla pluteália, Imagunculas pluteis, *id est*, tabulis inclusas vocat *lib. 1. ad Attic.* Marcell. Donat. *dilucid. Suet. in Claud. cap. 5. pag. 636.* Quo sensu † etiam acci- 12
piendi sunt textus juris *in d. l. pediculis 32.* ibi: adjuncta sigilla. *D. de aur. & arg. legat. l. in rem 23. §. si quis rei suæ.* 2. ibi: sigillum candelabro adjectum. *D. de Rei vindic.* & in ædificijs sigilla legimus, *l. si cujus rei 13. §. sed si ædium. 7. D. de vsufr. l. fundi 17. §. Idem constat. 9. D. de act. empt. l. cætera 41. §. proinde dicendum. 13. D. de leg. 1. l. videamus. §. qui vinum* ibi: signatum suo & alterius sigillo. *D. Locat. l. Divus Adrianus. D. de Custod. reor.* non vt vulgò putatur pro sigillis propriè sic dictis. Petr. Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. n. 40.* Nicol. Honthem. *lib. 2. de art. Notariat. cap. 52.*

Secundò. † dicuntur etiam sigilla Annuli ferrei, quibus equi 13

& mulæ ad frenum alligantur, vtplurimum in muris positi, text. cum sua Gloss. *in l. cætera 43. §. hoc SCto. verbo: sigilla. de legat. 1.* & ibi quoq; Angel. qui dicit tales Annulos fieri in ornamentum civitatis. Barthol. Capoll. *de servit. vrb. præd. cap. 40. n. 23. & seq.* Nicol. Boer. *cons. 5. n. 11. & 12.*

14 *Tertiò.* †Sumuntur etiam Sigilla pro characteribus & amuletis collo quandoq; appendi solitis, vti docet Phil. Camer. *cent. 3. oper. subcis. cap. 28. & 30.*

15 *Quartò.* † Accipitur Sigillum pro titulo: vti est sigillum consecrationis in altari, quod est quoddam foramen, vbi Reliquiæ ponuntur & aliàs Sepulchrum dicitur, locaturq; interdum in parte superiori & clauditur: interdum in parvo lapide quadrato, vel rotundo: interdum sub tabula reconsecrandum est altare secundum Hostiens. atq; hoc modo *distinct. 1. de consec.* intelligi potest. Hinc lapis, qui supponitur foramini, dicitur sigillum, quod ponatur loco sigilli, *hoc est*, tituli, juxta illud Gen. *cap. 28. v. 18.* Franc. Zabarell. Cardin. *in cap. adhæc. de Consecr. Eccles. & altar. n. 5.* & ego aliàs *tr. de Jur. Insign. cap. 22. n. 17.* Dicitur†

16 enim Sigillum, quasi illud signans, quod sub eo continetur ad instar signi: *de consecrat. dist. 2.* Titulus verò appellatur, quod altare sub alicujus Sancti nomine intitulari soleat, & quod altare consecratum sit, manifestet, Zabarell. *d. loc. n. 6.*

17 *Quintò.* † Sigilli nomen haud rarissimè in Sacra Scriptura, & à Theologis, Canonistis & Scholasticis ad Secreti demonstrationem accipitur, veluti Esaiæ *cap. 29. v. 11. & 12.* in verbis: Daß euch aller (Propheten) Gesicht seyn werden/ wie die Wort eines versiegelten Buchs/ welches/ so mans geb einem der lesen kan/ vnd spräche: Ich kan nicht/ denn es ist versiegelt. Oder gleich als wenn man gebe dem/ der nicht lesen kan/ vnd spräche: Lieber ließ das/ vnd er spräche/ Ich kan nit lesen/ ut & Apoc. *c. 5. v. 5.* ibi: Ecce vicit Leo de tribu Juda, & ipse aperuit Sigilla libro apposita. Sigilla *inquit* Interpres intelligendo Prophetarum obscuritates. Non enim ut clauderet, & quasi anulo signaret propheticas visiones Salvator ac Dominus noster advenit, qui etiam aliàs, quæ antea obscuræ, & quasi signo impresso clausæ erant,

& ape-

& aperuit & latiùs explicavit, quo tempore suis discipulis sensum divinarum Scripturarum exposuit. Pluribus post Aquilam & LXX. Interpretes Eusebius *lib. 8. De demonstr. Evangel. cap. 2. pag. 556.* Confer. Apocal. *cap. 6. & 7.* Similiter † quandò 18
delinquentium peccata Confessoribus commendantur, sub Confessionis Sigillo hoc fieri dicitur. Ideò Thomas Aquinas *lib. 4. dist in. 21. quæst. 3.* ait: Sigillum Secreti esse de necessitate Confessionis. Dominic. à Soto, *De Secret. membr. 3. quæst. 4.* quos sequitur Casp. Anton. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 9.* Unde † 19
hoc Sigillum nihil aliud est, quàm obligatio, vel debitum occultandi aliquid. Martin. Navarr. *in cap. Sacerdos. pen. n. 35. vers. Infertur secundo. de pœnit. distin. 6. Itemque in Confess. Manual. cap. 8. n. 1. v. Profundamento.* ex D. Thoma deducit, id per Metaphoram fieri; quòd sicut Sigillum rem in charta occultatam, vel in tabula obsignatam continet: ita obligatio servandi aliquid Secretum, efficiat ne illud fiat manifestum, idque ita ad Confessionem Sacramentalem applicat. Videantur text. *in l. hac consultissima. C. de testam. §. fin autem. Inst. de pupill. subst it. l. 1. §. fin. l. cùm ab initio. l. si quis ex signatoribus D. Quemad. testam. aperiant.* Ad eundem † modum affirmationem religiosam, testimoni- 20
um fidele, Conscientiæ Sigillum vocat Cicer. *lib. 3. Officior.* forsan tamen voce hac non pro secreto, sed potius pro Dei alicujus Imaguncula accepta, uti patet ex Hansen. *lib. de Jurej. Veter. cap. 5. pag. 32. juncto cap. 14. pag. 89.*

Res † plena est antiquitatis. Nam Harpocratis (cujus ef- 21
figies presso, obsignatoque ore silentij signum, Jo. Pierius Valerian. *lib. 29. Hieroglyph. pag. 205. col. 2.*) sigillum in anulis gestari solitum à Veteribus ea de causa tradit Plinius, ut de agendis rebus silentium indicaret. Ita Alexander Macedo, cum matris Epistolam accusationis in Antipatrum plenam, unà cum Hephæstione legisset, detractum è digito signatorium annulum orillius appressit, silentij monumentum. Pierius *lib. 36. pag. 261.* Domit. Bruson. *lib. 6. Memorabil. cap. 10. §. Alexander.*

Sextò. † Sigilli vox pro re valdè grata, preciosâve capitur; 22
sive, quia sigillo in rebus maximi momenti conservandis utimur,

mur, sive, quia sigillum plerumque in anulo habemus, quem semper in digito circumferimus, post Flacium *in Clavi.col.1137.* Ioan. Gerhardi *Loc. com. theolog. tom. 6. De Magistr. Polit. §.18. pag. 644. & seq.*

23 *Septimò*, † Sigilli verbum latissimè patet, sumiturque pro signo, anulo & sigillo specificè sumpto, quæ, ut species sub uno genere inter se aliquo modo discrepant, ad communem usum

24 se referendo. Aliud enim signum † habet paterfam. quod doliis, aliisq; ligneis instrumentis inurit, aliud, quo stannea supellectilia stampat, aut cudit. Deinde habet anulum in privatis negotiis, & sigillum in majoribus, aut officium suum concernentibus, quæ omnia generali sigilli voce continentur. Nicol Honthem. *lib. 4. de arte Notar. cap. 11. num. 24.* Conf. I. *cap. 2. n. 78. cum seq. & cap. 4. n. 124. & seqq.* ubi de Sigillo majori & minori*: & cap. 7. vers. Testamenta n. 33.*

25 *Octavò.* † Propriè sumptum Sigillum illud est, quod continet quandam impressionem, in qua est imago sigillantis, vel ipsa arma, aliudve mercum, cum literarum additamento, Sanctive alicujus Imagine, unde, cujus sit, majoris fidei causa cognosci & muniri queat. Pet. Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. n. 41.* Francisc. Marc. *decis. Delphin. part. 1. quæst. 991. in verbis:* vel quia ibi essent arma sua vel literæ descriptæ. Honthem. *d. cap. 11. num. 9. per ibi relat.*

§. III.

SYNONYMA.

26 COMMUNI † apud probatos Scriptores loquendi modo *Primò* Sigilla signa vocamus *l. ad testium. 22. §. signum autem D. qui testam. fac. poss. l. 11. D. de injust. rupt. irrit. §. 1. Instit. de testam.* Cicer. *in Catalin.* ibi: Ostendi Lentulo tabulas, & quæsivi ostenderetne signum. Et *ad Brutum* ibi: Literæ omnes integris signis Prætoribus traduntur, & similibus locis plurimis, relatis à

27 Marcell. Donat. *dilucid. Sueton. in Claud. cap. 5. pag. 636.* Unde † signare est sigillo obfirmare, quod Græci σφραγίζειν appellant, *id est*, impresso aliquo chartam occludere *l. Divus Hadrianus. 6. D. de*

D. de Custod. & exhib. reor. vel anulo sigillari obsignare. Alphons. à Carranza *tract. de part. legit. cap. 2. n. 242.* Nunc literas cera impressa anulo sigillatas dicimus, quod teste Varrone, sigillare sit claudere. Polyd. Vergil. *lib. 8. De Invent. rer. cap. 2.* Conf. infra *cap. 2.* §. *4. vers. Signatorij.* Huc spectat illud Sallust. *in Catilin.* Igitur, *inquit*, perlectis literis cum prius omnes signa sua cognovissent, Senatus decrevit, vti abdicato Magistratu Lentulus, itemq; cæteri in liberis custodijs haberentur. Sueton. *in Tiberio cap. vlt.* vbi Sigilla popularium, signa humillimorum vocat. Brechæus *in l. subsignatum* & ibid. Alciat. *n. 1. D. de V. S.* Schard. *in Lex. jur. Voc. Signare.* Ita signatæ † tabulæ testamenti in Edi- 28
cto Prætoris, quæ septem testium signis roboratæ sunt, accipiuntur: *l. ult. D. de poss. secund. tab. l. 1.* §. *pen. Eod.* signatum testamentum; *l. 12. D. de injust. rupt. irrit.* signata cista: *l. 1.* §. *si cista. D. de L. commiss.* signata domus: *l. 1.* §. *penult. D. de Ventr. in possess. mittend. l. 20. D. de injur.* signatus Libellus, Epistola, Cicer. *ad Attic.* Marcell. Donat. *d. loc.* & signa Literarum, Lazius *lib. 7. Com. Reip. Rom. cap. 3. in fin.* Jacob. Bornit. tract. *de Instrum. part. 1. lib. 1. cap. 20.* appellantur. Sic assignare † verbum pro subsigna- 29
re capitur, veluti instrumento assignare est signa in tabulis instrumentisve apponere. *l. si ita 126.* §. *Chrysogonus 2. D. de Verb. oblig.* vbi Gothofr. *in not.* Hinc assignatæ res dicuntur, quibus signa sigillave apposita sunt *l. 1.* §. *fin. D. Naut. Caup. Stabul.* Mynf. *ad prin. Inst. de Assig. libert.* Et quamvis † hæc omnia ita se habe- 30
ant: manet tamen sua inter has voces differentia. Nam subsignare est signum suum, quod etiam sigillum dicitur, subijcere: alio sensu subsignare est simpliciter subscribere: quia & Scriptura signum est, vnde scribentis persona indicetur: Denique subsignare idem est, quod obligare. *l. semper 5.* §. *Conductores 10. ibi:* facultates eorum, quæ subsignatæ sunt fisco. *D. de jur. immunit.* Qui enim chirographo alicui subscribit, vel subsignat, se obligat, non secus ac si totum scripsisset chirographum. Bartol. *in l. Emptor.* §. *Lucius. D. de Pact.* Alciat. *ad l. subsignatum 39. n. 1. & 3. D. de V. S.* Consignare † verò propriè est rem clausam sigilla- 31
re, veluti in sacculo depositam. *l. fin. D. de L. Commiss. l. 1.* §. *si pe-*

cuniam D. Depos. Unde vult post. Gloss. Jason. *in l. si mora D. Solut.*
32 *matr. n. 12.* quòd in † animalia non cadat consignatio, veluti,
33 Equos, hominem. Ad differentiam † autem signorum aliorum, JCti sigillum cum epitheto quodam signum appellant, veluti, signum ordinatum. Surd. *decis. 137. num. 1.*

34 *Secundò.* † Sigillum anulum signatorium dicimus, *l. signatorius anulus 74. D. de verb. sign.* Iustus Lipsius *com. in Tacit. 2. Annal. verbis: Vilissima utensilium anulo clausa pag. 80.* A sigillis enim anulum sigillarium, cujus non solùm nostra secula usum, appellationemque habent, sed veteres etiam auctores meminerunt, denominationem accepisse, post Vopiscum *in hist. Aurel. Cæsar. sub fin.* ibi: Uxori & filiæ anulum sigillarium quasi privatus instituit: Lazius *d. lib. 7. cap. 3. in fin.* vel ut Lipsius *comm. in Tacit. lib. 2. Annal. in verbis: vilissima &c.* promit, sigillaricium; estq;
35 † apud Dd. nostros vulgatum, sigillum & anulum, quoad materiam probationis in jure Civili pro ijsdem capi. Nicol. Ever-
36 hard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 1.* Nam † quod jus Civile vocat Anulum, id jus Canonicum vocat Sigillum. *cap. 3. loco 5. de probat. cap. scripta 2. cap. inter dilectos. 6. cap. quod super his 7. de fid. instrum. & cap. in nomine patris. distinct. 73.* Speculat. *lib. 2. tit. de probat. §. videndum. 3. n. 3. vers. illud etiam scias.* Pet. Rebuff. *tr. Nominat. quæst. 10. n. 40.* Franc. Marcus. *decis. Delphin. quæst. 992. n. 8.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 1. & 2.* qui tamen
37 & hoc † observavit, quòd etiam jure Codicis sigillorum fiat mentio, ut *in l. distrahente. 2. ibi:* licet sigillo tuo. *C. de rebus alien. non alien.* Paul. Matth. Wehner. *pract. observ. voc.* Insiegel. Nicol. Honthem. *lib. 4. de arte Notariat. cap. 11. n. 1. per ibi relat.* Hinc
38 † Anuli pro Sigillis usurpari leguntur: *l. ad testium 22. §. si ab ipso. & §. signum D. de testam. l. signatorius anulus. D. de Verb. Sign. l. Cajus. de pign. act. §. possunt. Inst. de testam.* Camillus Borell. *lib. 2. de Magistr. Edictis. cap. 13. n. 29.* Joan. Lupus *ad L. Tauri. 3. §. 53.* post Innocent. & Specul. Petr. Anchoran. *cap. pervenit ad nos n. 7. de fid. instr.* Wehner. *d. Voc.* Insiegel. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib.*
39 *5. cap. 30. n. 11.* & retrò † Sigillum pro Anulo sigillari synecdochicè accipi auctor est Abrah. Gorlæus *in Dactylioth. prolog. pag. 2.*

Si-

gillum enim apud antiquos in anulo erat, & ideò anulus signatorius dicebatur, vel potius Sigillaricius. Ita de Sigillo Achab Regis Samariæ *lib. 3. Regum cap. 21.* habetur; *Scripsit itaq; litteras ex nomine Achab, & signavit eas anulo ejus, & misit ad majores natu, & optimates, qui erant in civitate ejus.* De Assuer. litteris Esther. *cap. 3.* sic legitur: *Et litteræ signatæ ipsius anulo, missæ sunt per cursores Regis ad universas provincias.* Camill. Borell. *lib. 2. de Magistr. Edict. cap. 13. n. 25. & 29.* Conf. infra *cap. 7. vers. 12. Sepulcra, numero 31.*

Hujus † annuli tanta vis est, ut ipsius sigilli: post Dd. à se relatos, Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 2.* 40

Sciendum † tamen I. has synonymicas voces probè intellectas & acceptas, prout etiam in vulgari nostro idiomate discernuntur, longè diversas esse. Nam signum quod vocamus, nobis ein Handzeichen dicitur: Anulus verò Ringpitschafft & Sigillum ein Siegel nuncupatur. Honthem. *lib. 4. de art. Notariat. cap. 1. n. 3. & seq.* 41

II. Signum † æquanimitatis, quod Tribuno in fine vitæ dedit Antoninus Pius, non sigillum Imperatoris, sed tesseram militarem denotabat, & hac etiam ratione successorem designari scribit Marcell. Donat. *in dilucid. Capital. pag. 885. & seq.* 42

Tertiò. † Sigilla etiam signacula nuncupantur, quæ idem quod signa & sigilla valent, significantq; notas & signa impressa. *l. 1. §. si pecunia. D. Deposit. l. 12. §. pen. Locat. l. 1. in fin. l. 2. §. si dubitetur. l. 4. D. Testam. quemad. aper. l. hac consultissima. C. de testam.* Bornit. *d. cap. 20. pag. 81.* Honthem. *d. lib. 4. cap. 11. n. 1.* Notandum † tamen, posse aliquid esse signum, quod non sit signaculum: ut Statua signum est: at anuli affixum syngraphæ, signaculum. Schard. *d. loco in voc. Signaculum.* 43 44

Quartò. † Sigilla, etiam signa, sigla & singula vocantur, per ea quæ tradit Cothman *ad Rubr. lib. 1. Codic. n. 63.* 45

Quintò. † Signatura quandoque pro Sigillo accipitur, ut videre licet apud Paul. Christinæum *decis. Belgic. 71. n. 1. vol. 2.* Dn. Wilhelm. Anton. *tr. de Rescript. morator. cap. 57. n. 12.* Propriè † autem signatura est scriptura in papyro à summo Pontifice, 46 47

vel ejus delegato conscripta, partis sive impetrantis beneficium, supplicationem, Papæque concessionem breviter continen., post Rebuff. *in prax. benefic. tit. de Signat.* Pet. Gregor. *lib.17. Syntag. jur. univers. cap.15. n. 11. 12. 16. & seqq.* Jo. Coras. *in*
48 *SCtorum. Tolos. cent. cap.53. pag. 867. tom. 2.* Ubi† quomodo signatura Papæ beneficij possessionem tribuat, cum similibus alijs
49 tradit. Estque hæc† Signatura duplex: Una Gratiæ, qua Papa rescribit ac signat super his, quæ à mera Principis liberalitate dependent; & de hac loquuntur textus *in cap. gratia. de Rescript. in 6. & Clem. gratiæ. Eod.* Altera Justitiæ, super his, quæ in jure consistunt, habentque hæ duæ Signaturæ diversos scribendi modos, juxta tradita Sigism. Scacc. *lib. 1. de Judic. 64. n. 4. & seqq. ac num. 20.* Et de Signatura Gratiæ vide integrum tractatum à
50 Quint. Mandos. scriptum. Juxta† stylum Cameræ Imperialis quid sit Signatur oder Transfix / docet Wehner. *pract. obs. Voc. Si-*
51 *gnatur &c.* In Camera, *inquit,* Copia† signata, Gewalt cum signatura ist / wañ einer einen Gewalt eingeben in causa primi Mandati, und dann in mehr Sachen sich legitimiren soll / als in causa secundi, tertij, quarti, quinti Mandati, muß er in einer jeden Sachen legitimirt seyn / so ubergibt er Mandati Copiam deß gemeinen Gewalts / und schreibet darunter / hujus Mandati Originale ist einkommen in der ersten Sachen Mandati, das heist man Signaturam. Non igitur sufficit mandatum illud generale semel in una causa à Procuratore fuisse productum, ita, ut sufficiat, si in alijs causis se referat ad illud Mandatum generale in una alia causa exhibitum: Julian. Magenhorst *in Comm. ad Ord. Cam. part. 3. tit. 12. pag. 366. & seqq.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 14. n. 100.* Sed requiritur, ut procurator vel distincta mandata habeat, & ad unam quamlibet causam peculiare exhibeat: vel generale illud mandatum abcopiari per Notarium Judicij, auscultari & authenticari faciat, & ad singulam causam, Originali retento, unum exemplum seu copiam vidimatam & authenticam producat, ne pars in expensas, & Advocatus in mulctam condemnetur. Magenhorst. *d. loc.* Berlich. *d. concl. 14. n. 101. & seqq. per ibi alleg.*
52 Alias† Signatur oder transfix sunt recognitiones sigillatæ, so auf

und

d an die Gültbrieff gemacht vnd gehengt werden / quarum for- ılas habet Satler *in formul. fol. 209. & seqq.*

Ab hac † Signaturæ voce Signatores ij, qui testes ad testa- 53
:nti,nuptiarum,vel alterius negotij tabulas anulis suis obsi- andas adhibentur,appellari esse videntur. *l. ad testium. 22. D. de tament. l. locum 3. §. exhibere 9. l. quidam 32. D. de furt. cum ilibus.* Sallust. *in Conjurat. Catilin.* ibi: Ex illis testes † signa- 54
rios falsos commendare. Sueton. *in Octav. cap. 33.* Valer. ıxim. *lib. 7. cap. 7.* Sic † signatæ tabulæ accipiuntur, si lineo, 55
o tabulæ involutæ signa impressa sunt. Ulpian. *in l. ad testium. §. 7. D. Qui testam. fac. poss.* Aliàs † signatum apud Veteres le- 56
:ur,ut signata virgo,post Non. Sichard. *in d. Lexico Jur. Voc. ınatus.* Hodiè † Cardinalis Signator, qui & Præfectus signa- 57
ræ Justitiæ dicitur,Rescripta Papalia subscribit. Sigism. Scacc. *.1. de Judicijs. cap. 64. n. 18.*

Sextò. † Videtur etiam commodè Sigillus, nobis Ale- 58
annis Sigel dictus, appellari posse, qui est epistomium vasis, l obturaculum,quod orificio,ut Apuleius loquitur, vel ori mmo dolij inseritur,illudque obstruit,sic dictum, quia olim sa signabantur,juxta elegantem locum Hieroclis Philosophi *Facet. cap. 16.* Goldast. *tom. 1. Rer. Aleman. ad Eckhardi Junior. ısuum cap. 5. in verbis: Usque ad Sigillos. pag. 194. part. 1.*

Septimò. † Ut plurimùm Sigillum Secretum nominamus, 59
ıod Dominus illud in Secreto habeat, juxta illud: Nescit ser- ıs,quid faciat Domin⁹ suus. Conf. Fulv. Pacian. *l. 2. de prob. c. 40.*

Octavò, † Sigilli vocis loco barbaries olim Signeti appel- 60
tionem,adhuc durantem, substituit. Henric. Bebel. *de abus. ıg. latin. pag. 84.* Reichs-Absch. *de Anno 1512. tit.* Von Testamen- n/*in fin. prin. & v.* Es mögen auch ihrer ein oder mehr / so nicht ei- n Signet hätten / eines oder mehr der andern Signeten sich hier- gebrauchen; Ubi Recessus per Signeta, † alia signa præter An- 61
ılos sigillatorios,id est, Sigel intelligit,licet anulo † magis ob 62
ısculptam habentem formam conveniant, quod signatorem auctorem suum certius designare possint. Habet enim in- ulptum quid in se,quo sphragida exprimit testem voluntatis

 suæ

suæ & obsidem fidei ejus, qui imprimit. Bornit. *d. lib. 1. part. 1.*
63 *cap. 20. pag. 83. & seq.* Ad hunc † modum Galli & Belgæ vulgò
un signet anulum signatorium dicunt, quia scilicet familiæ suæ
insigne ei sit impressum. Aldrovand. *lib. 1. de Insectis cap. 3. De*
Cera. Rubr. Usque ad Sigillandum. pag. 174. Edit. Bonon.
64 *Nonò.* † Germanicè I. Sigel vocamus Goldast. *d. loc.* aliàs
Insigel / Pittschafften. Paul. Matth. Wehner. *pract. obs. Voc.* Insi-
gel / Sigel / Sigelring. / Pettschafft oder Pitschier. Chilian. König.
part. 2. Process. cap. 39. Jacob. Bornitius *d. cap. 20.* Christoph. Be-
sold. *in thesaur. pract. Voc.* Sigel. 54. Item Bitschad oder Hand-
zeichen / comprehendens omne id, quo quid consignamus, vel
obsignamus, vel notamus. Schard. *in Lexic. Voc. Sigillum.*
65 Notationem † vocis Pitschafft quòd attinet, ita de hac Bor-
nit. *d. loc.* Videbatur cuidam Petschafft / quasi Bettschad / quod
idem ac Bettschàide sponda ac receptaculum lecti, in quo fami-
66 liarum utriusque conjugum signa depingi soleant: & inde †
Petschafft tropicè pro Insignibus, continens pro contento; sed
nimis remotè, quamvis hæc vox in vetustis armorum literis re-
67 periatur. Verius † videtur ab antiquo verbo Pittacium repete-
re exordia. Erant enim Pittacia nihil aliud, quam tituli sive in-
dices, amphoris & dolijs affixi, vini natales, Originationem &
ætatem designantes. Unde apud Petron. Arbitrum *in Satyr.*
pag. 180. ibi: Statim allatæ sunt amphoræ Vitreæ diligenter gi-
psatæ, quarum in cervicibus Pittacia erant affixa, cum hoc ti-
tulo: FALERNUM OPIMIANUM ANNORUM CENTUM.
Dum titulos perlegimus complosit Trimalchio manus &c.
68 & ibi Georg. Erhard. *in symb. pag. 610.* Pittacium, † epistola bre-
vis & modica est; Item Schedula de membrana excisa, quæ et-
iam Pictaciuncula, & membranula appellatur. Album, Sene-
ca: Notas, Horatius: Literatas Epistolas, Plautus locis à Joan. à
69 Wouvveren *in animadvers. in Petr. p. 416.* annotatis, vocant. Atq; †
hinc facilior contractio vocis Pitschafft / quàm Bettschàide ad
vocẽ Pittacium, ut & verisimilior inde ad Anulum signatoriũ
translatio videtur. Bornit. *d. cap. 20. pag. 84.* ubi insuper & illud
70 annotat: Reperiri † etiam vocem Pistacium in antiquis Con-
stitut.

tut. passim apud Goldastum, sed σφάλμα Scriptorum esse viri. Non enim Pistaçium sed Pittacium græco πιτάκιον (nisi limus usu S. in T. mutatum fuisse) respondet. Schardius † 71
rò *in Lexico Jur. Voc. Signatorio anulo*, quasi à damno præserva-
o Pittschafften dictionem appellatam putat.

II. Vox † Helm in usu juris haud rarò pro Sigillo accipi- 72
,ut dixi *in Tract. de Jur. Insign. cap. 9. n. 591.*

§. *IV.*

QUID SIGILLA?

[gna † literarum, inquit Lazius *lib. 7. Com. Reip. Rom. cap. 3. in fin.* 73
quæ hodie Sigilla diminutivè appellantur, sunt, quibus lite-
instrumentaque publica fidei majoris causâ muniuntur. Et
his † intelligendum esse rectè judicat locum Livij *lib. 7. decad.* 74
Polyxenidas suâ manu scripsit, se ea, quæ pollicitus esset, fa-
rum, signoque suo impressas tabulas misit, eo verò pignore,
uti authoratum sibi proditorem ratus: Ut † & illum Cicer. 75
9. ad Attic. Evolvi, *inquit*, volumen Epistolarum tuarum,
od ego sub signo habeo, servoq; diligentissimè.

Alij † Sigillum vel signum Charactera, Imaginem, no- 76
n, vel formam probationis sive fidei causâ impressam esse
unt, *per cap. inter dilectos. de Fid. instrum.* Fran. Marc. *part. 1. de-
789. n. 3.* non attento, sive anulo signatorio: *l. signatorius 74.
de Verb. Sign.* Sive alio signo Sigillove id fiat: dummodò eo,
od formam insculptamque imaginem habeat, *l. 22. §. 4. D.
i test. fac. poss.* Paul. *lib. 5. Sent. tit. de testam.* signet. Character † 77
m est, qui probationem salvam esse facit, & certum reddit
illum, ob signantis personam & voluntatem, quam per I-
ginem refert & demonstrat, Juxta † tritam illam JCto- 78
n maximam: Ex signo cognoscitur signatum. Francisc.
rius *decis. 324. n. 1.* Zasius *cons. 6. n. 17. lib. 2.* Alex. Raudens. *lib. 1.
Analog. cap. 23. n. 49.* Bornitius *d. cap. 20. pag. 82. & seq.* Besold.
thes. pract. Voc. Sigel 54. Et ego pluribus *cap. 8. n. 36. cum seqq.*
de Sigillorum forma pluribus dico.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

DE ANTIQUITATE, ORIGINE, INVENtoribus, Appellationibus, Causa gerendi, Generibus, Forma, Gestandi modo, Ornatu, Hieroglyphicis, Fine, Effectibus, Usu, Contrarijs & Abusu Anulorum Sigillarium & Sigillorum.

SUMMARIA.

1. *ANulorum usus antiquissimus, ex Genes. cap. 38. vers. 18.*
2. *Vox Hebraica chota Sigillum significat.*
3. *Pharao Josephi manui anulum signatorium inseruit.*
4. *Anuli in vestibus Hebraeorum. Moses quando vixerit?*
5. *Sigillorum & sculptarum gemmarum usus, inter ornamenta summi Sacerdotis est.*
6. *Imò & Regis.*
7. *Loca sacra, in quibus anulorum horum insuper fit mentio, annotantur.*
8. *Anulorum Origo fabulosa.* & n. 9. ac 10.

11. *Plinius in hac anulari materia copiosior.*
12. *Trojanis temporibus posteriorem annulorum Originem esse, auctor est idem Plinius.*
13. *Pausaniae de Anulorum Origine opinio.*
14. *A Lacedamonijs alij Anulorum gestationem derivant.*
15. *Vera Anulorum Origo ex Sacris litteris petenda.*
16. *De Anulorum Inventione & fabricatione remissivè.*
17. *Anularius anuli exemplar retinere non debet: & quare?*
18. *Anuli vocis Originatio.*
19. *Anulum arctum non gestandum, Pythagorae symbolum: & quid velit?*
20. *Anuli nomen podici, sive ano datum.*
21. *Annus vel ab am, quod circum: vel ab annulo: vel* ἔννον *derivatur.*
22. *Anulus aliàs* δακτύλιος: } *vocatur.*
23. *Ungulus, vulgò Ungula:*
24. *Item Symbolum, nota, Index*
25. *Anulus pro Imagine palae anuli insculptâ.*
26. *Anulus pro Magistratu: & quare?*

27. Anuli

Anuli pro sigillis usurpari leguntur.

Gerendi anulos causa prima luxus.

Heliogabalus novis quotidiè digitos ornavit anulis.

Maximinus armillo in pollice usus fuit.

A maximis digitis Maximini nomen.

Anulorum abusus, ad honestiores usus tractus.

Genera & discrimina anulorum varia.

I. *Anuli alij Æstivi, qui Leviores: alij Hyemales, qui Ponderoriores.*

Anulorum magnorum origo à Sabinis.

Anulus gravis, quia grandis est, dicitur.

Semestres utriq; anuli dicti.

Anuli æstiui, quales fuerint?

I. *Anuli sunt Simplices, vel Gemmati.*

Simplices anuli unde sic dicti?

Sponsarum anuli simplices.

Gemmati ex luxuria.

Ferreus veterum anulus. & 44.

Æreum, vel argenteum anum quis primus gestarit, incompertum.

De Aureis anulis remissivè.

Ferreus anulus Cattis olim turpitudinis nota.

48. *Gemmati anuli quare sic dicti?*

49. *Anuli, quibus de causis in digito minimo proximo sinistræ manus gerantur?*

50. *Gemmas in anulis ponere & maribus & fœminis licitum.*

51. *Gemmæ vel anuli, quomodo sibi invicem cedant?*

52. *Anulorum ostentatio divitiarum index:*

53. *Imò & Nobilitatis.*

54. *Anuli, qui natali die gestabantur, quales?*

55. III. *Anuli sunt Sponsatorij: Signatorij, vel Honorarij.*

56. *Sponsatorij anuli simplices, hodie ex auro: Pronubi aliàs dicti.*

57. Conclusio: *Ex anuli datione matrimonium præsumi.*

58. *Dd. ad hoc in lecturis, Commentarijs & Tractatibus:* } *relati*

59. *Consilijs & Responsis:* } *relati*

60. *Decisionib⁹ & Cõclusionib.* } *relati*

61. *Signum qui vult, videtur etiam velle signatum.*

62. *In Symbolum habentibus, facilior transitus.*

63. *Fœminæ olim non alijs anulis usæ, quàm sponsalitijs.*

64. *Digitus anularis anulo insignis Conjugij hieroglyphicum.*

65. *Arrhabonis loco anulus.*

66. *Aurum olim mulieres non noverant, nisi in digito, qui Pronubus vocatur.*

101. A-

Anulorum forma vetus.
Anulorum forma hodierna de-
ↄripta. (*rum quid?*
Sculptura & Cælatura anulo-
Cælatura quædam est decolo-
ıtio: Plinij locus ad hoc leviter
eſcriptus.
)e Signatoriorũ anulorũ formis
ꝛ characterib. plura remiſſivè.
Signatoriorũ anulorũ uſus ma-
ꝛı Gentiũ parti non receptus.
Plinius enodatus.
Turcæ ſigillis non utuntur.
Fidem anulis alligatam eſſe,
ılendum.
Geſtandi anulos mos diverſus.
Siniſtrâ in manu qua de cauſa
ꝛentandus anulus? & n. 112.
Dextrâ olim anuli Signatorij
rebantur.
Digito minimo lævæ manus
oximo anuli geſtati.
Cauſa I. eſt, *à Cordis indicio,*
quo amoris ſedes.
Medicorũ & Anatomicorũ de
: anulari & alijs experimẽtũ.
Cauſa II. eſt, *aurum ne obte-*
retur.
Hæc cauſa vero eſt ſimilior.
Digitum, quo anulus geratur
bſecuta ætas, non attendit.
rticulis in ſingulis priſci anu-
gerebãt: imò & in uno plures.
Viri ſecus ac mulieres anulos
rebant olim in digitis.
Digitum medium, ut infa-
mem, Romani anulo exuerunt:
Galli & Britanni contrà.
123. *Digitus Minimus olim Anuli honore privatus:*
124. *Pòſt turbata omnia, & omnibus digitis anulus datus.*
125. *In Dextra rarò, in ſiniſtra ſemper ânulus geſtus.*
126. *Anuli non ornatus, ſed ſignandi gratia olim geſti.*
127. *Probatur* I. *auctoritate Macrobij & aliorum:*
128. II. *Plinij:*
129. III. *Clementis Alexandrini:*
130. IV. *Quod liberis hominib. uno anulo plures geſtare fas nõ fuerit*
131. V. *Neq; etiam ſervis ferreum, niſi ſignandi uſum.*
132. An anulus inter ornamenta, Utenſilia ſive Geradam ſit numerandus? D.
133. *Signatorius anulus Ornamenti voce non continetur; ſed ad hæreditatem ſpectat.* (*invenit.*
134. *Signatorios anulos neceſſitas*
135. *Signatorij anuli etiam ex chalybe, ferro & orichalco.*
136. *Objectioni reſpondetur.*
137. *Ornamentis legatis anuli ſignatorij non debentur.*
138. Quid ſibi velit in ſcenis anuli aurei legati uſus, quo nõ alibi, quã in ſcenis liceret uti?
139. *Pierij de hac quæſtione sẽtẽtia:* IC. L. argẽto. 25. §. ornamẽta D. de aur. & arg. leg. intellectus.

 140. *Hi-*

§. I.

ANTIQVITAS, ORIGO ET INVENTORES ANULORUM.

1 ANulorum † Usum antiquissimum esse, vel ex ipsa historia Moysis Genes. *cap. 38. vers. 18.* apud quem Judas Thamari anulum pignoris loco dedisse scribitur, constat. Cum enim Judas filius Jacob per imprudentiam rem haberet cum Thamar nuru suâ, quod illa mutato vestitu personam dissimulârit, munus ei deposcenti, promittit, fideiq; servandæ pignus, Anulum & Armillas dedit. Polyd. Virg. *l. 2. de Invēt. Rer.*

'er.c.21. Abr. Gorlæus, *in præloq. Dactyl. pag. 2.* Rodolph. Gualth.
om.152.in Luc.pag.399.col.2. Si vocem † Hebraicam, quâ utitur 2
ɒı Moyses cum Gorlæo *d.loc.pag.2.& 7.* consideramus, Sigillũ,
on Anulum propriè denotat, idque Synecdochικῶς pro Anu-
ɔ Sigillari. Nam vox Hebraica *chotam* Sigillum significat, &
ro Anulo Sigillari à Moyse usurpatur, pro cujus expositionis
ɛritate plenius pugnat Polyd. Verg. *lib.8.cap.2.* Tradit † quoq; 3
em Moyses Genes. *cap.41.v.42.* Pharaonem Ægypti Regem
ɔst somnij Regij interpretationem à Josepho factam, Anu-
m digito suo detractum ejusdem Josephi manui inseruisse:
ɔn eum, qui solius ornatus causâ gerebatur, sive qui fuerit ho-
ɔrarius, prout putat Henr. Kitsch. *de ann. aur. n.42.* sed qui fuerit
;natorius, datus illi, tanquam Cancellario ac intimo Consilia-
ɔ & patriæ patri, *id est*, majori domus & Proregi sum-
æ potestatis gratia ad mandata & responsa Regis obsignan-
& confirmanda. Kirchner. *libr. 2. de Jur. Legat. cap. 8.*
'8.& seq. Josephus † quoq; *in libr. antiq.* Sacerdotum vestitũ, 4
em idem Moyses (qui 350. & eo amplius annos, antequã bel-
n Trojanum gestum, ut ex Eusebio patet, vixit,) ordinârat,
anulorum quibus Veteres Hebræi in Vestibus, alijsq; operi-
s publicis Iliacis temporibus usi fuêre, meminit Polyd. *ca.21.*
: Exod. *cap.28.v.11.& cap.39.v.6.14.* Sigillorum † & sculptarum 5
'mmarum usus inter summi Sacerdotis ornamenta aperta
annotatio. Ita † Isâbel Achabi Samariæ Regis uxor literas, 6
bus Naboth injustè occidi jubebatur, regio Sigillo obsignas-
egitur. Fit † etiam horum Anulorum mentio *Exod.c.35.n.22.* 7
her. *cap.3.v.10.& seqq. ac cap.8.v.2.* Daniel *cap.6.v.17.* 1. Maccab.
.6.v.14. Casp. Ant. Tesaur. *lib.2.quæst. forens. 100. n. 2.* Herm.
chn. *lib.4.de off. Cancell. c.2.n.12.& seqq.* Kitsch. *d.loc.n.41.& seqq.*

Anilis † secundum Plin. *lib.37.* Polyd. Verg. *d.lib.2.cap.21.* & 8
ı læum *in Dactylioth. præloq. pag.1.& 2.* fabula est, quando Anu-
ım primordia à Prometheo cœpisse ferunt. Hic secundum
gentium hominem inanimatum ex luto finxisse dicitur au-
ɔq; Minervæ in cœlum translatus, surripuisse ignem fertur,
ɔ animam homini suo reddere potuit, & propter hoc à Jove

 fuisse

fuisse ligatum in monte Caucaso: Juxta Hyginum verò dicitur immolasse Jovi duos Tauros, & sub unius Corio universam carnem abscondisse, sub alterius verò omnia ossa, posteaq; Jovi potestatem accipiendi eam partem, quam vellet, fecisse, sed Jupiter bonam fidem secutus, credensq; utrumq; corium suam carnem habere, forte illud elegit corium, sub quo ossa recondita fuerunt. Qui hoc facto iratus, ignem mortalibus abstulit, ne ea caro coqui posset, sed Prometheus in cœlũ ascendens, facula adhibita ad rotam solis ignem furatus est, quem currens, faculam jactans, ne vapor extingueretur, detulit in terras, monstravitq; hominibus, quomodo cum cinere obrutum servare possent. Quam ob rem Mercurius Jovis jussu eum catena ferrea ad saxum in monte Scythiæ Caucaso religavit, ibiq; eum 30000. annos, adhibita Aquila, quæ illius jecinora noctu renascentia assiduè exederet, subsistere jussit.

9 Verùm † cum postea Jupiter pulchritudine Thetidis inductus connubium ejus affectaret, & illo tempore Prometheus impatientia doloris vigilans noctu audivisset Parcarum sortem de Thetidis futuro filio, quem patre majorem futurum concinerat, pollicetur Jovi, se magni rem momenti illi communicaturum, si se vinculis liberasset. Itaq; fide datâ Prometheus monet Jovem ne cum Thetide concumberet, Parcarum sortem patefaciens, ne si fortior filius nasceretur, ipsum Regno expelleret, quemadmodum ipse Saturnum patrem dejecerat. Jupiter igitur hoc valdè timens Thetim ducere uxorem destitit, Prometheoq; meritam pro beneficio gratiã retulit, eumq; vinculis liberavit, misso Hercule, ut Aquilam cor ejus exedentem, interficeret: quâ enecatâ Prometheus post 30. annos de monte Caucaso solutus est: sed ne omni alligaturâ vacuus videretur, propter juramentum à Jove factum, jussit Jupiter, ut ex utraq; re, *id est*, lapide sive gemã, & ferro digitum sibi vinciret, quâ consuetudine homines postea usi, quo satisfacere Prometheo viderentur, anulos lapide & ferro cõclusos habere cœperunt, pro ut ait Hyginus. *lib. 2. de sig. cœlest. hist. in verbo Sagitta, & in cap. 54. in verbo Thetis, & in c. 44. in verbo Prometheus lib. de Fabul.*

Fulgent.

lgent. *lib. 1. Mytholog. in Voc. Prometheus*, & alij relati à Fulv. Pa-
n. *lib. 2. de Probat. c. 42. n. 13. & 14.* Gorlæus *d. præloq. in prin.* Matt.
ph. *lib. 2. de jurisd. part. 1. cap. 6. memb. 2. n. 28. & seqq.* Sebast.
nd/ *part. 1. Chron. pag. 17. Rubr. Prometheus* ein Künstler.

Proximum † fabulæ est, quod de Gygis Lydorum Regis a- 10
lo, quo circumacto, gestantem nemo cerneret, fertur, licet
s rei author Plato *in polit.* sit. C. Plinius † Major verò, qui in 11
Anulari materia multus est & copiosior, quàm reliqui Scri.
ores omnes, cùm Græci, cùm Latini, Trojanis † temporibus 12
teriorẽ esse putavit, quòd Homerus nusquã Anulorũ usum
gerit, priscosq; illius ævi homines in concedendâ obsignan-
; preciosiore supellectile, non Anuli nota, sed nodis usi fue-
. Gorlæus *d. loc.* Verùm † Pausanias *de tota Græcia lib. 8. qui Ar-* 13
a dicitur pag. 306. ita scribit: Æs autem primi fuderunt & si-
lacra conflarunt Roecus Phiæi F. & Theodorus Teleclis F.
uj: Theodorus autem & gemmæ Smaragdo Sigillum incidit,
m Polycrates Samiorum Tyrannus frequentissimè gesta-
& plurimùm ea delectatus est. Aliter † Franciscus Conna- 14
lib. 9. comm. jur. civil. cap. 2. n. 3. qui à Lacedæmonijs Anulorum
ationem post Juvenal. ibi:

Et Lacedæmonium pytismate lubricat orbem,

isse scribit.

Sed cum † certò constet longè ante bellum Trojanum & 15
dæmoniorum Remp. Anulorum usum fuisse celebrem,
e ex Sacra Historia, quæ omnes aliarum Gentium Anna-
tiquitate & fidei certitudine excedit, meritò in ejus rela-
acquiescere convenit.

lura † de Inventione, Fabricatione & similibus alijs Anulo- 16
Sigillariũ, qui scire avet, videat Cardan. Alex. ab Alex. & ibi
q. *in annot.* Garzon. & Polyd. Vergil. locis à Casp. Anton.
ur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 9.* relatis. Georg. Pictor. *lib. 2. Phi-*
ap. 18. Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 42. n. 14. & seqq.*

Hic † valdè notabilis est Solonis apud Laërtium Lex: 17
λιογλύφῳ μὴ ἐξεῖναι σφραγίδα φυλάττειν τοῦ πραθέντος δακτυ-
est. Non licere anulario ejus anuli, quem vendidisset,
vel

vel faciendum conduxiſſet, Sigillum ſive exemplar retinere. Cauſa eſſe videtur Marq. Frehero *lib.1.Parerg. cap.20.in fin.* ne aliqua fabricandi falſi occaſio relinquatur. Hodiè ſecus eſt, prout dixi infra *cap.14.n.27.*

§. II.

APPELLATIONES.

18 PRimò, Anulorum † *Etymon*, & totam nominis Originationem, quod attinet, eſt illa ab AN particula ſumpta, quæ Veteribus Circum ſignificat, atque ideò Vinculum, aut compedum, manicarumque oppreſſionem. Unde † Pythagoræ Sym-
19 bolum, arctum anulum nos geſtare vetat, quod ex Divi Hieronymi interpretatione, non eſſe anxiè vivendum admonet, cavendumque, ne nos in eam ſervitutem conijciamus, quæ dura ſit & incommoda. Pier. *lib.36. hieroglyphic. Rub. Servitus. pag.262.*
20 Ab hac † Circulari figura ſumptum Anuli nomen eâdem de cauſa & podici datum. Anum enim quaſi anulum vocamus. Vide eleganter de hoc Etymo Chriſtian. Becman. *de Orig. ling. latin. Voc. Anus. pag.184. poſt Scalig. ibi relat.* Sic † Annus, Attejo
21 Capitoni à circuitu temporis nominatus, quoniam veteres AM pro circum poſuerunt: vel ab Annulo, ut Varronis eſt ſententia: vel ex græco ἔννος, *id eſt*, annus: & quod nos triennium, illi τριέννον vocant. Eſt autem ἔνος circulus. Pontanus *vol.3. part.2. progymn. 76. pag. 1134.*

22 *Secundò*, † *Synonyma* quod concernit, 1. δακτύλιος Græcis, quia digitis geſtatur, appellatur: Gorlæus *in d. præloq. pag. 9.* non autem, ut quidam auctoritate Plauti *in Penulo*, ibi: *Atque, ut opinor digitos in manibus non habent, quia incedunt cum annulatis auribus*, tradunt, Digitum à Latinis dici. Eſt enim Plauti jocus ſe opinari, dicentis, in manibus digitos non habere eos, qui geſtarent auribus anulos. Nam cum ſolitum ſit Anulos digitis apponere, credendum eſſe, carere eos digitis, qui auriculis, aut alia corporis parte appendunt. Imò nullus unquam Latinorum Anulos Digitos appellavit, ut hic Plauti jocus ad hoc probandum valdè ineptus ſit. Connan. *d. lib.9. cap.2. n.3.* 2. *Ungulos*

gulos † quandoque vocari, quod extremis digitis, & penè in ipsis 23
Unguiculis ferrentur. Plin. *lib.33.* auctor est. 3. Quòd † verò 24
signandi causa repertus sit Anulus, vel hoc indicio est, quod Græcis Symbolum, nota, sive Index appelletur. Connan. *d. cap. 2. n. 3.*

Tertiò. † *Homonymia* vocis Anuli est, quod 1. Anulus meto- 25
nymicè pro Imagine palæ anuli insculptâ ponatur, post Zanchetz *in Isaiæ cap. 49. v. 16.* Corn. Corn. à Lapid. *Comm. in Jerem. cap. 22. v. 24.* ibi: Anulum in manu dextra mea. *pag. 703.* 2. Per
Anulum † Magistratus indigitatur, veluti Hagai *cap. 2. vers. 24.* 26
Ezechiel. *cap. 28. vers. 12.* Idque *tùm* ob decorem, splendorem & preciositatem, quibus Sigillaris Anulus reliquos præcedit: *tùm*, ob peculiarem curam & providentiam divinam, qua Magistratus pios Deus sibi singulariter habet commendatos: *tùm*, quòd Subditi Magistratibus se conforment. Ut enim Anuli Sigillaris character ceræ imprimitur: Sic Magistratuum mores subditi sequuntur. Eccles. *cap. 10. v. 2.* Joan. Gerhard. *Loc. Theolog. tom. 6. de Magistr. polit. §. 18. pag. 644. & seq.* 3. Annuli † pro 27
Sigillis usurpari leguntur, apud Pet. Anchor. & Innocent. relatos à Rulant *d. Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 11.*

§. III.
CAUSA GERENDI.

PRima † gerendi Anulos causa *Luxus* fuisse videtur, opum o- 28
stentatio, quo lautioris fortunæ à tenuioris conditionis hominibus distingui se cupiebant etiam anulis adhuc rudioribus, & ex simplici licet metallo constantibus, quibus postea, cum Gemmæ additæ, verâ luxuriæ æstimatâ gloriâ digito fundi gestare precium, ut nesciam in ullone magnitudine precij magis peccatum. post Plin. *lib. 33. cap. 1. & 3.* Gorlæus *in præloq. pag. 6. & 7.* ubi de hoc plenius, cumprimis quòd † Heliogabalus ad 29
omnia fœda natus Princeps, quotidiè novis digitos ornavit Anulis, quosq; pridiè gestaret, postridiè rursum sumere profligatæ fidei homo dedignatus fuerit. Illud † rarissimi exempli res 30
est, quando Maximinus Imp. Paulinæ uxoris dextrocherio, *id*

eſt, armillo dextri brachij in pollice utebatur pro annulo. Ma-
31 ximos † enim digitos habebat, ut non injuſtè nomen Maximini ei impoſitum fuerit. Octav. de Strada. *de Vit. Imp. in Maximino. pag. 105.* Gorlæus *in Dactylioth. præloq. pag. 5.* poſt Jul. Capitol.

32 Verum † licet pudenda hæc Anulorum in quibuſdam populis habenda ſit Origo: attamen, deinceps ad honeſtiores uſus, veluti deſponſationem & ſignandi munus tranſlati ſunt, ad quem, juxta ea, quæ ſupra ex Sacris retulimus, adinventi erant.

§. IV.

GENERA SIVE DISCRIMINA.

33 TAntus † olim Anulorum apud Veteres fuit luxus, ut præter ſerium, de quo paulò poſt agemus, etiam delicatum Anulorum inventum ſit diſcrimen.

34 *Primò* † enim Anulos *Æſtivos,* qui *Leviores*: alios *Hyemales,* qui *Ponderoſiores* ſive graviores erant, habebant. Hinc Juvenal. *Satyr. 1.*

Ventilet æſtivum digitis ſudantibus aurum:
Nec ſufferre queat majoris pondera gemmæ.

De Levioribus Anulis elegans eſt locus Martial. *Eleg. 63. l. 5.*

Per cujus digitos currit Levis annulus *omnes.*

35 Magnorum † Anulorum geſtationis Originem ab ipſiſmet jam olim Sabinis Romani attraxerunt. Livius *lib. 1. cap. 11.* ibi:
36 gemmatoſque *magnâ ſpecie* anulos habuerint. Hinc † Martial. *L. 14. Ep.* cujus Lemma eſt, Dactyliotheca:

Sæpè gravis *digitis elabitur* Annulus *unctis:*
Tuta meâ fiet, ſed tua gemma fide.

Gravem vocat Anulum, quia grandis erat, & Dactyliotheca
37 ipſis reponendis excogitata. Utrumque † *Semeſtrem* nuncupat Juvenal. *Satyr. 7.*

Semeſtri vatum digitos circumligat auro.

Adrian. Turneb. *lib. 20. Animadverſ. cap. 2.* ubi itidem quid Anulus Samothracius & Thynicus. Joſeph. Ant. Gonſal. de Salas *comm. ad Petron. in verbis: Anulum grandem. pag. 128.* & ibidem Jo. à Wou-

à Wouvvern *in animadv.* & Georg. Erhard. *in Symb. ad d. verba: habebant in minimo digito grandem anulum, pag. 414. & 607.* Pontan. *vol. 3. part. 2. progymn. 75. in annot. ad Voc. Anuli aurei.* Gorlæus *in Dactylioth. præloq. pag. 7.* Marq. Freher. *lib. 1. Parerg. cap. 20.* ubi inſuper † ſuſpicatur illos anulos, quos æſtate geſtare ſoliti erant 38
Veteres, Heliotropios fuiſſe, & Aſteritas & Mithridacas & Irides, quarum vis & delectatio quædam ſit peculiaris, cum Soli opponuntur, juxta Plinium, Iſidorum & Solinum. Polycratici *lib. 5. cap. 3.* auctoritã refert: Solaris radius ſi fortè incidat in carbunculum, egrediens aut reverberans rutilus vicinum facit aërem rutilare: Idem ignis in Smaragdo vireſcit. Firmamento puriori in Saphiro conformatur. Hyacinthi quoq; ſpeciebus efficitur concolor. In Topazio (qui quò rarior, eò precioſior eſt) omni ferè colore ſuperbit. Si ei Irim obijcias, Thaumantiadis repræſentabit imaginem. Aquæ ſuperjectus undat in lacunari: ſed & ignem cœleſtem in ſuppoſita traijcit per Beryllum.

Secundò. † Quidam Anuli ſunt *Simplices*, quidam *Gemmati.* 39
Simplices ideò dicuntur, † quia primùm fuêre ex metallo 40
ſimplici, ferro, ære, argento, aut auro: Litteratiores caſſum inde appellant anulum, quòd ſimplex & ſine gemma, quo Flamines Diales apud Romanos uſi ſunt: ſimilisque † hodiè ex au- 41
ro ſponſæ loco ferrei Veterum datur. Poſtea † multis hoc mo- 42
dis vitiavit luxuria exquiſiti fulgoris gemmas addendo, cenſuque opimo digitos ornando. Conſtat Plinio *lib. 33. cap. 1.* teſte, Veteres † ferreo anulo uſos eſſe, & ut Appianus, *ait*, omnes 43
(hoc eſt, Servos & milites, qui non inſignes, ſive vulgares. 44
Lipſius *ad Tacit. lib. 2. Annal. in verbis: Viliſſima utenſilium anulo clauſa. pag. 80.*) præter Tribunos uſurpaſſe. Polyd. Vergil. *d. lib. 2. cap. 21.* Plenè & eleganter Lipſius *lib. 2. Elector. cap. 8.* Sic ferreo anulo Spartani & Macedones utebantur: habuitque Seleucus Rex, tradente Appiano, ferreum à matre dono anulum, quem, cum juxta Euphratem caſu amiſiſſet, ijſdem in locis poſtea, uti matri prædictum erât, rerum potitus eſt. Gorlæus *in Dactylioth. præloq. pag. 3. 4. & 10.* ubi de anulo ferreo plenius: Sed † quis primum æreum, argenteumve geſtarit anulum, ſibi 45

46 incompertum dicit Pacian. *lib.2.de probat.cap.42.n.17.* De † aureis anulis vid. me *Tract. de Jur. insign. cap.2.n.485. cum seqq. & cap.ult.n.271. ac seqq.*

47 Illud † memorabile est, quod de Cattis Wilhelm. Dillich. *part. 2. Chron. Hassiac. pag.16.* scribit: Cattorum Heroibus olim ferreum anulum turpitudinis notam fuisse, nec ab ijs depositũ, donec sanguine hostiũ dilutus, ac quasi denuo honestatus fuerit.

48 *Gemmati* † propterea appellantur Anuli, quòd vel ex integris, neglecto metallo, fieri soliti gem̃is: vel quod quorundam Circulus totus aureus, Sigillum verò loco gemmæ argenteum: & contra quorum circulus est argenteus, Sigillum verò aureũ: vel totum gemmeum, mobile, ac hinc inde versatile. Gorlæus *d.pag.4.& 10.*

49 Hinc † factum est, ut anulus in digito, qui minimo sinistræ manus proximus, gestaretur, ne preciosi lapides (Est enim hæc manus ociosior) frangerentur: Vel ideò ille digitus anulo coronaretur, quia ab eo nervus quidã ad cor pertineat: Vel deniq; quia nefas gemmas violari Veteres putarunt, ac ne quis anulis ampliùs signaret, solidas gemmas addiderunt. Macrobius *lib.7.* Plinius *lib.33.c.1.& 2.* Polydor. *lib.2.de Invent.rerum, cap.21.* Eberh. Speckhan. *cent.3.class.1.quæst.10.n.prin.5.n.14.15.& 16.*

50 Has † autem gemmas & maribus & fœminis in anulis ponere licitum, Gloss. *in l.1.verbo. muliebrium. C. Nulli licer. in fræn. lib.*

51 *11.* Gorlæus *d.loc.pag.10.* ceduntq; † anulis aureis margaritæ ornandi eos causa inclusæ, sed anuli cedunt Margaritis, si sunt ornandi Margaritas causa adhibiti. *l.et si non sint §.fin.D.de aur.& ar-*

52 *gent.legat.* In † quibus omnibus ostentatio erat tanta, ut non minimus jam fructus divitiarum in ea re positus videretur: & miseri etiam clientes illos potissimũ patronos appeterent, qui conspicuas in digitis gemmas haberent, Juvenal. *Satyr.7.* quod

53 non fortunarum tantùm lautiorum, sed † & Nobilitatis argumentum habere anuli prægrandes & ponderosi viderentur.

54 Ex † quorum numero etiam illos fuisse, quos solo natali die gererent, existimarem, indeq; natalitiæ Sardonychis mentionem facere Persium scribit Freher. *lib. 1. Parerg. cap.20.*

Tertiò.

Tertiò. † Anuli quidam sunt *Sponsatorij*, quidam *Signatorij*: 55
quidam etiam *Honorarij* (dignitatis sc. atq; honoris, ordinis Equestris insigne, pro ut latè *Tract. de Jur. insign. cap. 2. sub diversis & pluribus num.* dixi) Henric. Kirsch. *de Ann. aur. n. 1. & seqq.* De *Sponsatorijs*, † aliàs Sponsalitijs & Nuptialibus dictis Anulis, præ- 56
terquam, quod *tr. de Jur. insign. cap. 2. n. 42. & 43.* quædam tetigerimus, hi cassi sive simplices & sine Gemma fuerunt, Pronubi Tertuliano *de cult. fœmin.* dicti, Flaminibus Dialibus apud Romanos recepti, hodièq; ex auro loco ferreorum, Veteribus usitatorum, sponsæ dantur. Plin. *lib. 33. cap. 1.* Gorlæus *in d. præloq. pag. 4. & 8.* Everh. Speckhan. *cent. 3. quæst. siue decis. class. 1. quæst. 10. n. prin. 5.* ubi latè & eleganter:

Nec frustra. Est enim communis Conclusio:

Anulum † virgini missum, datum, ab eave gestum, desponsationem, 57
subarrhationem, matrimonijq́ contractum arguere, indeq́ in dubio præsumi facere. c. tenor. verbo: subarrhasset. De re judic. cap. illud 11. cum ibi notat. de præsumpt. cap. nostrates. 3. caus. 30. quæst. 5.

Ita Dd. † in Lecturis, Commentarijs & Tractatibus: 58
Veluti Barthol. Chassan. Nevizan. Simon de Prætis & alij à Francisc. Vivio *decis. 353. hinc inde per tot.* relati: Coras. *ad SCtm. Tholosan. cap. 88. cir. fin. vers. Non præterea.* Felin. *in Repertor. voc. Anuli delatio.* ubi alios adducit. Beust. *part. 1. de Connub. cap. 5. & 6.* Joseph. Mascard. *de probat. concl. 100. n. 1. 2. & 3. vol. 1. per ibi citatos.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 2. per tot.* Joan. Nevizan. *in Sylva nupt. pag. 213.* Besold. *in thesaur. pract. lit. H. Voc.* Haffegeld *4.* ubi elegantem ponit rhythmum. Matth. Wesemb. *in π. de Spons. n. 6.* Schrad. *ad tit. de Nupt. Rubr. de Sponsal. n. 47.*

In † Consilijs & Responsis: 59

Francisc. de Aretio *cons. 13. n. 4. & 5.* ubi, quando ejus immissio inducat matrimonij præsumptionem, & quid in matrimonio significet. Marc. Anton. Natta *cons. 250. n. 7. vol. 2.* Udalr. Zasius *cons. 9. n. 8. lib. 1. cons. 2. n. 67. 68. & hinc inde lib. 2. ac cons. 3. n. 15. lib. 2.* Nicol. Boerius *cons. 4. n. 29.* Menoch. *cons. 368. n. 2. 3. & 25.* ubi dicit ex verbis hoc constare, an sponsalia, an matrimonium inferant,

vel utrumque. *Et conſ. 614. n. 17.* Tib. Decian. *reſp. 80. vol. 2.* Paul. Matth. Wehner. *conſ. Francon. 53. n. 2. 3. & 4.* Jacob. Thoming. *conſ. 52. n. 30. & 31. vol. 1.* Nicol. Everhard. Præſes *conſ. 154. n. 2.* Modeſt. Piſtor. *conſ. 42. n. 23. & 24. vol. 2.* Nicol. Reuſner. *conſ. 1. n. 65. & ſeq. vol. 1.*

60 In † Deciſionibus & Concluſionibus.

Petr. Roycius *deciſ. Lituan. 1. n. 47.* Vivius *d. deciſ. 353. per tot.* Matth. Coler. *deciſ. 300. per tot.* Cardin. Tuſchus *pract. concluſ. jur. 343. n. 1. & ſeqq. tom. 1.* qui poſt Lapum diſſentit, dicitque eſſe ſignum futuri contractus, & tantùm ſponſalia probare, ſi probetur anuli immiſſio. Contra quem vide Nattam *d. conſ. 250. n. 7. vol. 2.* pro communi ſtantem. Speckhan *d. cent. 3. claſſ. 1. quæſt. 10. n. prin. 5. n. 11.*

61 Ratio † Concluſionis I. hæc eſt: Quòd accipiens ſignum etiam ſignatum amplexus eſſe dicendus ſit. *arg. l. ſtigmata. C. de Fabricenſ. lib. 11. l. ſed ſi accepto D. de Jur. fiſc.* & Dd. alij à me *tract.*

62 *de Jur. inſign. cap. 13. n. 104. & alibi* allegati. Eſt enim † in habentibus ſymbolum facilior tranſitus, ut & in trahentibus ſimilitudinem facilior eſt datio conſequentiæ, poſt Bald. & Angel. Zaſius *d. conſ. 2. n. 68. lib. 2.* Jam verò ſymbolizant miſſio anuli & matrimonium. Zaſius *d. loc.*

63 II. Quia † ex Iſidoro Hiſpalenſi *lib. 2. Etymolog.* conſtat, fœminas non alijs anulis uſas, quàm quos virgini ſponſus miſerat, nec amplius, quam binos aureos digitis habere ſolitas fuiſſe. Gorlæus *in præloq. Dactylioth. pag. 8. & ſeq.* Henr. Spondan. *in Epit. Annal. Eccleſ. Cæſar. Baron. in A. C. 57. n. marg. 17. pag. 84. Edit. Mogunt.*

64 III. Quia † omnium eſt ſententia, digitum anularem anulo inſignem conjugij eſſe hieroglyphicum, & ob id à Tertuliano

65 *d. loc.* Pronubum appellari. In divinis † literis inditum ſponſalitijs anulum, arrhabonis indiciũ, nuptiarũ cauſa legimus, eumque morem & inſtitutum omnes Chriſtianos conventus ſemper obtinuerunt. Unde Septimius Florens digitum hunc & Pro-

66 nubum appellavit & anulum. Etenim † & mulieres parciſſima patrum ſobrietate aurum minimè noverant, uno excepto digito, quem anulo pronubo ſponſus obſignaſſet, ſcribit Pierius *lib. 36.*

lib.36. hieroglyph. Rubr. Conjugium. pag.261. col.2. Eberh. Speckhan. *cent.3. claſſ. 1. quæſt. 10. n. prin. 1. per tot. à n. 1. uſq; ad n. 9.* incluſivè, ubi latè & eleganter de his arrhis.

Ampliatur † ſuprà poſita Concluſio I. Eam maximè verã in 67
anulo precioſo. Zaſius *d. cõſ. 2. n. 62. li. 2.* Nec enim præſumi ſolùm poteſt, ſed legitima eſt probatio, quãdo quis homo plebejus & ſimplex nobili virgini, cũ qua necdũ quicquam locutus, anulũ ad 25. vel 50. florenos æſtimatũ, mittit, non pro amatoria fatuitate, ſed deſpõſationis loco, maximè alijs cõcurrentibus, eum miſiſſe & offerri curaſſe. Zaſius *d. conſ. 2. n. 62. verſ. Secundò. quod li. 2.*

Ampliatur II. † Si traditio anuli facta ſit cum mentione ma- 68
trimonij, & illum fœmina, conſenſu verbis expreſſo, acceperit; vel ſine verbis, ſolâ illâ acceptione ſe obligat. Traditur ſiquidẽ Anulus in pignus contracti matrimonij, ſicut arrha ſolet tradi in pignus contractæ venditionis. Covarr. *part. 2. de matr. cap. 4. n. 3.* Menoch. *l. 3. præſumpt. 2.* Nic. Mozzius *de matr. c. De Natural. matr. n. 13.* Nicol. Everh. Præſ. *conſ. 154. n. 2.* Alber. Gentil. *lib. 2. de Nupt. cap. 16.* Henningus Arniſæus *tr. De Jur. connub. cap. 3. ſect. 1. n. 8.*

Ampliatur III. † Etiamſi immiſſio non fiat in digito, tamen 69
matrimonium induci. Menoch. *conſ. 368. n. 27.*

Limitatur I. † Si contrarium probetur, Anulum non ma- 70
trimonij cauſa datum, per text. & Dd. relatos à Maſcard. *d. concl. 100. n. 1.* Nicol. Everhard. Præſ. *d. conſ. 154. n. 2.*

Limitatur II. † In nudâ anuli traditione, quæ donatio potius, 71
quàm ſubarrhatio dicenda. Arniſ. *d. cap. 3. ſect. 1. n. 8.*

Sublimitatur; † Si conſuetudo alicubi non patiatur anulos 72
geſtare, niſi ſponſas; aut tali forma ſignatus ſit traditus anulus, qualis ſolis ſponſis conveniat, poſt Gloſſ. Abbat. Pariſ. Covarr. *d. part. 2. de matr. c. 4. n. 3.* Tuſch. *pract. concl. jur. 343. n. 4. tom. 1.* Arniſ. *d. c. 3. ſect. 1. n. 8.* Verba † enim ad id inventa ſunt, & non alio fine 73
requiruntur in matrimonio, quàm ut voluntatem dicentis demonſtrent *l. 7. §. fin. D. de ſupell. legat.* Voluntatem † autem no- 74
ſtram non verbis tantùm, ſed & alijs ſignis & conjecturis evidentibus declarare poſſumus, prout ait poſt Caſſiodor. *lib. 4. Variar.* Arniſ. *d. loc.* Imò etiam non facto *l. in facto C. de Condit. & demonſtrat. l. qui patitur D. Mandat.* Hart. Piſtor. *lib. 2.*
quæſt.

quæst. 20. n. 34. sub fin. Fernand. Vasq. *lib. 2. Controverſ. cap. 52. n. 6. cap. 57. n. 12. & cap. 72. n. 4.* Cardin. Mantic. *tract. de tacit. & ambig. convent. lib. 14. tit. 31. n. 6. & lib. 24. tit. 9. n. 16.*

75 *Limitatur.* III. † In ſola Anuli geſtatione per mulierem aſſumptâ, quæ matrimonium non infert, maximè quando non probatur, quod præſente, patiente, ac vidente prætenſo viro fuerit prælatus. poſt Alex. *conſ. 150. n. 19. lib. 5.* Tuſch. *pract. concl. jur. 343. n. 7. tom. 1.* Hinc dicitur: Portationem anuli ex neceſſitate matrimonium non arguere, poſt Oldrad. *conſ. 159. n. 6. verſ. Non obſtat contrarium.* Tuſch. *pract. concl. 241. n. 3. tom. 7.* niſi ex verbis actum præcedentibus, vel etiam loci conſuetudine, aliiſq; circumſtantijs à Judice probè examinatis conſtet, anulum contrahendi matrimonij ergò datum, & ab altera etiam parte ſine proteſtatione acceptum eſſe, ut colligitur ex Menoch. *d. lib. 3. præſumpt. 2.* Beuſt. *de matr. cap. 42. circ. prin. verſ. Quo ſit ſi fœmina.* Cypræus *de jur. Connub. cap. 11. §. 4. & cap. 14. §. 12.* Kitzel. *in ſynopſ. matrim. cap. 4. theorem. 7. lit. M.* Matth. Coler. *deciſ. 300.* & ibi Penſold. *in addit.*

76 Obiter † hîc duo notanda veniunt, Unum: Anulum ſponſalitium cum Uxore permutare marito permiſſum. *l. ſi donata 37. §. 2. D. de donat. inter vir. & uxor.* Steph. Daoyz. *tom. 6. Jur. Civ.*
77 *novi in Indic. Voc. Anulus:* Alterum; † planè abuſivam eſſe locutionem, quando Venetis per Anulum Deſponſatio maris eſt facta, de qua ego *tract. de Jur. Inſign. cap. 2. n. 947.*

78 [illegible] *Signatorij*, † aliàs σφραγὶς Herod. *lib. 1.* Latinè ſigillares, ſigillarij, ſigillaricij & ſignaticij anuli dicti, ſunt, qui habent Charactera, formas, imagines & impreſſa. Kirchner. *lib. 2. de Jur. legat. cap. 8. n. 93.* Hinc. Q. Curt. *lib. 3. de reb. geſt. Alex. Mag. pag. 30.* Epiſtolamque, *ait*, ſigillo anuli ſui impreſſum pulvino, cui incumbebat, ſubjecit. Vopiſcus *in Aureliano*: Uxori & filiæ, *ait*, anulum ſigillaricium, quaſi privatus inſtituit. Wolffg. Lazius *lib.*
79 *7. Com. Reip. Rom. cap. 3. in fin.* Erat † enim moris apud Romanos, ut domi cellæ, lagenæ, ſupellex, penus omnis & ſimilia eo ſignétur, ne quid negligentiâ aut furto periret. Sic Q. Frater *ad Tironem lib. 16. Epiſt. Cicer.* Sicuti, *ait*, olim matrem meam facere memi-

nemini, quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur aliquæ inanes fuisse. Eodem sensu Horat. *lib. 2. Epist. 2.*

Comis in uxorem posset qui ignoscere servis,
Et signo læso non insanire lagenæ.

Ita Plautus *in Persa:*

Triparcos homines vetulos, avidos, aridos,
Benè admonere, qui salinum servo obsignant cum sale.

Et aliàs *in Casina* dulcidius:

Obsignate cellas, referte anulum ad me:
Ego huc transeo in proximum ad meam viciniam.

Pluribus Lipsius *comm. ad Tacit. lib. 2. Annal. in verbis: Vilissima utensilium anulo clausa. pag. 80. & seqq.* Gorlæus *in præloq. Dactylioth. pag. 8.* Taubman. *com. in Plaut. Casinam. act. 2. scen. 1. verbo. Obsignare cellas.* Aldrovand. *lib. 1. de Insect. cap. 3. De Cera. Rub. Usu ad sigillandum. pag. 173. & seq.* Kirchner. *lib. 2. de Jur. Legat. cap. 8. n. 79. & seq.* Freher. *lib. 1. Parer. cap. 20.* Unde † Plinius *d. l. 33.* & post 80
eum Fran. Connan. *lib. 9. com. Jur. Civil. cap. 2. n. 3.* Proh illam, *ait*, priscorum vitam, proh innocentiam, quâ nihil signabatur! At nunc cibi quoq; ac potus vindicantur à rapina. Nec esculenta, potulenta & ejusmodi alia ita conservabantur; sed etiam † 81
ipsi morientis anuli obsignabantur & reponebantur, exemplo Oppij Galli traditos sibi à M. Popilio anulos ita asservari curantis: Valer. Max. *lib. 7. cap. ult. in fin.* ut & Claves. Gorlæus *d. loc. pag. 8.* Ad eundem † modum Gladij militum à Pompejo signa- 82
bantur, Claud. Paradin. *in Symb. heroic. pag. 251. & seq.* Claud. Minoës *de Symbol. Rub. Unde profectus stemmat. usus pag. 4. fac. 2. in fin. & seq.* Vincent. Turturet. *lib. 2. De Nobil. Gentil. cap. 7. pag. 97.* omnesq; res preciosæ scriniis contentæ. Marcell. Donat. *in dilucid. Sueton. in Tiber. cap. 73. pag. 593.* Est & † celebris apud He- 83
rod. *lib. 3.* historia de Anulo signatorio Polycratis, Samiorum Principis, mari, fortunæ periclitandæ gratia, merso, & in capto pisce recepto.

Concredere † hos anulos non nisi spectatæ & probatæ fidei 84
homini Veteres solebant, uti ex Livio *lib. 27.* probat Marcell. Donat. *d. loc.* Ideò morientes, vel de † vita desperantes ad eum sal- 85

 tem

tem anulum, quem heredem designarent, mittere soliti fuerunt, veluti instituti heredis tesseram: *l. cum pater §. pater. D. de leg. 2.* Val. Maxim. *d. lib. 7. cap. ult.* ubi aliquot recitat exempla.
86 Guil. Forner. *lib. 1. Select. cap. 3.* Principes † verò in assumendi Imperij signum. Sueton. *in Tiber. cap. 73.* Barnab. Brisson. *lib. 7 de form. & solemnib. Rom. verb. pag. 620.* & Ego *tr. de jur. Insign. cap.*
87 *2. n. 850.* Elegans † hujus rei exemplum est in Alexandro Magno, qui sextâ à decubitu die voce præclusus exemptum digito Anulum potestatis jubendi & mandandi summam, Regniq; hereditatem Perdiccæ dedit, eoque gliscentem amicorum sedavit seditionem. Nam etsi non voce nuncupatus heres, judicio tamen is electus videbatur. Q. Curtius *lib. 10. de reb. gest. Alex. Mag. pag. 310* Justin. *l. 12.* Steph. Forcatul. *l. 7. de Gallor. Imp. & Philos. pag. 1084. & seq.* Kirchner. *lib. 2. de Jur. leg. cap. 8. n. 91.* Sic Augusti Imp. anulus Mæcenati & Agrippæ, duobus suis intimis Consiliarijs ad literas, quas & ad Senatum, & ad alios daret, lectas, & pro arbitrio mutatas concessus erat, imò & in vim successionis creditus. Dion. *lib. 54. circa fin.* Forcat. *d. loc.* Kirchn. *lib. 2. de Jur. leg. cap. 8. n. 90.* Tiberius verò deficiens, exemptum digito anulum, quasi alicui traditurus, parumper tenuit, deinde rursum digito aptavit. Suetô. *in ejus vita cap. 73.* Arumæus *Exercit. ad Instit. Imp. 7. thes. 17. in addit.* Eodem modo Antoninus Pius Imp. Marcum Aureliû, cum Fortunam auream, quæ in cubiculo Principum poni solebat, ad eum transferri juberet, (Nullâ enim Imperator juris Civilis solemnitate ultimû prodens arbitriû adstringitur. Frider. Pruckman. *§. soluta potestas. cap. 4. memb. 3. effect. 1. pag. 645. & seq.*) heredem indicavit. Capitol. *in Pio.* Cunr. Rittershus. *lib. 1. part. Feudal. c. 8. p. 109.* De Herode memorat Joseph. *lib. 17. Antiq. Judaic. cap. 10.* eum anulum suum Ptolemæo credidisse. Ex Germanis Conradinus Sueviæ Dux Friderici II. Imp. filius Henrico Truchsessio à Walpurg jamjam moriturus anulû digito detractum cum parte Sueviæ assignavit, uti *tr. de Jur. Insign.*
88 *cap. 6. n. 925. & c. 8. n. 300.* fusiùs diximus. His † ita deductis patet Herm. & Kirchn. *lib. 4. de offic. & dign. Cancell. c. 2. n. 12.* reprehêdendo P. Greg. Tholos. *lib. 47. syntag. c. 29. n. 12.* quod scripserit

vix

ullos Principes & Monarchas fuisse, qui secum aliquem non habue-t, cui anuli & sigilli sui curam commiserint, seipsum involvisse, n longè alia sit quæstio, an Reges & Impp. anulum suum si-itorium, sive fidem sigilli sui concrederint alij, de qua ille *d. n.7. & 8.* & est ex traditis infra *cap. 6.* in propatulo: alia verò estio est, an Reges per anulum adhuc viventes regnum sive editatem reliquerint, quod non solùm de Alexandro Rege tè negatur, sed etiam de alijs modò adductis. De *Honorarijs* iq; anulis dixi supra *n.55.* remissivè.

§. V.

FORMA ANULORUM SIGNATORIORUM.

Erebant † Veteres singuli suos anulos signatorios, uti de Ba- 89
bylonijs author est Herodot. *lib.1.cir.fin.pag.(mihi) 79.* & de Gentibus Kirchner. *li. 2.de jur. leg.cap.8.n.87.* effigiebus, sive in. Secũd. *l.10.Epist.16.in fin.* vocat, aposphragismatis, variè & rsim notatos, prout cuiq; libitũ foret, aut in mentẽ venisset
Primò † Deorum, Dearumq; formæ in Anulis extabant. Et 90
de Divorum effigiebus, an anulis gestari conveniat latè dis-t Attejus Capito apud Macrob. *lib.7.c.15.* & Plutarch. *in Nu-* andemq; illud neget. Joan. Coras. *ad l.2. §.posthunc n.3. de O-ur.pag.148.* Conf. me *tr.de Jur.Insign.c.9.n.95.* & infra *c.8.n.17.* tamen id usu servatum, fuisseque Capitonem in Principes quentiorem, quàm par esset, ait Coras. *d.loc.* Sic Pyrrhi a-s, uti *tr.de Jur.Insign.c.2.n.253.* diximus, novem Musas signũ inebat: & quem Neroni auspicanti Sporus Eunuchus anu-signum nefandi conjugij, more inaudito inter ipsos cõtra-uneri obtulit, Proserpinæ raptum in gemma insculptum bat. Sueton. *in Neron. cap. 46.* Gorlæus *d.præloq.pag.12.*
cundò. † Hominum, Animaliumq; brutorũ, Insectorumq; 91
inibus effigiebantur anuli. De † Imperatoribus constat, 92
Effigiem suam, vel alterius in anulis sculptam habuerint. on. *in August. cap.5. & in Tiber.cap.58.* Nam Principes, qui ıstum secuti sunt, partim ipsius Augusti, partim suomet signarunt, ex parte etiam aliâ Imagine pro libitu. Gorlæ-*ræloq.pag.11. & seq.* ubi exempla subijcit, & quomodo ca-fuerit hos anulos latrinæ, aut lupanari inferre, locoque

 obscæ-

93 obscæno admovere. *Alij* † Amicorum suorum Imaginibus usi fuerunt. Quos enim amici impensius amabant & venerabantur, in pala anuli exsculpebant, ut per eorum Imagines ipsos quasi semper in oculis habeant, observent, & cordi cum quâdam ambitione esse omnibus demonstrarent, uti de Epicuro scribit Cicero *libr. de Finib.* Ejus, *ait*, Imaginem non modò in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & anellis habent. Jo. Pierius *lib. 36. Hieroglyph. Rub. Cor. pag. 261. col. 2. & lib. 41. Rub. Cor. pag. 302. col. 1.* Corn. à Lapid. *comm. in Ierem. cap. 22. vers. 24. verbis: Anulum in manu dextra mea. pag. 703.* Zanchetz *in Isaia cap. 49. vers. 16.* Sic Ismenias Choraules Amymonem Danai regis filiam Smaragdo inclusam in anulo gestabat. Kirsch. *de annul. aur. n.*
94 *140. Alij* † proprios vultus & effigies in anulis circumferebant, idque clarissimis viris & plebeis admodum familiare erat, ut leno apud Plautum effigiem militis in literis agnoscens, exclamet: Purus putus est ipsus, novi herus machæropalides. Gorlæus *in d. præloq. Dactylioth. pag. 12.* Coras. *ad l. 2. §. Et ut obiter n. 4.*
95 *de Orig. Jur.* Militum † in anulis Scarabæus pictus fuit. Lege enim Ægyptiorum constitutum erat, ut fortissimus quisq; can-
96 tharon, id est, Scarabæum in anulo sculptum gereret, quia † id animal ἄθηλυ ζῶον, *id est*, sine fœminis, ita Legum latore innuente mares minimè effœminatos esse oportere, qui strenuè pro patria essent dimicaturi. Aldrovand. *lib. 4. de Insect. cap. 3. Rubr. Hieroglyphica. pag. 462. Edit. Bononiens.* Hilarius Drudo *in quæst. subjectis princip. artis amandi pag. 220.* Bellatorum enim animi eâ maximè ratione commendantur, si viriles fuerint, virorumq; sit bella gerere, masculamque virtutem & ferociam in Scarabæo expressam habere, post Ælianum & Plutarch. *lib. de Iside & Osiride.* Pier. *lib. 8. hieroglyph. pag. 61.* Freher. *lib. 1. Pa-*
97 *rerg. cap. 20.* Aldrov. *d. loc.* Pompejus † Magnus Leonem ensiferum, Machærophorum græcâ voce dictum, ad signandum gemmæ insculptum habuit: Plutarch. *in ejus vita.* Mæcenas ranam, juxta Plinium, Marc. Donatus *in d. diluc. Suet. in Aug. cap. 5. p. 451.* Hotom. *ad §. sed cum paulatim. Instit. de testam. ordin.* Minoës *de Symb. & Emblem. pag. (mihi) 4. & seq.* Agripp. *de vanit. scient. c. 81.*

Se-

Sebast. Franck *lib. 2. Chron. in præfat.* Laur. Beyerlinck *tom. 7. Magn. theatr. Vit. hum. lit. S. Voc. Stemma. Rubr. De Stemmat. sive Imagin. usu antiq. pag. 341.* ubi insuper ex Dione addit, Pompejo tria trophæa in anulo expressa fuisse. Forcatul. *d. lib. 7. pag. 1084. & seqq.* Camill. Borell. *lib. 1. de Magist. Edict. cap. 8. n. 119.* Kirchner. *lib. 2. de Jur. Legat. cap. 8. n. 94. & seqq.* Besold. *in thesaur. pract. Voc.* Petschafft *n. 9.* qui omnes & singuli plura alia ad hoc collegerunt exempla.

Tertiò. † Historijs, rebus gestis & infinitis alijs anuli cælabantur. Vid. me *tract. de jure Insign. cap. 10. n. 136. cum seqq.* Coras. *add. §. Et ut obiter. n. 4.* Sic cum in Macedonia paternus focus ingenti flamma excandebat, accedente nemine, mater Seleuci in somnis admonita, ut quem primum anulum inveniret, gestandum ei traderet; regnaturum enim ubicunque is anulus ei forte fortuna exciderit, & invenit illa ferreum cum insculpta anchora, amissus est autem circa Euphratem. Fertur & illud, cum postea Babyloniam obiret, eum offendisse ad lapidem, quo effodi jusso apparuisse anchoram: cumque vates terreret hoc prodigium, quasi remoram portenderet, Ptolemæum Lagi, qui eum comitabatur, dixisse; securitatis id signum esse, non morarum, quibus de causis Seleucus etiam regnum adeptus, anchorâ in anulo signatorio usus fuit. Appian. *de bellis Syriac. pag. (mihi) 142. aliàs 123.* Confer me *in tract. de Jur. Insign. cap. 18. n. 78. & seqq.* De Sylla † Marij quæstore proditum est, quod devicto traditove sibi à Baccho (Mauritaniæ Rege Jugurthæ socero) Jugurthâ, ejus imaginem anulo insculpserit, eoque Sigillo semper usus fuerit. Plutarch. *in vita Syllæ & Marij.* Valer. Max. *lib. 8. cap. 15.* Coras. & Hotom. *d. loc.* Sic † Scaliensis, vel (ut alij Intercatiensis) ille Hispanus, cujus patrem Scipio Æmilianus singulari certamine provocatus interfecerat, eo certamine, sigillo insculpto, usus fuit. Unde eum Præcontinus falsò joco redarguebat, inquiens: Quid fecisset amplius, si ejus pater Scipionem occidisset? post Plin. Marcell. Donat. *in dilucid. Suet. in August. cap. 5. pag. 451.* Gorlæus *in d. præloq. pag. 11.*

Quæ † autem vetus anulorum fuerit forma, docet Corasius 101

add. l. 2. §. posthunc. n. 3. de Orig. jur. pag. 148. dum post Macrob. *lib. 7. Saturnal. cap. 15.* scribit: Attejum Capitonem sancivisse, Deorum formas anulis insculpi nefas esse. Kitschius *de Ann. aur. n. 37.* De his formis videatur Abrah. Gorlæus *in Dactylioth. sua per tot.* ubi ad vivum innumeras typis exponit.

102 Hodiernam † anulorum signatoriorum formam ita describit Jo. Sichard. *in l. si unus. 12. n. 6. C. de testam.* Circa Sigilla, *ait*, vel anulos signatorios, quibus utuntur signatores testamentorum, notandum est, quod isti anuli signatorij præter formam & ductum quendam insignium der Wappen debent etjam continere characteres Buchstaben / per quos cognoscantur, cujus sit anulus vel Sigillum. *l. ad testium. 22. §. signum. D. de testam.*

103 Ad hanc † Anulorum Formam cumprimis eorum Sculptura & Cælatura, sibi invicem mutuò opposita, pertinent. Illa enim fit excavando opus scalpro, incisasq; rerum Imagines exhibet. Hæc circumcidendo materiam cælo easdem prominentes & protuberantes exprimit. Gorlæus *in Dactylioth. præloq.*

104 *pag. 9.* Hanc † cælaturam decolorationem quoque dici posse, autumat Lipsius *lib. 2. Elector. cap. 8.* cum scilicet colore atro (hodiè etiam usitatum) aut fusco aurum velatur, aut cælatur; atque ita locum Plinij *lib. 11. cap. 1.* pro decorant, decolorant, sive deformant leviter rescribit.

105 Plura † de Anulorum Signatoriorum & Gemmarum characteribus, formis & Imaginibus, retuli *tract. de Jur. Insign. cap. 10. n. 136. & seqq.* & infra hîc *cap. 8. per tot.* Videatur etiam Barnab. Brisson. *lib. 1. De regn. Persar. pag. 141. & seq.* Borell. *d. lib. 1. cap. 8. n. 119. & seq.* Andr. Gerhardi. *de testam. disp. 2. thes. 86. & 88.*

§. VI.

GESTANDI ANULOS MODUS.

106 HIc † præliminariter sciendum, hunc Anulorum signatoriorũ gerendi usum multos non recepisse. Nullos enim omninò anulos major Gentium, hominumq; etiam, qui sub Imperio Romano degebant, pars habebat. Non signabat Oriens aut Ægyptus,

Ægyptus, solis contenta literis, ait post Plin. Connan. *lib. 9. Comm. Jur. Civil. cap. 2.* ubi tamen addit, † dubium non esse, quin 107
Plinij temporibus, qui Civitate Romanâ donati erant Ægyptij, testamentum multi fecerint, signatum à testibus, non quidem anulis, quos nullos habebant, sed alio quodam impresso ad solemne testamentum perficiendum. Fortè igitur ad privatorum manum potiùs, quàm ad publici in regnis Sigilli gestationem & usum respexit Plinius, ratus vulgò non ita crebrum fuisse in Orientalibus oris anuli signatorij usum, quemadmodum Romæ in omnium digitis erat. Kirchner. *lib. 2. de Jure Legat. cap. 8. n. 92.* Retinent † proculdubio hunc morem Turcæ, qui neq; in 108
regijs, neq; alijs literis ullis Sigillis utuntur, nec obmuniunt, fidem habentes statim, ubi solummodo mittentis nomē audierint, aut scribentis stilum inspexerint. post Boëmum Aubanum *lib. 2. de Asia. pag. 149.* Dn. Guil. Antonij *de Rescript. morator. concl. 50. num. 4. lit. C.* Dolendum † profectò est, juxta Senecam, 109
anulis credi oportere, non animis. Rubor est nescio quis, dixit aliquandò in publicis causarum actionibus Jacobus Mangotius, cum Regij Oratoris personam sustineret, alligatam esse deinceps, veluti centum libellis (libris) Francicis Gallorum fidem, uti eam Constitutio Molinensis (ob increscentem adeò & indies magnam debitorum perfidiam, testiumque facilitates ac perjuria) circumscripserat. Ant. Mornac. *in observ. ad l. fiunt scripturæ. 4. D. de fid. instrum.* & ego pleniùs *Orat. in Natal. Acad. Marp. de ejus Sigillo habita.*

Quibus † autem antiquitùs & hodiè gestandi Anulos mos 110
receptus, ij, I. Vel Sinistra, vel Dextra manu gerebant. Pacian. *lib. 2. de Probat. cap. 42. n. 17.* *Sinistræ* † manus & prorsus, 111
rait Plinius, maximam auctoritatem auro conciliavêre: idue studio & datâ operâ autumat factum ab eo, quem invenmis puderet. Nam si honos securus fuisset, dextrâ, *ait*, ut ostentandus: & si impedimentum in ea, quis objece, longè majus in læva prætendi posse, quâ Scutum rapieur, nisi fortè avaritiæ hoc datum quis putaverit, quo minus attererentur, post Plin. Cœl. Rhodig. *lib. 10. Lect. antiq. cap. 4.*

cap. 4. Gorlæus *in Dactylioth. Præloq. pag. 4.* Pier. *lib. 41. Hieroglyph. Rubr. Ignavia honorata. pag. 302. col. 1.* Pacian. *d. cap. 42. n. 20.*

112 Cum † enim immodica esset Antiquorum in gemmis luxuria, earumque scalpturis, factum, ut usus Anulorum dextræ, quæ multum negotiorum gerit, exemptus, in lævam relegaretur, quæ ociosior est: nec crebro motu & manus dextræ officio preciosi lapides frangerentur, post Macrob. Tertullian. & Livium Gonsal. à Salas *ad Petron. in verbis: In minimo digito sinistra manus. pag. 127. & seq.* Et hæc, quæ de Sinistrâ manu diximus, pluribus probat Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 42. n. 17. & seqq.* ubi ad hoc quatuor opiniones recenset.

113 *Dextrâ* † etiam in manu, tanquam digniore & magis conspicuâ gestari consuevisse Signatorios anulos ex illo Jerem. *cap. 22. v. 22.* constat: Si fuerit (ait Jehova) Conias filius Jojakim Regis Sigillum in manu dextra tua, quod inde non removetur, tamen removebo eum. Joan. Gerhard. *Loc. comm. theolog. tom. 6. de Magist. polit. cap. 18. pag. 644.* Gorlæus *d. loc. pag. 4.* Kitsch. *de Ann. aur. n. 115. & seqq.*

114 II. Digitis, † in quibus gestari anulos primùm mos fuit, sunt, qui Minimo lævæ manus proximo, unde & anularis dicitur, Pierius *lib. 36. Hierogl. Rub. De anulari. pag. 261. col. 2.* adsi-
115 gnent. Causæ † dantur hæ: 1. Quod is cordis, in quo amoris sedes, Alex. ab Alex. *lib. 2. cap. 19.* sit indicium, & ob id ab Ægyptijs institutum, ut anulo tanquam Coronâ honestaretur. Sacerdotes quoq; eundem ad Deorum aras operantes confectis odoribus illinebant, idque propterea, quod dissectionum periti nervulum quendam à corde natum per dorsum ad eum tendere, & in eo desinere compererint; additæ etiam gemmæ, quo vis earum abdita, subsidio hujus venulæ in cor deferretur, idque muniret adversus venena, pestem, aliasve injurias internas & externas. Aul. Gellius *lib. 10. Noct. Atticar. cap. 10.* Macrob. *lib. 7. Saturnal. cap. 13.* Plin. *lib. 33. cap. 1.* Isidor. *lib. 2. de divin. offic. l. 15.* Polyd. Vergil. *lib. 2. cap. 21.* Pier. *d. lib. 36. Rub. Cor. pag. 261. col. 1. & lib. 41. Rub. Cor. pag. 302. col. 1.* Gorlæus *in Dactylioth.*
116 *præloq. pag. 5.* ubi tamen *pag. 6.* ex † sectionibus & Medicorum scriptis

scriptis asserit, digitum anularem, peculiari in hoc nō gaudere prærogativâ, aut naturæ indulgentiâ, cū non magis huic, quàm alijs digitis à primo hominis ortu concessæ venæ & arteriæ à principio suo & fonte in singulas corporis partes distribuantur. Corn. à Lapide *in Jerem. cap. 22. v. 24. verbis: Anulum in manu dextra mea. pag. 703.* Rodolph. Gualth. *homil. 152. in Lucam. pag. 399.* Covarr. *part. 2. de matr. cap. 4. sub n. 3.* Mascard. *de probat. concl. 100. n. 1. vol. 1.* Alciat. *lib. 8. Parerg. 10.* Franc. Hotom. *in obs. ad Veter. rit. nupt. cap. 10. n. 5.* Coras. *ad d. l. 2. §. Et ut obiter. n. 7. de Orig. Jur.* Pacian. *d. cap. 42. n. 18. & seq.* Melch. Kling. *de caus. matrim. cap. 9. n. 11. per cap. fœminæ. 30. quæst. 5.* Ant. Mizaldus *memorab. cent. 1. aphor. 58.* Speckhan *cent. 3. class. 1. quæst. 10. n. prin. 5. n. 14. & seqq.*

2. Alij † ob id immissum putant in hunc digitum anulum, 117
ne aurum tàm facile obtereretur. Ignavissimum enim eum esse inter omnes digitos, manifestum est, ideoq; ad auri & gemmarum incolumitatem aptior videtur. Non enim exporrigi sine aliorum comitatu potest, unde minùs attritui obnoxius. Pierius *d. lib. 41. Rubr. Ignavia honestata. pag. 302. col. 1.* Speckhan. *d. quæst. 10. n. 16.* ubi † dicit hoc verisimilius, allegans hanc in sen- 118
tentiam cum Paul. Cypræo Clement. Alexand. & Macrob.

Verùm † quantum ad partem digiti pertinet, subsecuta 119
ætas nihil interesse judicavit, quo gestaretur anulus articulo, sed ut quisque vellet, quave manu, quove liberet digito, ferre permissum sit. Pier. *d. lib. 41. Rub. Ignavia honestata, pag. 302. col. 2.* Pacian. *lib. 2. de Probat. cap. 42. n. 17.* Imò † in singulis Articulis, 120
prisci anulos gestarunt. Petron. Arbit. *in Satyr.* ibi: Extremo verò articulo. Apertè Seneca *lib. 7. Natur. quæst.* In omni, *ait*, articulo gemma disponitur: Imò & in uno articulo plures. Martial. *lib. 5. Epist. 11.*

Sardonychas, Smaragdos, Adamantas, Jaspides uno
Portat in articulo Stella, Severe, tuus.

Quia † verò id cum magno impedimento operationis pro- 121
cul dubio foret, non à viris est anulus in articulo ferendus, sed à mulieribus. Viri enim in parvo digito, atque adeò in extrema ejus parte collocabunt, & ut manus sit expedita, & ne facilè

excidat Sigillum majore articuli ligamento cuſtoditum. poſt Clem. Alexandr. *lib. 3. Pædag. cap. 11.* Gonſal. à Salas *in Comm. ad Petron. in verbis: Extremo verò articulo digiti ſequentis. pag. 128.*

122 Gorlæus *d. loc. pag. 5.* Et quamvis † Romani ſolum medium digitum exciperent, quia infamiæ contumeliâ ab Athenienſibus notatus, eamque ob cauſam κατάπυγ☉, quaſi cinædus & ſcortum dictus: attamen Galli, Britannique in eo digito uſi fuêre.

123 Gorlæus *d. pag. 5.* Imò † & Minimus digitus æquè ac medius olim anuli honore privatus, uterque ut ineptus, alter magnitudine, alter brevitate. Attejus Capito apud Macrob. *lib. 7. Sa-*

124 *turn. cap. 13.* Sed poſtea † turbatum hocce, ſicut omnia, uti ex Senec. *d. lib. 7.* demonſtravimus: & huc facit Martial. *lib. 5. Ep. 63.*

Per cujus digitos *currit levis annulus* omnes.

Gonſal. à Salas *d. Comm. ad verba: In minimo digito ſiniſtræ manus. pag. 127. & ſeq.* Pacian. *d. lib. 2. cap. 42. n. 17.*

§. VII.

ORNATUS.

125 CUm † anulus, ut ſupra dictum, in Siniſtra, raro in Dextra reperiatur, necnon in digito, qui minimo eſt proximus, ge-

126 ſtetur, communiter Scriptores putant, anulos † antiquitùs, non ornatus, ſed ſignandi cauſa comparatos, idque auctoritate diverſorum Sacræ Scripturæ textuum, ſupra *§. 1.* allegatorum, firmavimus, quibus convenit Plin. *lib. 33. natur. hiſt. cap. 16.* Et licet Abrah. Gorlæus *in Dactylioth. præloq. pag. 7.* ad ornatus luxuſq; oſtentationē primùm adinventos fateatur Anulos, originemq; pudendam eſſe concedat, ac deinceps ad honeſtiores uſus, ſignandi ſcilicet munus translatos eſſe; attamē præterquā, quod ipſe iiſdem Sacræ Scripturæ locis hac in re nititur, antiquiſſimi inſtituti rem eſſe anulis ſignare, aſſeverat. Quem ſanè ritum poſtmodum in quovis populo in luxum, ut multa alia degene-

127 raſſe nullus hæſito. Et in † hac ſententia præter modò relatum Plinium me firmat

Primò Macrobius *d. lib. 7.* Veteres, *inquit*, non ornatus, ſed ſignandi cauſa anulum circumferebant. Macrobium ſequitur Polyd.

Polyd. Vergil. *d. lib. 2. cap. 21.* expressim etiam de luxu ita verba faciens: Postea usus luxuriantis ætatis, signacula preciosis gemmis cœpit insculpere, & certatim omnes imitatio lacessivit, ut homines aliquantò studiosiùs preciosos lapides requirerent. Rodolph. Gualther. *homil. 152. in Lucam pag. 399. b.* Et hæc sententia quoque est Cornelij à Lapid. uti infrà *Rubr. Finis &c. n. 149.* annotavimus.

Deinde † apparere dicunt ex isto Plin. *lib. 10. Epist. 16. in fin.* 128
loco: Signata est, *inquit*, anulo meo, cujus aposphragisma est Quadriga. Quod autem Græcis est σφραγίζειν, id nos Latini signare dicimus, & ob id gemma signatoria erat Quadriga. Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 42. n. 16.* Ideò Cicero *ad Q. Fratrem* scribit: Sit anulus tuus, non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ. Conf. infra *cap. 14. n. 34. cum seq.*

Tertiò † facit, quod Clemens Alexandr. *in pædagog.* ait, 129
δίδωσι δακτύλιον ἐ δὲ εἰς κόσμον &c. *hoc est*, dedit anulum mulieribus, non ornatus causâ, sed ut haberent, quo obsignarent, quæ domi custodiâ indigerent. Non enim ornatus causâ hic anulus fabricatus, sed necessitatis gratiâ, non minùs, quàm claves & seræ. *l. cum pater. §. pater pluribus. de legat. 2. l. argento. §. ornamenta. de aur. & arg. legat.* Jacob. Cujac. *tom. 2. Oper. com. ad l. signatorius. 74. D. de Verb. signif.* & ibi Goedd. & alij *in comm.* Dionys. Gothofr. *in not.* Pier. *lib. 41. Hieroglyph. Rubr. de Anulo. pag. 302. col. 1.*

Quartò. † Quia & nulli nisi libero anulum gestare fas erat, 130
neq; plures uno anulo gestare licebat, imò pluribus Viro uti infame erat, ut ex Gracchi verbis in Mævium colligitur: Considerate, *ait*, Quirites sinistram ejus: en, cujus authoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem, ut mulier est ornatus, Rodolphus Gualther. *homil. 153. in Lucam. pag. 152. b.*

Quintò † denique hæc adeò vera sunt, ut etiam servis ferrei 131
anuli tantùm ad usum potiùs, nempe ad signandum, quàm ornatum concessi fuerint. Lips. *lib. 2. Elect. cap. 8.*

Ex his † jam facilis est decisio illius dubij quando I. quæritur, 132
an anulus inter Ornamenta, Utensilia sive Geradam sit numerandus?

Et licet non videatur negandum, anulos ornamenta & virilia & muliebria esse, per ea, quæ de ornatu anulorum apud Carthaginienses recitat Carol. Paschal. *de Legat. cap. 76. pag. 507.* ac de anulorum trimodijs (si vera est Plutarch. *in Annibale.* Valer. Maxim. *lib. 7. cap. 2. paulò ante fin.* & aliorum historia, Conf. Lips. *d. lib. 2. Elect. cap. 8. in fin.* & me *tract. de Jur. Insign. cap. 2. n. 487.*) ab Annibale Carthaginem missis perhibentur, ac ob id ad utensilia spectare: Joach. Beust. *part. 2. de matrim. art. 571. pag. 240.*

133 attamen † secus est, quoad anulum signatorium mariti vel uxoris, qui cum ad res hereditarias spectet, semper heredibus, nec mulieri debetur. Ratio est, quia hic anulus signatorius ornamenti appellatione non continetur. *l. signatorius. 74. D. de Verb. Signif. l. argento. 25. §. Ornamenta. 10. D. de aur. & arg. legat.* Freher.

134 *lib. 1. Parerg. cap. 20. cir. fin.* Ratio † rationis est, quod quibus anulis custodiæ causa penum, arcam, cellam penariam, aut vinariam sigillamus, hos non ornatus causa fabricatos, sed necessitate introductos esse, cognoscamus, uti paulò ante probavimus. Fre-

135 her. *d. loc.* Vel, quod † non ex auro & argento solùm habeamus anulos; sed etiam ex chalybe, ferro, orichalco; Imò videamus plerosq; anuli loco, signa ærea, interdum etiã lignea, quibus sic forma reddatur, ut anulo impressa cernatur, post Mynſ. *in §. possunt. n. 3. Inst. de testam.* And. Gerhard. *de testam. disp. 2. thes. 89.*

136 Nec † obest, quod Witebergenses hunc anulum inter utensilia, *id est*, Geradam connumerarint, uti patet ex sententijs, quas Mod. Pistor. *quæst. 32. l. 1.* subjunxit, & ijs, quæ reperiuntur in fine Specul. Saxon. *sub tit.* Vom Leibgeding. Zobel. *art. 24. lib. 1. lit. 1.* Nam neglecta horum sententia Lipsensium contraria recepta est, uti testatur Beust *d. loc.* And. Rauchbar. *part. 1. Illustr. quæst. 35. n. 11.*

137 II. Cum † dubio careat ornamentis legatis, non deberi anulos signatorios, *per d. l. argento. 25. §. Ornamenta. 10.* Cujac. *d. loc.*

138 quæritur; *Quid sibi † velit in scenis anuli aurei legati usus, quo non alibi, quam in scenis liceret uti?* Et respondet Pierius *d. lib. 41. hieroglyph. Rub. de Anulo. pag. 302. col. 1.* locum eum cum Pandectis descriptum esse, sed eorum imperitia, qui literas nunquam attige-

attigerunt,fœdiſſimè vitiatum. Nam † quod vulgata (pergit Pierius) habent exemplaria: proinde etſi ſcenicæ veſtis fructus legetur,aut anuli aurei,vel alterius apparatus,alibi quàm in ſcena non utetur: legendum ex antiquiſſimo, qui Florentiæ cuſtoditur, Piſano Codice: proinde ſi ſcenicæ veſtis uſusfructus legetur,vel aulæi, vel alterius apparatus,alibi, quam in ſcena non utetur. Habes enim veſtem ſcenicam,habes aulæa,habes reliquum apparatum. Ac de aulæis hujuſmodi apud Horatium legas: Auditoris egent aulæa manentis, in hujuſmodi ornatus ſcenici ſignificatum. 139

§. IIX.
HIEROGLYPHICA.

INter † omnes anuli ſignificatus & hieroglyphica. I. Præcipuum,verumq; illud eſt: Ingenui hominis *Fidem* & *Silentium* denotare. Erant enim olim,ſicut & hodiè anuli fidei & voluntatis noſtræ ſymbola & ſecretæ mentis fidi indices. Quare Alexander Magnus anulo Hephæſtionis ori indito ſilentium illi hac ratione imperaſſe legitur, ne ſcilicet, quas illi monſtrârat literas,alicui vulgaret. Erant autem literæ matris accuſationis in Antipatrum plenæ. Eâdem de cauſa Harpocratis(cujus effigies preſſò obſignatoq; ore ſilentij ſignum habet. Pierius *lib.29. hieroglyph.pag. 205. col. 2.*)ſigillum in anulis geſtari ſolitum à Veteribus tradit Plinius, ut ſigillum de agendis rebus indicarent. Idem ex fine & uſu anuli patet, quando non ornatus, ſed ſignandi cauſa à Veteribus circumlatus fuit. Subſcribunt quoq; diuinæ literæ anulum fidei ſignum agnoſcentes, & ad hoc à Theologis adducta teſtimonia: veluti,date anulum in manus ejus: & in Pſalm. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Pier. *d. lib.36.pag. 261. & d. lib. 41. Rubr. de Anulo. Fides.pag. 302. col. 1.* Gorlæus *d. præloq. pag.8.* Rodolph. Gualther. *homil. 152. in Lucam. pag. 399. col. 2.* & ego *tract. de Jur. Inſign. cap. 2. n. 850.* per text. & Dd. ibi fuſius relatos. 140

II. *Caſtitatis,* † *fidei conjugalis,concordiæ,fœderiſq;* mutui anulus typum habet. Cum enim circulus hic neq; principium, neque finem habeat,æternitatem, quod ſine gemma; atq; ex ar- 141

argento, aurove sit, puritatem & ab omni venereâ libidine emaculatam notat voluntatem, uti post Coras. Covarr. & Connan. *tract. de Jur. Insign. cap. 2. n. 42. dixi.* Gorlæus *d. præloq. pag. 8.*
142 *& 9.* Et cum † diversis quandoq; signis apud Christianos (imò & Iudæos, Romanos, aliasq; complures barbaras nationes) sculpi soleant, antiquitùs obtinuit, ut Sponsales anuli fidei signo, quod mutui fœderis & concordiæ est hieroglyphicũ, sculperentur. Id enim junctæ simul dextræ præ se ferunt, post Cæl. Rhodig. & Pierium Henric. Spondan. *in Epit. Ann. Eccles. Baron. in A. C. 57. num. marg. 17.*

143 III. *Vinculi* † est anulus signum, quòd jugalia illa vincula moneat. Causa, ait Pierius *d. lib. 36. hieroglyph. Rub. Vinculũ pag. 262. & seq.* sic fertur: Promethea olim Saturni lege perpetuis vinculis ab Jove damnatum, eâ mox conditione liberatum, ut inde anulum lapide & ferro compactum gestaret, ne omninò exsolutus pœna videretur, indeq; anulorum usum propagatum. Indignationem autem Jovis inde ortam ajunt, quod Prometheus Parcarum sortem de Thetidis filio, qui patre major & clarior futurus esset, patefecisset, atq; ita Jovem ab ejus congressu deterruisset, ne se præstãtior filius nasceretur. Sed enim, addit idem, cum ejusmodi legis silentium in Jovis perniciem evasurum esset, fabulatorum desiderio prudentiam, qui velint Jovem pro Imperio & auctoritate sibi conservatâ, Promethea ita malè mulctare voluisse. Verùm hac de re dixi pleniùs *hoc cap. 2. ab initio, & §. 1. n. 8. & seq.*

144 IV. Est & † Anulus *Servitutis* hieroglyphicum, prout maritale signum promit, quod adductam viro sponsam esse indicat, quam Pythagoræ symbolum exponit, dum nos arctum anulum gestare vetat, secundum ea, quæ supra *Rubr. Appellationes in prin.* proposuimus.

145 V. *Necessitatis* † Anulus apud Ægyptios habuit tesseram. Apud illos enim necessitas sub specie anuli figurabatur, nodi scilicet, vel circuli, quem duo serpentes in caduceo formabant, post Macrob. *lib. 1. Saturnal.* Pacian. *lib. 2. de Probat. cap. 42. n. 22.* Conf. *tract. meum de Jur. Insignium cap. 2. n. 486.*

VI. *No-*

VI. *Nobilitatis,* † bellicæq; virtutis omninò continet my- 146
sterium. Nam ut apud Livium *decad. 3. lib. 3. cap. 11. & 12.* Mago Amilcaris filius, qui Cannensis victoriæ nuncius Carthaginem missus erat, post enarratam rerum gestarum seriem; ad fidem tàm lætarum rerum effundi in vestibulo Curiæ jussit ingentem illum aureorum anulorum acervum, verbis (quo majoris cladis indicium esset) adijciens, neminem nisi Equitem, atq; eorũ ipsorum primores id gerere insigne. Idem *decad. 1. lib. 9. in fin.* Tantum *ait,* Flavij Comitia indignitatis habuerunt, ut pleriq; Nobilium anulos aureos & phaleras deponerent. Et nî ita esset, quid Cicer. *4. Orat. in Verrem* movisset, ut ei obijceret, indignissimos in concione anulis aureis donasse; Honori, *ait,* Asconius, & lucro sunt, ut hastæ, vexilla, phaleræ, coronæ civicæ, item anuli aurei ingenuitatis signa. Pier. *lib. 41. hieroglyph. Rubr. Nobilitas pag. 302. col. 2.* Verbo dicam: † Anulus aureus apud Roma- 147
nos Equitum peculiare erat ornamentum, ordinem Equestrem à plebe distinguens, sicuti tunica lati-clavia ab anulis Senatum: jusq; aurei anuli habere perinde erat, ac Equestri dignitate præditum esse. Hac intentione milites cùm magnis præmiis à Julio Cæsare sollicitarentur Arimini, ut Rubriconem transirent, isq; digito arrecto fidem promissis daret, putavêre sibi singulis anulum, & cum eo Equestrem dignitatem promitti. Plebi enim, militibusq; gregariis stante adhuc Repub. & veteri disciplina, fas non erat aureos gestare anulos. Gorlæus *in Dactylioth. præloq. pag. 12. & seq.* Vid. me *de Jur. Insign. cap. ult. n. 271. & seqq.*

VII. Denique † habent & Anuli prælationis & dispensa- 148
tionis legalis Emblema, uti *cap. 2. tract. de Jur. Insign. n. 578.* observavimus.

§. IX.

FINIS, USUS, EFFECTUS.

IN † præcedentibus *§. 7. & 8.* latè diximus, Veteres anulos ge- 149
stasse, primò, ad obsignandum: secundò, ad ornatum: tertiò

ad

ad amorem (velut inter Sponſos & Sponſas, Cantic. *cap. 8. verſ. 6.* Gualther. *d. homil. 152. in Lucam. pag. 399. 6.)* mutuum indicandum, uti hæc ordine recolligit Corn. Cornel. à Lapid. *comm. in Jerem. cap. 22. verſ. 24. verbis: Anulum in manu dextra mea pag. 703.*

150 Addo: † ſive anulos in genere, ſive ſignatorios notem, ſicut illi utplurimum; ita hi quandoq; (exemplo Anuli Syllæ ſigillaricij & aliorum) virtutis & honoris inſigne erant: ideoq; antiquitùs apud Romanos legatis, qui ad exteras Gentes mittebantur, publicè dabantur, quo dignitatis eſſent teſtimonium: neq; alij ijs utebantur, quàm qui illos ex ea cauſa publicè accepiſſent, non verò ut mulieris eſſet ornatus. Gualther. *d. homil. 152. in Lucam. pag. 399. b.*

151 Habebant † autem Anuli cumprimis cuſtodiæ uſum, *l. cum pater 77. §. pater pluribus 2. de legat. 2.* ubi Papinianus reſpondet, ſi pater moriens clavem & anulum cuſtodiæ cauſa majori natu filiæ tradiderit, non res clavi & anulo incluſas prælegaſſe, ſed ipſam tantùm cuſtodiam pro communi omnium filiorum negotio videri mandaſſe. Franc. Connan. *lib. 9. com. Jur. Civil. cap. 2. n. 3.* Conf. ſupra *hoc Capit. Rub. Genera. verſ. ſignatorij n. 78. & cap. 10. verſ. Quintò additur. n. 84.*

152 De alijs † Uſibus & Effectibus anulorum ſigillarium dixi infra *cap. 10. §. 1. & 2.* loco ad rem convenientiore. Illud interim prætereundum non eſſe duxi, quod A.C. 1497. in ſtagno circa Heilprunnam Civitatem Imperialem, Linojus piſcis captus ſit, in quo repertus Anulus ex ære Cyprio in branchiis ſub cute modica parte ſplendere viſus. Anuli figura & inſcriptio hæc fuit. Numeri Græci è Epicyclo annum ſalutis, quo hoc factum eſt 1230. indicant: Sex minores circuli Imperij Electores ſignificare putantur. Inde colligitur, piſcem illum in ſtagno 267. annos vixiſſe.

§. X.

CONTRARIA ET ABUSUS.

153 PRimò, † cum ſervi, ait eleganter Lipſius *lib. 2. Elect. cap. 8.* tantùm apud Romanos ex more in Anulo ferreo eſſent, *fraudem* illi & occultam *ſuperbiam* in anulis induxiſſe. Nam quia illis

lis aurei anuli in propatulo gestandi non fas, non jus: ecce novitio invento alij aurum ferro superinduxere, alij aurum merũ, purumq; decolorabant & deformabant in modum ferri. Id enim certè fit. Aurum gestabant, nec videbantur gestare? cum colore aliquo atro (hodiè haud inusitatum) aut fusco id velarent ac celarent.

Secundò. † Insignis Anulorum abusus est, quando per illos 154 *Dæmonum* fiebant *implorationes*, sicut hodiè à quibusdam maleferiatis hominibus Anuli certis Imaginibus atq; characteribus insigniti, idq; sub certo Zodiaci signo, & ad certum astrorum aspectum, conjunctionem & quadraturam, ut vocant, confici solent. Ita formatos, qui gestaverit, perpetuò victorem & insuperabilem fore, nec venenorum maleficio obnoxium, amabilem & acceptum hinc reddi Principibus & Magnatibus, præcipuè verò hac ratione optimæ puellæ amorem conciliari, imprudenter asserunt. Vide interim Christoph: Forstner. Austr. *in not. Polit. in Tacit. lib. 2. Annal. verbis: Juvenem improvidum pag. 138.* Gorlæus *in Dactylioth. præloq. pag. 13. & seqq.* Sic † Excestus 15 Phocensium Tyrannus duos gestabat incantatorios anulos, ex quorum sonitu profitebatur se scire tempus gerendarum rerum; mortuus tamen est, dolo interfectus, uti post Aristotelem refert Clemens Alexan. *lib. 1. Stromaton.* Sed † fidendum 156 nunquam tàm sceleratis spiritibus est, etsi Gygis donent anulum, quo ille invisibilis omnia conspiciens reddebatur, cum gemmam anuli introrsum ad manum verteret, ut ait Cicero *lib. 3. offic.* Plato *lib. 2. de Republ.* Petr. Gregor. *lib. 8. Syntag. jur. cap. 7. num. 5. & lib. 33. cap. 15. num. 11.* ubi de Sathanæ insidiis plenius.

Tertiò. † Recto anulorum usui contrariantur *Medicorum* 157 per hos *Curationes.* Sunt enim ex Medicis, qui plurimum hisce anulis ad Remedia tribuunt, inter quos Alexandrum Trallianum non postremæ notæ Medicum nominat Gorlæus *d. præloq. pag. 14.* tradentem Imaginem Herculis supinè jacentis, Leonemque strangulantis anulo inclusam, digitoque gestatam peculiare ad dolorem colicum amuletum esse. Hinc † 258

G Me-

Medicorum implicamenta, Arabum characteres, gemmarum operationes ad diversos animi & corporis affectus mulcendos, curandosque, venenorum in anulis, quod cita mors inde veniat, Plin. *lib. 2. cap. 63.* occultationes, Petr. Gregor. Tholos. *lib. 36. Syntag. jur. univers. cap. 18. num. 15. & 16.* ac id genus alia, à desperatorum † hominum ingeniis nugarum & vanitatum gratia excogitata, quibus investigandis cum Hieronymo Cardano Philosopho & Medico aliàs excellentissimo bonæ horæ locandæ non erunt. De alijs † per Anulos curationibus miraculosis videri poterunt ea, quæ *tract. de Jur. Insign. cap. 18. n. 130. & seq.* proposui, ut & Henr. Kitsch. *de Ann. aur. n. 159. 160. 165. & seq. usq; ad fin.*

159

190

CAPUT TERTIUM.

DE BULLA PONTIFICALI, Imperiali, Plumbo & Anulo Piscatoris.

SUMMARIA.

1. *Bulla vox pro Sigillo accepta, Græca est.*
2. *Bullæ vocis derivatio,* & n. 3.
4. *Bulla communiter ἀπὸ τῆς βουλῆς, id est, consilio deducitur.*
5. *Bulla puerile gestamen.*
6. *Bullæ derivatio alijs pertinacibus relinquitur.*
7. *Bullæ vox* I. *pro re tumida.*
8. *Pierij de hoc locus elegans.*
9. *A Bullis balteorum nomen est, quasi bullatei.*
10. *Clavorum capita tumentiora in valvis Bullæ dicta.*
11. II. *Bullæ vox pro gestamine Triumphantium & puerorum Nobilium.*
12. *Puerorum quomodo & quamdiu Bulla insigne fuerit?*
13. *Materia hujus Bullæ quæ?* & n. 15.
14. *Bulla secundum alios, quo significatu pueris appensa?*
15. *Catenas cum loro gestandi mos vetustissimus, & quâ origine?*
17. III. *Bullæ vox concilium, & locum in quo consultatur, significat.*
18. *Bulla propriè quid?*
19. *Bullare est sigillare sive signare.*

20. *Bul-*

20. *Bullati Doctores ita ab his Bullis dicti.*

21. *Diplomata ab adjunctis bullis, Bullæ vocantur.*

22. *Litteræ Papales plumbo munitæ Bullarum veniunt nomine.*

23. *Sixti Pontificis hoc dicitur institutum.*

24. *Litteræ Regis Franciæ gratiosæ Bullæ dictæ.*

25. *Bulla in genere signum habere debet impressum ceræ, auro plumbove incusum.*

26. *Bullæ Papalis & Plumbei Sigilli* } Origo.

27. *Bulla Papalis quando rectius talis vocetur?*

28. *Causa hujus appellationis* Prima.

29. *Causa* Altera.

30. *Plumbo etiam signat Dux Venetorum & Magister Ordinis Hospitalariorum S. Joannis.*

31. *Non plumbatæ Ducis Venetorum litteræ, suspectæ sunt.*

32. *Venetorum Dux quâ Origine plumbo signet?*

33. *Magistrum Ordinis Hospitalariorum plumbo sigillare auctor est Megiserius.*

34. *Bullæ Papalis descriptio.*

35. *De Sigilli magni & Bullæ aureæ differentia remissivè.*

36. *Sigillum Imperatoris quale esse debeat?*

37. *Sigilli Regij & Imperialis differentia à Coronatione dependet: ad quod Otthonis IV. Sigillum adducitur.*

38. *Bullarum Genera ex materia quadruplicia.*

39. *Jurejurando bullatæ literæ firmatæ.*

40. *Bullæ aureæ Imperialis descriptio.*

41. *Bullæ aureæ & argenteæ usus, addito exemplo.*

42. *Aurum ad quid in Bulla?*

43. *Bulla pro Sanctione, sive re decicisa sumpta.*

44. *Bulla aurea Caroli IV. qua forma inspicienda detur, cum descriptione.*
Hectoris Wilhelmi à Günterrodt *Laus.*

45. *Solymanni Imperatoris Turcici ad Ferdinandum I. Cæsarem litteræ quales, & quomodo sigillatæ?*

46. *Græci quoq; habuerunt sua* χρυσόβουλα.

47. *Bullæ aureæ affixione uti, ob periculum surreptionis, haud conducibile.*

48. *Bullæ plumbeæ appellationes.*

49. *Ejus usus in quibus cernebatur?*

50. *Imperator Romanus ante coronationem Bulla non signat: sed sigillo.*

51. *Papa ante & post coronationem, quibus insignibus, qua subscriptione & quo sigillo utatur?*

52. *Bullis etiam præter nomina, quandoq; effigies & plerumq; insignia inscripta.*

53. *Bullæ plumbeæ Alexandrinæ exemplum apud Crusium, remissivè, ut & Innocentij III. & Honorij IV.*

54. *Bullæ sive Sigilli plumbei mutatio quoad Imaginē est à Paulo II.*

55. *Plūbatores Notarij & Registratores ab hoc Bullæ plumbo dicti.*

56. *Capellani citra hanc Bullam creantur.*

57. *Cereâ Bullâ olim Imp. ad matrē, uxorem & liberos utebantur.*

58. *Cera Sigillaris classicis Maltha dicitur.*

59. *Cera, quâ tabulæ Judicum incerabantur, pyxis erat cum cera mixta.*

60. *Cera legitima aliàs dicta.*

61. *Dantis Poëtæ Itali de hac Cera versus.*

62. *Ex Cera, juxta ejus colorem, præsertim apud Germanos dignitas signantium æstimatur.*

63. *Cera alba, punica aliàs dicta, inter has excellit.*

64. *Cerâ albâ Galliæ Reges privativè utuntur:*

65. *Et ex privilegio eorum Reges Siciliæ:*

66. *Ceram hanc Regum Siciliæ flavam esse alij cum Bodino asserunt.*

67. *Modenæ & Regij Duces albâ cerâ Friderici III. Imp. beneficio signant.*

68. *Mansfeldici Comites potestate à Maximiliano Cæsare datâ, albâ cerâ sigillant.*

69. *Balneatoribus datum privilegium, Wenceslaus Imp. albâ cerâ obsignavit.*

70. *Rotvvillense Dicasterium: & Academiæ plurimæ albâ cerâ utuntur.*

71. *Rubra cera in signando primas tenet.*

72. *Hac Pontifex Rom. utitur: ut & Imperator, Reges, Principes &c. ac in dignitate positi.*

73. *Color ut in Insignibus: ita & in cera signorum attenditur.*

74. *Rubrâ cerâ signare plenioris Jurisdictionis signum est.*

75. *Rubra cera præmij & privilegij loco data, Exempla in Bibaraco & Budissina civitatibus.*

76. *Rubra vel flava cera uti, olim sub pœna interdictum.*

77. *Viridis haud vilis habenda est cera: Exempla Regia, Illustria & clarissima hoc edocent.*

78. *Britanni quando ceram chirographis addere cœperint?*

79. *Cera informis & nuda sigilli fidem non meretur.* 80. *Si-*

80. *Sigillare quid?*
81. *Bulla authentica quid? & quæ ejus fides?*
82. *Cera pro scriptura sive ipsis tabulis.*
83. *Ratio addita ex antiquitate.*
84. *Prima, ima, extrema cera quid?*
85. *Ceræ raucæ: Ceris imis radere quid?*
86. *Cerâ minio infectâ Democritus sigillavit.*
87. *Ceræ pro colorum diversitate usus diversus.*
88. *Anuli Piscatoris character quis?*
89. *Hujus anuli usus in Brevi Apostolico.* & n. *91.*
90. *Breve Apostolicum quid?*
92. *Anuli Piscatoris Origo & denominatio.*
93. *Bullæ plumbeæ & Brevis Apostolici quoad usum differentia.*
94. *Bullæ verba strictè accipienda.*
95. *Bullæ fides quæ?*
96. *Pontificis Sigilla eo mortuo franguntur.*
97. *Bullæ Romanæ Origo: & ornatus.* n. 98.
99. *Bullæ Rom. rotunditas Cordis habet typum.*
100. *Bullâ hac qui pueri apud Romanos primum donati?*
101. *Bulla consilij Symbolum.*
102. *Bulla inconstantiæ vitæ indicium.*
103. *Bulla collo suspensa integros esse debere Judices, solamq́; veritatem & justitiam inspicere debere indicat.*
104. *Exempla ad hoc sacra adducta.*

§. I.

ETYMON.

Bullæ † vox, cum de Bulla aurea, ut hîc, accipitur, non 1
Latina, sed Græca est. Literas enim Imperatores Græci posteriores, βȣ́λας vocarunt, quod in ijs consuleretur, ac decerneretur aliquid ab Imperatore, cui interdum aurum, quod quasi pro Sigillo erat, adjectum, post Christoph. Coler. *parerg. cap. 4.* Besold. *de Regia succeß. lib. 2. dissert. 3. thes. 1.* Et licet in hoc omnes consentiant Origine vocem Græcam esse, non tamen † in derivatione conveniunt. Quidam enim 2
putant dictam à βȣ́λα latinitate falsâ depravatam ac vitiatam, *cap. ad audientiam. 1. De Rescript.* Latini enim suo more e in a

 mutato,

mutato, uti fit à Musice, Musica, & uno l perperam & minus eleganter addito à βȣλὴ, id est, consilium, bulla faciunt. Polyd. Vergil. *lib. 8. de rer. Invent. cap. 2.* Petr. Rebuff. *part. 1. prax. be-*
3 *nefic. cap. 40. n. 5. post Festum.* Alij † à βȣλὴ secunda persona βȣ́λομαι deducunt, quòd Imperator, vel Papa, id, quod in ea scriptum est, velit, & quòd rationabilis ejus voluntas ibidem declaretur. Rebuff. *d. cap. 40. n. 7.*
4 Communiter † verò omnes à βȣλὴ, sive ἀπὸ τῆς βȣλῆς, id est, consilio deducunt, datamque Bullam hanc ob id pueris gestandam, quòd ætas ea alterius consilio sit regenda. Puerile
5 † enim omninò gestamen fuisse, Persiani ad Cornutum *Satyra 5.* versus ostendunt.

Cum primum pavido cunctos mihi purpura cessit,
Bullaque succinctis laribus donata pependit.

Apertius *Cicero in Verrin.* Bulla, *ait*, in toga prætexta erat ornamentum pueritiæ, indicium atque insigne fortunæ. Pier. *lib. 41. Hieroglyph. Rubr. de Bulla: & Rubr. Consilium. pag. 301. col. 1.* Guil. Stuckius *lib. 1. Antiq. Convival. cap. 17.* Godescal. Stevvech. *ad Veget. pag. 89. ex Isidoro.* Henric. Salmuth *ad Pancirol. rer. memorab. lib. 1. pag. 295.* Besold. *in thesaur. pract. Voc.* Bull. 60. &
6 ego *tract. de Jur. Insign. cap. 2. n. 693. & seqq.* Sed † relinquo hæc cum Rebuffo *d. cap. 40. n. 7.* alijs pertinacibus, unde scilicet hoc nomen deductum sit: illud interim addens cum Limnæo *lib. 1. de Jur. publ. Imp. Rom. cap. 11. n. 9.* quod Græci βȣλὴ, hoc Æolos βόλλα dixisse.

§. II.

HOMONYMIA.

7 PLanè † impropriæ & abusivæ Vocis Bullæ significationes sunt. *Primò*, quando illa priscis Latinis pro re tumida usurpata, veluti est in aquis turgiditas, sive orbiculantes guttæ, ex pluvia natæ, & citò denatæ: in cingulis ornamenta, & in clavis capita: unde scutuli clavi hæ bullæ vocabantur, post Lipsium, Hercul. Prodic. Beroald. & Tiraq. Limnæus *d. lib. 1. cap. 11. n. 13.* Rebuff. *d. part. 1. Prax. benefic. cap. 4. n. 8.* Tiraq. *de Nobil. cap. 37. n.*
8 *160.* P. Gregor. *lib. 17. Syntag. jur. cap. 15. n. 20.* Omnium † elegantissimè

tissimè Joan. Pierius *d. lib. 41. Hieroglyph. Rubr. Gloriosus. pag. 301. col. 1.* Neq; *ait*, ubiq; Bullæ nomen pro gestamine accipiendum, sed pro balteorum, forium, & aliarum plurimarum rerum ornamentis: unde pars hęc pro gloria, fastuq; ponitur, ubi quis nō aliter gloriâ turgescere videtur, quàm Bullæ ipsæ inturgescentis cujusdam figuræ speciem præ se ferunt. Accomodè Persius:

Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis
Pagina turgescat.

Id quod alia metaphora alibi dixit: Ad populum phaleras. Bullæ † autem in Zonarum ornamentis tanquam clavi affixæ, bal- 9
teis dedere nomen, quasi *bullatei* vocitentur. Et † clavorum 10
capita tumentiora, qualia templorum & privatarum aliquot ædium valvis ornamenti causâ affigi solent, Bullæ nuncupantur, quas Cicero *in Verrem* ait, si aureæ essent, omnes ex valvis templi magnificentissimis auferre non dubitasse. Et apud Plautum *in Asinaria*, Leonida servus in Atriani Sauriæ persona:

Jussin' in splendorem dari bullas has foribus nostris?

Idque nominis est similitudine inde sumpta, quòd perquam similia sunt bullis, quas aqua in aquam decidua suscitat. Tiraq. *d. cap. 37. n. 160.* Domin. Arumæus *discurs. 1. ad Aur. Bull. thes. 4.*

Secundò. † Æquè abusiva hìc nobis Bullæ vocis acceptio est, 11
quoties illa apud probatos linguæ Latinæ Scriptores pro Triumphantium & Puerorum Nobilium Romanorũ gestamine usurpatur. Quod Triumphantes attinet, hi in Triumphis bullam ad Cordis figuram præ se ferebant, inclusis in eam remedijs, quæ crederent adversus invidiam valentissima, post Macrob. *lib. 1. Saturnal. cap. 6.* & Alex. ab Alexand. *lib. 2. cap. 25.* Rebuff. *part. 1. Prax. benefic. cap. 40. n. 6.* Pierius *d. lib. 41. Rub. Invidiæ amuletum. pag. 301. col. 2.*

Puerorum † quoque apud Romanos impuberum & inge- 12
nuorum Bulla, è collo in pectore ad cordis figuram rotunda dependens, insigne fuit, eâque ad 14. usque ætatis suæ annum (quo vel Musarum vel Martis tyrocinio initiabantur) uti solebant: postea quasi pueritiæ ac nucibus, quod dicitur, valedicentes, sive ut nos loquimur, puerilibus calceis exutis, illam depone-

13 deponebant. Hæc † in hiſce infantibus ingenuis aurea eſſe ſolebant, quandoque etiam argentea, in libertinis ſcortea, *id eſt*, de loro, quaſi bullientis aquæ ſinus communiens, pectuſque
14 puerile. Nonnulli † verò, ut Macrob. *lib. 1. Saturnal. cap. 6.* auctor eſt, credebant ingenuis pueris ideò hoc geſtamen tributum, ut cordis figuram in bulla ante pectus annecterent, quam inſpicientes, ita demum ſe homines cogitarent, ſi corde præſtarent. Stuckius *d. lib. 1. antiq. Conviv. cap. 17.* Pierius *d. Rubr.*
15 *Invidiæ amuletum*, ubi † ad hoc, quod de ſcortea diximus, Juvenalis adducit auctoritatem: Signum, *ait ille*, de paupere loco,
16 ac valdè notabiliter ſubijcit, noſtræ † etiam ætatis morem eſſe, ut ſi quis torquem aureum, catellamve geſtare voluerit, nec tamen equeſtri, aut alia quapiam dignitate, cui geſtamen illud competat, ſit inſignitus, lingulam ex loro ejuſmodi geſtamini alligare compellatur. poſt Macrob. Lazium, Bayſium, Polyd. Vergil. Chaſſan. & Salmuth. Joan. Limnæus *d. cap. 11. n. 18.* & alij ſupra *hoc cap. verſ. Communiter n. 4.* & alibi relati.

17 *Tertiò.* † Haud minus impropriè Bullas concilia & locum in quo conſultatur, appellamus. Polyd. Vergil. *lib. 8. cap. 2.*

18 Propriè † nobis hîc Bulla nihil aliud eſt, quam Majus Imperatoris Sigillum, quod gravioribus negotijs appendi ſolebat. Ut enim in quotidianis vel Sigillum, vel Annulus: ita in gravioribus Bulla adhibita fuit, *cap. licet. de Crim. falſ.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 4. n. 11.* Marq. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. de Imp. Roman. cap. 7. pag. 170. b.* ubi addit, ut hæc Bulla *Majeſtatis*: ita Sigilla *Typariorum* nomine venire.

Hinc ſubſequentia tria deſcendere videntur:

19 1. Bullare † nihil aliud eſſe, quam Sigillare ſive ſignare, Petr. de Vineis *lib. 1. Epiſt. 21.* ibi: Exiſtens ipſe bullator & ſcriptor & forſan numerator. Freher. *d. loc.* Arumæus *d. diſcurſ. 1. theſ. 4.* Limnæus *lib. 1. de Jur. publ. cap. 11. n. 14. per d. cap. licet §. eos etiam.* Quirin. Cubach. *lib. 3. Juriſp. Germ. publ. cap. 2. n. 4.*

20 2. Ab his † Bullis Doctores Bullatos, veluti, literis bullatis & non Academico examine gradum adeptos, appellari tradit Arumæus *d. loc.* & alij à me *tract. de Jur. Inſign. cap. 2. n. 610. & ſeqq.* adducti. 3. Diplo-

3. Diplomata † sive tabulæ, quibus nimirum Bullæ sive 21
Sigilla illa majora apponebantur, ab adjuncto Bullas, tàm in Latina, quàm vernacula nostra Germanica dictas fuisse. Reichs-Abschied zu Augspurg *Anno 1530. §.* Nachdem Churfürsten &c. it: Die Bullen Päbstlicher Heiligkeit. Limnæus *d. cap. 11. n. 15. & 16.* Unde † quantum ad hanc nostram materiam attinet, Bul- 22
la generaliter accipitur pro quibuscunque literis Papæ authenticis, plumbo munitis & maximè gratiosis. Rebuff. *d. part. 1. prax. benefic. cap. 40. n. 30. & 10.* Etenim † quando Paulus Pon- 23
tifex Breviatores sive Scribas ex Sacerdotijs ad taxam collatis, vectigal capientes exauctorasset, Sixtus, velut perutiles ærario ministros restituisset, primusque nova Solicitatorum Collegia, astipulatorumque, sine quibus nullæ conficerentur tabulæ, instituisset, Bullas has dixere, quo per hoc à pluribus examinatæ, difficiliùs corrumperentur. Polyd. Vergil. *lib. 8. cap. 2.* Pariter & literæ † Regis Franciæ gratiosæ, quibus feuda con- 24
ceduntur, Bullæ vocantur apud Joan. à Leydis *lib. 6. Chron. Belgic. cap. 4.* quod est, de Bulla Donationis Comitatus Hollandiæ. Hinc † generaliter Bullam dictam putat Freher. *citat. loc.* 25
quod signum Cæsaris, vel ceræ impressum, vel capsulæ cuidam ex auro aut plumbo incusum, literis appenderetur, non aliter sanè, quàm olim Bullæ pueris prætextatis.

§. III.

ORIGO, CAUSÆ SIVE HIEROGLYPHICA BULLæ Papalis & Imperialis aureæ, ut & Sigilli Plumbei.

DE Origine † Polyd. Vergil. *lib. 8. cap. 2.* Author *Apolog. Antiq.* 26
Academ. Oxoniensis lib. 1. n. 114. pag. 62. ita referunt: Satis constare Agathonem (quo sedente magna sedi facta est honoris accessio) in cera anulo impressisse: Verùm postea, cum Romanus Pontifex multa irrogaret privilegia, ut diplomata diuturniora forent, Stephano III. ac deinde Hadriano I. tabulas Apostolicas plumbo obsignare placuisse, eumq; annum salutis 772. cū ipse Hadrianus factus esset Pontifex, fuisse. Antiquitùs enim

Sigillum plumbeum non reperiri; quemadmodum ante Carolum Magnum Imperatorem neminem Romanorum Cæsarum auro obsignasse, traditur. Limnæus *d. lib. 1. cap. 11. n. 40.* An autem huic assertioni fides habenda sit, dixi. *§. seq. v. Genera Bullarum. n. 38. & 39.*

27 Non † autem dicitur Bulla Papalis, nisi in ea appositum fuerit plumbum. Gloss. *in verbo: aurea. Clem. unic. in fin. de Jurej.* text *in cap. licet. de crim. falf.* & quamvis plumbum, Bullam quidem vocent, ut *in d. cap. licet:* rectiùs tamen tota scriptura â Papa cum plumbo deveniens, Bulla vocatur. Rebuff. *part. 1. prax. benefic. cap. 40. n. 3.* Pet. Gregor. *lib. 17. Syntag. jur. univers. cap. 15. n. 21.* Polyd. Vergil. *lib. 8. de Invent. rer. cap. 2.*

28 Causas † quod attinet, cur Pontifices utantur Bullâ, duæ recensentur. *Prima,* quía quemadmodum apud Romanos Bulla Triumphantium gestamen erat, inclusis in eam remedijs, quæ adversus Invidiam pollere credebantur. Pier. *lib. 41. Hieroglyph. Rubr. Invidiæ amuletum. pag. 301. col. 2.* & alij supra relati: Ita quia Pontifices summi Triumphos obtinuerunt, primam nunc dignitatem possidendo, benè bullâ, validissimo adversus invidiam remedio, utuntur, ita, ut si magnus aliquis Princeps illis inviderет, Conciliationis mittendo Bullam statim Invidia rum-

29 patur. *Altera* † causa perhibetur, quod sicut Bulla in aquis ex pluviâ citò movetur, citòq; deficit: ita ex omni parœmia non alterius hominis solùm vita bulla dicitur, sed etiam Pontificis Romani, cui dictum fuit, non videbis dies Petri, atq; sic eum uti Bulla, *hoc est,* brevi illo insigni, tanquam aquæ turgiditate fluitante & descendente, ait Pet. Rebuff. *d. cap. 40. n. 6. & 7.*

30 Notabile † illud est, quòd præter Pontificem Max. etiam Dux Venetorum & Magister Ordinis Hospitalariorum S. Joannis Hierosolymitan. Equitum Plumbo signent. Ducem Venetorum quod attinet, de eo dixi *tract. de Jur. Insign. cap. 2. n. 947.*

31 *& seq.* & cum de Stilo utatur plumbo, literas ejus † non plumbatas suspectas esse, ait post Bald. *in l. de quibus. col. 11. D. de LL.* Limnæus *d. lib. 1. de Jur. publ. cap. 11. n. 37. & 38. in margin.* Renatus Choppin. *lib. 2. de Doman. Franc. tit. 2. num. 8. pag. 224.* Originem

nem † quod attinet, de illa ita fertur: Der Hertzog zu Venedig 32
sigelt von Alters her mit Bley / vnd obwol etliche meinen / solche
Freiheit mit Bley zu sigeln / sey dem Hertzog vom Pabst Alexandro dem III. gegeben worden / so befindet sich doch in der Warheit anders / dann die Hertzogen noch ehe gemeldter Pabst nach Venedig kommen ist / also gesigelt haben. In den Archiven zu Arle findet man ein Privilegium, so Hertzog Vital Michaël vmbs Jahr 1160. derselben Insul gegeben / das ist mit Bley gesigelt / stehen diese Wort im Bley VI. MICHAEL DEI GRATIA VENET. DALMATIÆ ATQUE CROATIÆ DUX: solches wird auch noch viel in andern Instrumenten gesehen / so noch älter sind. Hieron. Megiser. *in descript. Urb. Venet. lib. 2. cap. 4 pag. 359.* De Magistro † Ordinis Hospitalariorum plumbeo Sigillo uten- 33
tis auctor est Megiser. *part. 2.* von Ritter-Orden. *cap. 4. pag. 105.*

§. IV.

DESCRIPTIO; DIFFERENTIA AB ALIIS Sigillis: Genera Bullarum.

D*Escribitur* † Bulla, cumprimis ea, quæ Papalis est, scriptura 34
in membrana descripta, plumbo funibus pendente jure munita, salutationem cum narratione ac Papæ concessionem, aliaq; necessaria continens. Hanc Descriptionem cum nobis exhibeat, latiusque explicet Pet. Rebuff. *in d. prax. benefic. cap. 40. n. 11. 12. & seq.* Speculat. *lib. 2. tit. de rescript. præsent. §. 3. n. 1.* ubi quomodo ex filo & charta Bullæ falsitas arguatur. Matth. Stephan. *lib. 3. de jurisd. part. 1. cap. 12. n. 13.* ubi de rebus, super quibus detur.

Differentiam † inter Sigillum Magnum & Bullam hanc au- 35
ream, quod attinet, refert illam Gloss. *sub fin. cap. unic. Clem. de Jurejur.* Specul. *d. tit. de Rescript. §. 1. Igitur. v. Porrò.* Pet. Philippus Cornæus *cons. 177. n. 5. & 6.* Restaur. Castald. *de Imp. quæst. 47. n. 5.* ubi post Speculat. dicit, Sigillum † Imperatoris ita esse debe- 36
re, ut habeat in Circulo Orbiculares literas, has scilicet, S. N. Romanor. Imperatoris & Augusti; & in Circulo sit sculpta Imago Imperat. solio Imperiali sedentis, & in capite regale

 Diadema

Diadema habentis, in manu dextra sceptrum & in sinistra pomum rotundum tenentis. text. *in cap. inter dilectos. v. 3. per tot. & in vers. sed & ipsum. Extra. de fid. instrum.* cum similibus alijs
37 relatis per Castald. *d. loc. n. 6.* ubi insuper † notandum dicit, esse Sigillum regium ante coronationem, sed regium Imperiale post coronationem, per textus ad hoc ibid. adductos. Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. num. 4.* Tale fuisse Ottonis IV. Imp. Sigillum constat ex Apologia pro Divo Imper. Cæsar. Ottone IV. ab Henric. Meibom. Helmstadij Anno 1624. editâ *in prin.* & infra *cap. 5. n. 19.* expositis.

38 *Genera* † Bullarum potissimum ex materia sumuntur & quadrupliciter distinguuntur. Quædam enim Bulla Aurea est; quædam Argentea; quædam Plumbea: quædam Cerea. post Jul. Cæsar. Bulenger. *lib. de Rom. Imper. pag. 349.* Limnæus *lib. 1. de Jur. publ. cap. 11. num. 9.* Solebant enim Imperatores literas suas bulla aurea, argentea, cerâ & plumbo munire, uti post Codinum *de Offic. aul. Constant.* tradit Joann.
39 Baptist. Hansen. *lib. de Jurejur. Veter. cap. 6. pag. 39.* hoc † insuper annotans, Jusjurandum quoque his literis per Principem additum, ostendente Phranze *Chron. cap. 10. lib. 2.* & hanc veram bullæ Aureæ, & Romanorum Pontificum Bullæ Originem esse.

40 Est autem † Bulla aurea Sigillum magnum, totum aureum, pendens cum Imagine Imperatoris in Solio Imperiali sedentis, Diadema Imperiale in capite gerentis, in manu dextra Sceptrum & in sinistra pomum rotundum tenentis. post Specul. & Card. Zabarell. Camill. Borell. *lib. 2. de Magistr. Edict. cap. 13. n. 18.*

41 *Aureæ* † & *Argenteæ* Bullæ usus erat, cum scriberetur ad Reges; aut res, veluti sanctio, vel concessio, magni quid importaret. Hac de causa advenêre ab Augusta Vindelicia Decreti Cæsarei Diplomata, solemnibus latæ membranæ Codicillis perscripta, obsignataque aureo Sigillo, quibus Cæsar (Carolus V.) disertè explicabat, se idcirco ab Hispania venisse in Italiam, ut sublatis bellis certam atque optatam Pacem afflictis Italiæ rebus

rebus apponeret. Paul. Jovius *lib. 29. histor. pag. 179.* Auri † siquidem aspectus solùm immensum quiddam Majestatis & gloriæ contemplantibus ingerit & venerabundos cogit summi Imperij & Veteris Romæ atq; aurei seculi meminisse. Domin. Arumæus *discurs. 1. ad Aur. Bull. thes. 4.* ubi adhoc exempla Bullarũ aurearum Caroli IV. Friderici II. & Sigismundi ex Goldasto recenset. Hac † ratione per Aureæ Bullæ scripta res apud probatos classicos auctores definita esse dicitur, ipsaq; Bulla synecdochicè Sanctio ab ejus appositione appellatur, uti exempla in Carolo Magno, Ludovico Pio, & Carolo Crasso Impp. alijsque recenset Limnæus *d. cap. 11. n. 20.* Arumæus *d. thes. 4.* bullam † auream Caroli IV. Latino idiomate conscriptam, quod attinet, illam, cùm in Imperiali Francofurto ad Mœnum commorarer, vir Strenuissimus & Nobilissimus Dn. Hector Wilhelm à Günterrodt / Consul tùm temporis ibidẽ Amplissimus, Vir insigni humanitate & eruditione conspicuus, literatorum fautor maximus, hoc me inter alia affecit honore, ut 11. Junij Anno 1639. in Curia, quam Romanam vocant, prædictæ Bullæ originale, ibi asservatum, inspiciendum daret. Liber est in quarto (uti vocant) manuscriptus in membrana, Sanctionum Catalogum & Capitum Rubricas ante textum exhibens, vetustatem apprimè indicans. Bulla ipsa solido ex auro est, magnitudine Thalerum Imperialem parum excedens. Priori ex parte habet Imaginem Cæsaris solio insidentis, coronam Imperialem capite gestantis, dextrâ Sceptrum, sinistrâ pomum Imperiale cum cruce tenentis: cui ex eodem latere dextro (si rectè memini) Aquilæ, non Bi- sed Unicipitis: ex altero sive â sinistris Leonis caudâ bifurcatâ figura apposita prostat, cum hac majoribus literis prominente circumscriptione: CAROLUS QUARTUS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA, ROMANORUM IMPERATOR, SEMPER AUGUSTUS, ET BOHEMIÆ REX. Posteriori ex parte Imago Romæ, vel potius Castri magni, ex tribus, duabus tamen prominentioribus turribus cum porta constantis, hâc in medio paulò ad finem declinante inscriptione visitur.

Margin: 42 (beside "Auri † siquidem"), 43 (beside "Hac † ratione"), 44 (beside "bullam † auream").

AUR
EAR
OMA.

In circumferentia autem hic habetur versiculus:

Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.

Demum ex filis sericis flavis hæc bulla dependet: habeturque etiam in capsula nudum ejus Bullæ exemplar Germanicum, nullo sigillo roboratum: vetustatem primo intuitu æquè ac ipsum Originale statim oculis ingerens. Conf. etiam Freher. *in not. ad Pet. de Andlo lib. 2. de Imp. Rom. cap. 5. in verbis: Bulla sed si-*
45 *gillo pag. 170. b. cum seq.* Sic † cum Solymannus Ferdinandi I. Cæsaris Legatos à se dimitteret, ejusmodi illis comisit literas. Erant hæ in oblongo & perangusto dentatæ chartæ volumine aureis ac cæruleis literis Arabicè scriptæ, obsignatæq; aureo sigillo & sacculo purpureo inclusæ, utpote quæ tantis involucris barbari vanissimiq; Regis superbiam præferrent. Jovius *lib. 30. Histor.*
46 *pag. 191.* Atq; † hoc moris scribit Freher. *d. loc. pag. 171.* pariter & verbi Græci à nostris mutati, habuerunt & ipsi sua χρυσόβουλλα, quæ, ut Codinus refert, per dispositionem magni Logothetæ
47 mitti ad Reges, Sultanos & Toparchas, &c. Hujus † aureæ Bullæ affixione uti, non multum expedire, ait Castald. *de Imper. quæst. 47. n. 4.* propter surreptionis periculū ob metalli preciositatem. Erat enim hæc bulla quandoq; solida aurea, quandoq; interiori parte vacua, quandoq; etiam argentea, Prælatis & Principibus olim recepta, hodiè in usu esse desiens. Castald. *d. quæst. 47. n. 4.*

48 *Plumbeæ* † Bullæ [quæ etiam Bulla simpliciter *in cap. licet de Crim. fals. & per Dd. in cap. qui nesciat 11. distinct.* Felin. *in cap. 2. vers. Stilus col. 7. n. 18. Eod.* Rebuff. *part. 1. prax. benefic. cap. 40. n. 9.* vocatur: vel etiam Insigne summorum Pontificum. Rebuff. *d.*
49 *n. 9.*] cum ad † Despotas, Patriarchas & reliquos Magistratus honoratiores scribebatur, usus erat: quam Pontifices Romani sui planè juris fecerunt. Cerem. Eccl. Rom. *lib. 1. cap. 2. in fin.* Limnæus *d. cap. 11. n. 35. & 36.*

50 Et quemadmodum † Imperator Romanus ante Coronationem non signat Bulla, sed sigillo utitur: Clement. *Ne Romani in*

in fin. d. Elect. Glosf. *in Clem. 1. de jurej. ad fin. & ibi Dd.* Restaur. Castald. *de Imp. quaest. 47. n. 1. & 2.* Franc. Marcus *decis. Delphin. quaest. 941. n. 6.* Camill. Borell. *lib. 2. de Magistr. Edict. cap. 13. n. 16. & 17.* ita † quoq; Papa Romanus electus ante coronationem, ut ob- 51
servat usus & consuetudo, phrygiâ mitrâ, & in Rescriptis tali gaudet subscriptione: *Datum Anno, vel die 3. suscepti nostri Apostolatus officij:* & tunc non sigillat Bulla integra, sed ea, quae ex uno latere habet DD. Petri & Pauli Imagines in plumbo, ex altero verò planâ: post coronationem verò ita scribit: *Datum anno Pontificatus nostri &c.* integrâq; utitur bullâ cum praedictis Imaginibus ex unâ parte, & cum nomine Pontificis, primâ scilicet ejus literâ, & ordine Pontificatus, ut P.P. III. *id est*, Paulus Papa III. & I.P. III. *id est*, Julius Papa III. ex aliâ. Restaur. Castald. *de Imp. qu. 47. n. 3. & 4.* Rebuff. *d. prax. benefic. part. 1. c. 40. n. 9.* Petr. Gregor. *lib. 15. Syntagm. jur. cap. 3. n. 24.* Menoch. *lib. 2. praesumpt. 57. n. 4.* Camill. Borell. *lib. 2. d. Magistr. Edict. cap. 13. n. 12. & seq.* Nicol. Honthem. *lib. 4. de Arte Notar. cap. 11. n. 21.* Limnaeus *d. cap. 11. n. 38. & 44.* ubi hoc † addit; Bullis his seu sigillis eorum, qui ijs ute- 52
bantur inscripta fuisse nomina, quandoq; effigies, & plerumq; insignia. Cujus † Bullae plumbeae Imaginem ad Alexandrum 53
III. Papam spectantem, ac subjectam privilegio Alexandri III. Haerrenalbensi Sueviae Monasterio dato, exhibet Crusius *lib. 11. Suev. Annal. part. 2. cap. 9. pag. 468.* Et vidi ego annis superioribus Bullam plumbeam Innocentij III. & Honorij IV. Paparum in Coenobio Monialium ad Spiritum Sanctum apud Sulatenses, ejus Literis Confirmatorijs in fine additam. De hoc † Sigillo plumbeo Author Compilat. Chronolog. qui extat 54
tom. 1. Illustr. Veter. script. Francof. apud Wechel. pag. 752. ita refert: Anno Domini 1464. Paulus II. patriâ Venetus, qui priùs Petrus Barba vocabatur, electus est. Hic mutavit Sigillũ plumbeũ Papale. Nam antea semper duo capita, scilicet Petri & Pauli uno latere continebat, in alio verò nomen Papae tantùm: nunc verò stat in latere uno, quasi Imago Papae infulati coram populi multitudine, in alio duae Imagines oblongae Apost. Pauli & Petri. Idem testatur Paulus Langius Monachus *in Chron. Citizensi p. 869.* Ab hoc † plũbo Notarij & Registratores Plũbatores dicti, de 55
qui-

quibus & eorum officio Octav. Vestrius locis à Petr. Gregor.
56 *lib. 15. Syntag. jur. cap. 42. n. 4. relat.* Citra † hanc Bullam Capellanos creari curat Pontifex, ita tamen, ut recipiantur à Camerario & in aliorum numerum, qui cappa, rochetto & biretro eos ornat, redigantur, post Bellamer. & Æn. Falcon. Mascard. *de probat. concl. 264. n. 4. vol. 1.*

57 *Cereâ* † Bullâ antiqui Imperatores, ad matrem, uxorem & liberos scribebant, quæ post cum inferioribus communicata. Limnæus *d. lib. 1. cap. 11. n. 26.* Joh. Jacob. Speidel. *in notab. Jurid.*
58 *hist. polit. lit. W. Voc.* Wachs. Hæc † Cera Sigillaris classicis auctoribus Maltha vocatur, veluti Julio Polluci, tradente Adr.
59 Turneb. *lib. 8. Adversar. cap. 4.* cera scilicet, † quâ tabulæ Judicũ illinebantur, & Festo Interprete, pyxis erat cum cera mixta.
60 Similis est, † *inquit*, quam in Verrem Cicero Ceram legitimam vocat, quâ tabulæ judiciales incerabantur. Hesychio *lib. 6. cap. 9.*
61 cera mollis est. Et hunc † cerâ sigillandi ritum Dantem sæpè celebrare scribit Aldrovand. *lib. 1. de Insect. cap. 3. De cera. Rubr. usus ad sigillandum. pag. 174.* utpote *Cant. 13. Parad.*

Se fosse à punto la cera dedutta
Et fosse il cielo in sua virtù suprema
La luce del suggel pareble tutta.

Et Contr.

Et hauea in atto impresso essa fauella
Ecce Ancilla Dei si propriamente
Come figura in cera si sugella.

Et rursum *Cantic. 33.*

Et io, si come cera da suggello
Che la figura impressa non transmuta
Segat è hor da voi lo mio ceruello.

62 Usitatum † est autem, apud nos præsertim Germanos, ut aliqui non nisi rubra, alij viridi, nonnulli flava utantur, vel uti debeant, idq; secundum dignitatem signantium, quæ evertitur, si aliâ cerâ notetur, uti post tradita Menoch. *de arb. jud. cas. 113.* refert Rutg. Rulant. *de commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 13.* Besold. *in thes. pract. lit. W. Voc.* Wachs. 2.

In-

Inter † has Ceras *Alba*, Plin. *lib. 21. cap. 14.* punica, (hoc est, 63
ut Jacob. Delacampius ibid. exponit) omnium candidissima
dicta, Aldrovand. *lib. 1. de Insect. cap. 4. Rub. Differentiæ pag. 158.
Edit. Bononiens.* excellit, quâ Galliæ † Reges, tanquam peculiare 64
decus privativè utuntur. His enim solis Regibus competit, ut
cerâ albâ (alijs flavâ) obsignent Diplomata: Principes verò reli-
qui alijs coloribus, uti † nominatim privilegia duo Renato Sici- 65
liæ Regi, posterisq; ejus rectâ lineâ descensuris à Ludovico XI.
Rege. 23. Janu. An. 1468. & mense Majo 1469. attributa, ut nem-
pe albâ, sive candidâ cerâ ipsis in Regnis Hierosolymorum, Si-
ciliæ & ditionibus alijs, tum in Gallia, tum extra eam obsignare
liceret, ostendunt. Joan. Tilius *comm. de reb. Gallic. lib. 2. ab ini-
tio pag. 97.* Matth. Dresser. *Isag. histor. millen. 6. part. 2. pag. 592.*
Kirchner. *lib. 1. de offic. & dign. Cancell. cap. 4. n. 55.* Jacob Borni-
tius *lib. 1. de Instrum. cap. 20. pag. 88. part. 1.* Limnæus *d. cap. 11. n.
29. cum ibi relat.* Besold. *in thes. pract. Voc.* Wachs. 2.

Verum † Joan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. ult. cir. fin.* quem 66
sequitur Henning. Arnis. *lib. 3. de Jur. Majest. cap. 1. n. 1.* flavam
ceram in usu sigillandi à Ludovico Rege Renato Regi Neapoli-
tano ac Siciliæ beneficij loco concessam, nec unquam Reges
Galliæ candidâ cerâ usos fuisse scribit. Pariter † & Fridericus 67
III. Imper. Ducem Modenæ & Reggij creans, eâdem cerâ albâ
signandi facultate donavit, post Giovan. ac Baptist. Pignam *lib.
7. dell' Hist. de Princip. d' Este. pag. 544.* Limnæus *d. cap. 11. n. 28.* De
† Comitibus Mansfeldicis, ac in specie de Hojero refert Span- 68
genb. in Mansfeldisch. Chronick. *cap. 348. pag. 404.* ei Maximilia-
num Cæsarem albâ cerâ in posterum sigillandi potestatem de-
disse, & de Wenceslao † Imp. literis prodit Goldast. *tom. 2.* Reichs- 69
händel/ *pag. 82.* quòd is privilegium Balneatoribus datum, albâ
obsignarit cerâ. Hac † cerâ adhuc utitur dicasterium Rotvvi- 70
lense. Besold. *in thes. pract. Voc.* Wachs. *2.* & plurimæ Acade-
miæ & Universitates, simplicem licet jurisdictionem habeant.
Kirchner. *d. lib. 1. cap. 4. n. 56.* ubi de Academiâ Marpurgensi ex
jus Statutis.

Rubrâ † cerâ signandi facultas ferè hac in materia primas 71

tenet, usq; adeo, ut etiam de ea in literis Nobilitatis disponi per Impp. ejusq; potestas fieri soleat. Lazius *lib. 9. Com. Reip. Rom. c. 1. pag. 746.* Phil. Meister. *lib. 5.* Notariat-Spieg. *pag. 715.* ibi: Daß sie nun hinfüran in Ewigkeit in allen und jeglichen ihren Besigelungen/Insigeln/Pittschafften/kleinen und grossen/gegen jedermänniglich/in was Wirden/&c. niemand außgenommen/Roht Wachs gebrauchen/und ihrer Nohtdurfft und Wolgefallen nach damit besigeln und pittschafften mögen/von aller männiglich ungehindert.

72 Hac † etiam Pontifex Rom. utitur, ut infrà *vers. Ex his patet, n. 93.* annotatum. Nec eò minus rubra eorum tantùm est cera, qui in dignitate sunt positi & privilegio muniti: præsertim autem Imperatori, Regibus, Principibus & Comitibus, aliisque Magistratibus, Nobilibus, Doctoribus & alijs competit.

73 Sicut † enim colorum differentia & præeminentia in insignibus attenditur: ita & in Cera signorum, post Bornitium *lib. 1. de Instrum. cap. 20.* Besold. *in thes. pract. Voc.* Wachs 2. Ern. Coth-

74 man *resp. 38. n. 104. vol. 3.* Plenioris † enim jurisdictionis hoc signum est, neq; omnibus, nisi vetere consuetudine, aut certo privilegio impetratum sit, competit. Kirchner. *lib. 1. de offic. &*

75 *dign. Cancell. cap. 4. n. 53. & seq.* Hac de † causa solet usus sive licentia Rubræ ceræ, mit rotem Wachs zu sieglen/ civitatibus loco præmij & privilegij indulgeri. Ita ex Maximiliani II. Imper. beneficio hac cera rubra literas obsignat Imperij civitas Biberacum, uti *cap. 6. tr. de jur. Insign. n. 1005.* diximus, constatq; ex concessione Matthiæ de Anno 1469. in Vigilia B. Petri & Pauli Civitati Budissinensi facta. §. Auch haben wir &c. daß obgenanten und der Cron zu Böhmen lieben Getrewen zu einer sonderlichen Ehr und Zierheit/unser Königlichen Stadt Budissin die Gnad gethan und gegeben/daß sie und jhre Nachkommen/fort mehr und zu ewigen Zeiten mit rotem Wachs sigeln sollen und mögen. Borni-

76 tius *d. lib. 1. cap. 20. pag. 87.* ubi † insuper addit, se meminisse urbi olim pœnæ loco interdictum, ne rubra cera, sed flava tantùm utatur. Besold. *d. Voc.* Wachs. 2.

77 Viridis † coloris cera adeò vilis habenda non est, ut eà Germaniæ Proceres non utantur, juxta Rulant. *de Commiss. part. 2.*

lib.

lib. 5. cap. 30. n. 13. & 14. ideò & nonnullas Regis Galliæ literas ejus coloris cerâ obſeratas, annotavit Eſtienne, referente Limnæo *d. cap. 11. n. 33.* utiturq; hac Cæſareum Caſtrum Fridbergenſe in Germania, ac jam olim Otto Senior Dominus de Eberſtein in confirmatione Privilegij Bertoldi Domini de Eberſtein dati Cænobio Hærrenalbenſi uſurpavit: Cruſius *lib. 10. Suevor. Annal. part. 2. cap. 8. pag. 406.* Et apud Anglos Academia Oxonienſis Apolog. Antiq. Oxonienſ. *lib. 3. n. 49. pag. 267.* Limnæus *d. loc.* Imò noſtris moribus Leges, quæ perpetuitatem habere debent, Cera viridi, ac ſericeis vinculis, purpurei ac viridis coloris muniuntur: ad Edicta tamen temporanea, nec ſericei funiculi, nec cera viridis, ſed flava adhibetur, prout refert Bodin. *lib. 1. de Repub. cap. 9. verſ. Eſt igitur populis pag. 150. & ſeq.* Et ut hoc regium apud Gallos ſigillum eò illuſtrius eſſet, D. Ludovici Regis beneficio, aliud publicum ei adjunctum fuit munus, ut eſſent qui hereditario jure Ceram eidem accommodarent. Joan. Bodin. *lib. 3. de Republ. cap. 5. verſ. Sunt etiam munera pag. 473.* Herm. Kirchner. *lib. 4. de offic. & dign. Cancellar. cap. 2. n. 26.*

Illud † hîc obſervatu dignum mihi occurrit, quòd ante 78
Normañorum in Britannia acceſſum, ut eſt apud Ingulphum, Cheirographa cum crucibus aureis, alijſq; ſignaculis firma fuerint: ſed Normannos cum cerea impreſſione per uniuscujuſq; ſpeciale ſigillum ſub trium vel quatuor teſtium intitulatione conficere cheirographa inſtituiſſe. Guil. Camdenus *in Britannia tit. Trinobantes. Eſſex. pag. 340. & ſeq.*

Hæc † Cera, cujuſque illa coloris fuerit, candida ſcilicet, 79
flava, viridis, rubra, & nigra, Aldrovand. *lib. 1. de Inſect. cap. 3. De cera. Rub. Differentiæ pag. 158. Edit. Bonon.* ſi ejus impoſitio ſimplex & informis fuerit, nullaque prorſus ſigna habeat, ſigillum dici non poterit, nec ullam fidem faciet, etiamſi ab Epiſcopo ſit impoſita, ſed erit inſtar ſigni privati, quod ſicut ſcriptura privata, fidem non facit, Aymo Cravet. *conſ. 46. n. 4. verſ. Jam ſi ſimplicis.* Tuſch. *pract. concl. 240. num. 4. tom. 7.* ubi pro voce certa cera forſan legendum eſt, vel intelligendum de certa & infallibili ſcriptura, cum qua inter-

pretatione antecedentia& consequentia conveniunt. Hinc est,
80 † quod sigillare dicamus, cum signum sive sigillum nostrum
alicui rei imprimimus: quod equidem in nulla re aptiùs fieri
poteſt, quàm in cera ad hoc aptissima. Aldrov. *d. lib. 1. de Insect.*
81 *cap. 3. Rub. Usq; ad sigillandum pag. 173.* Contrà Bulla † authentica est, quæ sigillum authenticum habet, *cap. 2. de fid. instr.* & ibi Gloss. *in verbo, Sigillum.* Talibus enim literis cum authentico scribentis sigillo credendum est: maximè verò ubi scriptura est Principis, quo casu sigillum habet vim subscriptionis, & ei omninò credendum est. Fachin. *cons. 56. n. 2. 3. & 4. lib. 1.* Menoch *cons. 1. n. 333.*

82 Illud † veteribus solemne, Ceram pro scriptura, sive ipsis tabulis sumere. Plautus *in Asinaria*, ibi:

Ne ulla sit cera, ubi facere possit literas.

Idem in *Curcul.*

Dum scribo, explevi totas ceras quatuor.

Et facetè apud Eundem *in Pseud.* Calidonius:

Lege, inquit, *sed tabulas redde.*
Tu hinc eum ex cera cita. Respondet Pseudolus:
Eccam in tabulis, in cera cubat.

Ovidius *lib. 1. Amor.*

Cætera fert blanda cera notata manu.

Dulcissimè Juvenalis:

Nonne libet medio ceras implere capaces
Quadrimio?

Pulchrè idem Laertius *in lib. Platon. in vita ejus*: Pleriq; *ait*, autumant, Philippum Opuntium ipsius (Platonis) Leges, quæ erant in cera, transcripsisse. Aldrovand. *d. cap. 3. Rubr. Usq; in scribendo.*
83 *pag. 171. Edit. Bonon.* Mos † enim apud veteres erat, in tabulis ceratis & pugillaribus scribere, præcipuè ante chartæ & membranæ inventionem, quæ Græcis adscribenda venit, Isidor. *lib. 6.* tentatis pluribus scribendi materijs, de quibus Plin. *lib. 13. cap. 11. vers. Hanc Alexandri.* Plin. Secund. *lib. 2. Epist. 76.* Aldrovand. *d. loc.* Quæ igitur in ceratis tabellis, & per translationem in alijs scripta erant, in ceris scribi dicebantur, & quod in primo loco,

in prima cera, & postea in secunda, tertia &c. ac ima. Hac ratione Julius Cæsar Q. Pedium ex quadrante heredem instituit, reliquos in ima cera. Sueton. *in Julio cap. 83.* Ita † extre- 84
mam ceram, ultimam tabulam, vel ultimam tabulæ sive testamenti partem interpretatur Ascon. Pedian. *lib. 2. in Cicer. Verr.* Pet. Gregor. *lib. 15. Syntag. jur. cap. 22. n. 6.* Aldrovand. *d. loc. pag. 171.* Philipp. Beroald. *in Suet. Julium cap. 83. ad verba: In ima cera. & in Neron. cap. 17. ad verba: Primæ duæ ceræ.* M. Ant. Sabell. *in paraph. Sueton. in Neron. cap. 83. ad verba: In ima cera.* Huc spectat illud Horatij *lib. 2. Satyr. 5.*

Qui testamentum tradit tibi cumque legendum,
Abnuere, & tabulas à te removere memento;
Sic tamen, ut limis rapias, quid prima secundo
Cera velit versu.

Ubi notandum, Commentatores pro primâ cerâ primam tabulam exponere. Nam in primæ, *inquit*, tabulæ secundo versu heredis nomen continetur: testatoris autem nomen erat in primo, ut ex Sueton. *in Neron. cap. 17.* liquet: In imâ verò cerâ, *id est*, extremâ parte tabulæ cætera pro testatoris voluntate notabantur. Sic Martialis quoq; testamentum ultimas ceras vocat:

Nil Ammiano, præter aridam vestem
Moriens reliquit ultimis pater ceris,

Verùm † idem Martialis *lib. 8.* raucas ceras, libellos forenses 85
nuncupat.

Cum modò distulerit raucæ vadimonia ceræ.

Garrulas Ovid *lib. 1. Amor.*

Aptiùs hæ capiunt vadimonia garrula ceræ.

Aldrovand. *d. cap. 3. Rub. Usus in scribendo. pag. 171. ubi pag. 173.* de facilitate delendi, quæ in cereis tabulis scripta erant, vulgò natum esse dicit adagium usu etiam receptum: *Imis ceris radere*, pro eo, quod est penitùs delere, sic ut nullum omninò pristinæ memoriæ vestigium extet.

Denique † & hoc antiquitatis studiosis notatu dignum 86
duxi, quod Democritum ajunt, ea, quæ esset expertus homini salutaria esse, cera minio infecta sigillasse, cui signum anulo

esset impressum, idq; fecisse, ut quorum periculum non fuisset, internoscerentur, & data occasione experiretur, aut si ædere non posset, haberent, qui lecturi erant, quæ sequerentur, haberent & de quibus non liqueret. Vide eleganter pluribus Aldrovand. *d. lib. 1. de Insect. cap. 3. De cera. Rub. Usus ad Sigillandum. pag. 174. & seq.*

87 Illud † probè observandum, quibusdam Nobilibus nigræ tantùm: plebeis viridis, Magistratibus & Doctoribus rubræ tantùm ceræ usum relinqui. Hodiè alij ceras has in factitiam quandam ceram, Lac sive Spanisch Wachs dictum, hostiasq; ceræ vicem obtinentibus, mutarunt. Jac. Bornitius *de Instrum. part. 1. lib. 1. cap. 20. pag. 88.*

§. V.

BREVE APOSTOLICUM: ET ANULUS Piscatoris.

88 HAbet † Christiana pietas, secundum Pierium *li. 45. Hieroglyph. Rub. Christianæ pietatis successus. pag. 334. col. 3.* felicissimi successus sui signum, navem cum piscatore Petro, tàm in familiari summi Pontificis anulo, quàm in aureis Apostolici fisci numis expressàm, manifestissima ejus, quæ subsecuta est felicitatis, in-
89 dicia, tot annis antea præmonstrata. Usum † hujus signi cumprimis in Brevi Apostolico, sive Diplomate seu Rescripto à Pa-
90 pa, Pœnitentiariove magno emissò, spectari posse reor. Est † autem hoc Breve Apostolicum scriptura modica, in parvis concessa negotijs, in papyro frequenter scribi solita, ac cerâ rubrâ, anuloque piscatoris sigillata, ac signo Secretarij subscripta. Petr. Rebuff. *part. 3. Prax. Benefic. tit. De Brevi Apostolico. n. 15. pag. 598. ubi n. 16. 17. 18. 19. & 20.* hanc descriptionem pleniùs explicando prosequitur Pet. Gregor. *lib. 17 Syntag. jur. cap. 15. n. 13.* Borell. *lib. 2. de Magistr. Edict. cap. 13. n. 4.* Hoc Breve Apostolicum cum suis clausulis quomodo interpretandum veniat, Jacob. Menoch. *cons. 117. per tot.* exponit.

91 Anulo † Piscatoris hoc Breve Apostolicum signatur ad
92 aliorum Sigillorum differentiam, & Piscatoris anulus † hoc Sigillum vocatur, quod, uti fertur, Petrus, qui piscator erat, hoc Sigillo

Sigillo primus usus fuerit: & sicut absque verborum præfationibus ampliùs hoc sigillaricio anulo utebatur: ita & nunc Pontifices summi post eum in hoc Brevi usurpent. Rebuff. *d. part. 3. tit. de Brevi Apostol. n. 21. pag. 598.* Franc. Marcus *part. 1. decis. Delphin. quæst. 992. n. 8.* Pet. Gregor. *d. cap. 15. nu. 14. & lib. 15. cap. 42. num. 10.*

Ex † hisce patet Pontificem & Bullâ plumbeâ & Brevi Apostolico uti, non tamen indistinctè. Nam Bulla plumbea Brevi Apostolico non opponitur: Limnæus *lib. 1. de Jur. publ. cap. 11. n. 39.* & ubi Principes Sigillo Secreto in majore circumferentia, quàm anulus, & minore, quàm Sigillum dignitatis ad chartacea Edicta & Epistolas obsignandas utuntur, ibi summus Pontifex loco ejus Anulum Piscatoris in cera rubra usurpat. Pet. Gregor. *lib. 17. Syntag. jur. univ. cap. 15. n. 13.* Nicol. Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 16.* 93

Hujus † Bullæ verbis in negotio aliquo cessantibus, cessat 94 etiam ipsa ejus dispositio, Steph. Bertrand. *consil. 43. nu. 1. vol. 3. part. 1.* & per se † fidem facit, cum sit probatio probata propter 95 Sigilli summi Pontificis auctoritatem. Ideò, qui literas Apostolicas producit, quas Bullas dicimus, signaturam, ut vocant, ostendere non cogitur, si fortè adversarius objiciat latiùs extensas eas literas contra Cancellariæ regulam, quàm signatura contineretur. Ant. Faber *in Cod. lib. 1. tit. 3. defin. 5. per tot. & ibi pleniùs in not.*

Hæc † Summi Pontificis Sigilla, mortuo eo, statim à Ca- 96 merario Cardinale, ad evitandas fraudes franguntur, uti post alios à se relatos scribit Borell. *d. lib. 2. cap. 13. n. 15.*

§. VI.
ORNATUS ET HIEROGLYPHICA.

GEstamen † illud Romanorum Bulla, Originem ab Hetru- 97 scis repetere omnes conveniunt, feruntq; illud primùm à Lucumone Hetrusco Duce, quê Romulus tàm côdendæ, quàm instituendę urbis sociũ habuit, acceptũ. Eũ verò Pythagoricum fuisse, Ausonius ostêdit, ubi Samij Lucumonis acumê celebrat.

Pluribus.

Pluribus Pierius *lib. 41. Hieroglyph. Rub. De Bulla. pag. 301. col. 1.* In Romana verò Republ. institutorem reperisse Tarquinium Priscum, Plin. *lib. 33. cap. 1.* Macrob. *lib. 1. Saturnal. cap. 6.* Alex. ab Alex. *lib. 2. cap. 25.* Arum. *disc. 1. ad Aur. Bull. thes. 4.* & alij à me *tract. de Jur. Insign. cap. 2. n. 695.* relati, auctores sunt. Dio-
98 dorus † insuper signum hoc varijs ornatum fuisse gemmis profitetur, referente Pier. *d. loc. Rub. Veritas. col. 2.*

99 Rotunda † hæc erat Bulla atque exin' *Primò* Cordis habet hieroglyphicum, ut eam inspicientes, ita demum se homines esse cogitarent, si corde præstarent, ut post Macrob. *d. loc.*
100 scribit Arum. *d. disc. 1. thes. 4.* Ideoque † Tarquinij Prisci filium, quatuordecim non amplius annos natum, virili edito facinore, hoste quippe in acie cæso, Bullâ primùm eâ ætatulâ donatum ajunt, quam & Hersilæ filium adhuc infantulum, quòd primus ex raptis conjugibus ortus esset, eo gestamine decoratum esse, proditum sit; puerumque Papyrium ob tacendi simulandiq; peritiam, quâ in eludendâ matris importunitate, quæ Senatus ab eo secreta perscrutabatur, usus est, eâ maximè nobilitatum, scribente Pierio *d. loc.*

101 *Secundò,* † tritum est, ac *ex princ. hujus capit. n. 1. 2. & 4.* constat Bullam consilij typum exhibere, quòd illud à pectore proficiscatur, & per figuram pectoris, à gutture pendentis, exprimatur.

102 *Tertiò,* † Et quia tumorculi illi exigui ex stillicidijs in aqua facti, citò evanescunt, ad humanæ vitæ fragilitatem & inconstantiam demonstrandam in mysticum hoc, *homo bulla,* abierunt proverbium, cujus Varro *lib. 1. de re rustic.* meminit; quamvis nonnulli de ijs tantùm dictum velint, qui jam saturi annis propè casuri sunt & morituri. Pierius *d. loc. Rubr. Humana fragilitas. pag. 301. col. 2.*

103 *Quartò* † denique Ægyptij cum veritatem ex humano corde gutturi appenso hieroglyphicè indicare volebant, Bullam hanc intelligebant, insignemque hoc gestamine prædicabant Judicem illum, quem in Simandij monumentis fuisse tradunt, cujus è collo suspensa veritas penderet, oculisq; esset in sinum dejectis,

dejectis octo legũ libris circumstantibus: quod nos admonere dicunt, Judices integros esse debere, & solà inspicere veritatem & justitiam. Unde † Salom. Proverb. *cap. 3.* Veritatem gutturi 104
circumdare commonemur: quò etiam spectat, quod in Levitico de Pontificis ornatu invenitur, Veritatis signum in pectus incubuisse: ac apud Ezechielem: Et catena circa collum tuum. De quibus omnibus exactiùs agit Pierius *d. loc. Rubr. Veritas. col. 2.*

CAPUT QUARTUM.

DE DIVISIONIBUS SIGILLORUM.

SUMMARIA.

1. *Transitio.*
2. *Dividuntur Sigilla Primò, in publicum & privatum.*
3. *Publicum vox in jure variè accipitur.*
4. *I. Publicum idem est quod commune, tam proprietatis, quàm usus ratione.*
5. *II. Publicum quid est, quod commune usus intuitu, non autem proprietatis.*
6. *III. Publicum est, quod ad usum publicum deputatum.*
7. *IV. Publicum est, cujus dominium privatorum, usus verò publicus.*
8. *V. Publicum idem quod populare.*
9. *VI. Publicum est, quod loco publico fit.*
10. *VII. Publicum est, quod publicam utilitatem respicit.*
11. *Acta & bona quædam publica, quædam privata.*
12. *IIX. Publica dici possũt omnia, quæ fiunt coram judice.*
13. *IX. Publicum est, quod fit auctoritate publica.*
14. *Privatum, quod privatâ fit auctoritate.*
15. *Sigilla & scripturæ quo in significatu sint publicæ?*
16. *Publici signi appellatio etiam Classicis Scriptoribus recepta.*
17. *Transitio ad rem ipsam.*
18. Publicum Sigillum quid?
19. *Ita à publico officio dictum.*
20. *Publicum Sigillum omne, publicam meretur fidem.*
21. *Authenticum Sigillum idem quod publicum.*
22. *Authentici vocis Etymon.*
23. *Authenticum est, quod certam habet fidem.*

24. *Publici & Authentici differentia.*
25. *Publicum, authenticumve an sit Sigillum, unde cognoscatur?*
26. *I. Ne sit in proprio negotio appositum.*
27. *II. Ut principaliter scripturæ respiciat auctoritatem.*
28. *III. Ut de Consuetudine apponatur.*
29. *IV. Ut actus sigillatus non sit de substantialibus Judicij.*
30. *V. Ut sit Domini inter subditos, in his, quæ ad ejus spectant officium.*
31. *Authenticum ut sit Sigillum, constare debet cujus sit Domini, & quo in loco: ad hoc præjudiciũ.*
32. *Cautela pro instrumento, ut ubivis habeatur pro authentico.* & n. 34.
33. *Instrumentum à persona legali exhibitum etiam in remotâ regione probat.*
35. *Fallit hoc V. Requisitum, I. In Diplomatum Exemplationibus cum clausula.*
36. *II. Fallit, si Consuetudo aliud suadeat.*
37. *III. Fallit in levibus & parvi Judicij negotijs.*
38. *IV. Fallit in Episcoporum, Principum &c. Sigillis.*
39. *V. Fallit, ubi cum Sigillo Notarij & testium adest subscriptio.*
40. *Authenticum esse Sigillum semper probandum.*
41. *Authentica Sigilla quot & quæ habenda?*
42. *Authentico Sigillo sigillatis literis hodiè publicè creditur: idque de Consuetudine.*
43. *Authentica Sigilla vel sunt Personarum Ecclesiasticarum, vel Secularium.*
44. Papæ *Sigillum publicum est & authenticum.*
45. *Nullo alio anni, vel subscriptionis Cardinaliũ eget adminiculo: Idq́, etiam in Privilegijs verũ.*
46. Cardinales:
47. Archiepiscopi:
48. Episcopi:
} *publica & authentica habent Sigilla.*
49. *Ratio, quia ordinariam & publicam habent potestatem & jurisdictionem.*
50. Magni Abbates: & n. 51. ubi Cluniacensis.
52. Prælati:
53. Capitula
54. Conventus
55. Locum tenentes Vicarij
} *Publica & authentica habent Sigilla, admittẽtia tamen probationem in contrarium.*
56. Cæsar:
57. Reges:
58. Principes:
} *Publica & authent. habent Sigilla.*
59. *Literis Regis & Principalibus non creditur nisi Sigillatis, idque*

que de consuetudine.

60. *Contractus à Regibus, cæterisq; Magnatibus inscripti, celebrati intelliguntur.*

61. *Comitum, Baronum & Dominorum temporalium Sigilla publica sunt: & quomodo probent.* n. 63.

62. *Principis Sigillum ut publicam faciat scripturam, debet illud esse summi Principis.*

64. Curiæ, Cancellariæ Principum: 65. Civitates & Cõmunitates: 66. Universitates & Castra. } *Sigilla habent publica.*

67. *Universitas parva, jure privatorum censetur.*

68. Magistratus: 69. Senatus, si de cõsule constet; 70. Judicũ & Judiciorũ Ordinariorum } *Sigilla sunt publica.*

71. *Act⁹ judiciarij operatio.* & n. 73.

72. Sigelmässig soll d' Landrichter seyn

74. Ordinarij loci: 75. Delegati Judices: *Judex unicus unicum, plures plura ponunt Sigilla.* 76. Notarij: 77. Notarij Curiæ: 78. Officiales, hodiè sub distinctione: 79. Viri Magnif. Notabiles, Honestiores, Nobiles. } *Habent jus Sigilli publici.*

80. *De Nobilibus tamen adhuc est controversia.*

81. Doctorum *Sigilla non sunt publica:*

82. *Secus est de consuetudine Germaniæ.*

83. *Principum Sigilla citra Consuetudinem publica non sunt.*

84. *Principum atque Episcoporum litteris Sigillatis in præjudicialibus non creditur, sed favorabilibus admittuntque probationem in contrarium.* & n. 108.

85. Privatum Sigillum quid?

86. *Privata Sigilla & Viri & Fœminæ habent.*

87. *Fœminarum Sigilla in alienis negotijs fide carent.*

88. *Sigillum à persona & officio Sigillantis auctoritatem sumit.*

89. Secundò. Sigillum aliud est Proprium, aliud Alienum.

90. *Proprio Sigillo in arduis omninò utendum.*

91. *Testator non nisi proprio Sigillo signare debet.*

92. *Ut & Notarius.* & n. 114.

93. *Curiæ Sigillum quoad Judicem alienum est, non ita Ecclesiæ quoad Episcopum.*

94. *Notarius comperiens alium suo signo uti, parata habet juris remedia.*

95. Conclusio: *Alieno Sigillo in defectu proprij signari potest.* & n. 105.

138. *Informe Sigillum quod?*

139. *Testes signa sua recognoscentes non tàm certi esse possunt, sicut recognoscentes subscriptionem.*

140. Sextò. Sigillum aliud est Consuetum: aliud Inconsuetum.

141. *Litteris Judicialibus sigillo consueto non sigillatis, non creditur.*

142. Septimò. Sigillum aliud est Notum, aliud non Notũ. *Testimonia ex historica & antiquitate ad hoc adducta.*

143. *Ignotum sigillum ad probandum insufficiens.*

144. *Nota debent esse Sigilla propter recognitionem.*

145. *Noto sigillo plenè creditur, etiam in alterius præjudicium & contra scribentem.*

146. *Notum sigillum neganti probandi onus incumbit.*

147. *Ut ignota sigilla antiqua: ita nota quandoq; planè nova sunt.*

148. *Novi Sigilli exemplum.*

149. *Noto cum Sigillo venienti quomodo credendum?* Vid. remissivè.

150. Octavò. Sigillum aliud Verùm, vel Falsum.

151. *Ratio hujus Divisionis.*

152. *Facta verbis prævalent.*

153. *In veritate Sigilli tota ejus vis residet.*

154. *Falsum Sigillum pluribus arguitur casibus.*

155. *Excusationes contra Falsitatem remissivè tanguntur.*

156. *Adulterina Sigilla vera non sunt: Furtiva vera quidem, sed furtim subtracta.*

157. Nonò. Sigillum aliud est Auctoritatis: aliud Solennitatis: aliud Testimoniale: Consensus aliud: aliud Ratificativum: aliud Confirmatorium.

158. *In Sigillis ut Confusio & incertitudo evitetur, consultum, ut semper addatur ad quid appositum sit.*

Formulæ hujus appositionis exemplum.

159. *Appositionis Sigilli finis si non exprimatur, ex natura actus colligendus est.*

160. *De Differentijs Sigillorum remissivè.*

PRæmissis† Sigillorum generalibus, utplurimum in eo- 1
rum appellatione subsistentibus: nunc ad eorum Divisiones nobis descendendum. Inter varias autem & multiplices sigillorum distinctiones & divisiones, JCtis hodiè secũdum jura Canonica, eorumque Interpretum scripta, receptas, omnium celeberrima illa est, quando Sigillum

2 Primò † aliud est PUBLICUM, aliud PRIVATUM. Bald *in l. si qua per calumniam 22. n. 5. vers. Ultimò quæro. C. de Episc. & Cler.* Petr. Rebuff. *Comment. ad Constit. regias tract. De liter. oblig. art. 1. Gloss. 7. n. 1. & 9.* Carol. Molinæus *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 12.* Franc. Marcus *decis. Delphin quæst. 990. n. 16.* Jac. Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 1.* Petr. Wesemb. *Cons. 48. n. 20.* Altorfens. *cons. 48. vers.* Fürs ander *pag. 214.* Joan. Goedd. *cons. Marp. 28. n. 15. vol. 1.* Joan. Koppen *decis. 46. n. 41.* Rutg. Rulant *de Commiss. lib. 5. cap. 30. n. 4.* ubi ad hoc Bertachinum singulariter laudat. Nicol. Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 25. & 29.* Besold. *in thes. pract. Voc.* Sigel. Ingolstad. apud Hubert. Giphan. *tr. de Renunc. cons. 6. vers.* **Fürs ander.** *pag. 195.*

§. I.

PUBLICUM SIGILLUM.

3 UT autem † intelligatur, quomodo sigilla dicantur publica, sciendum multifariam vocem *Publicum* in jure nostro accipi.

4 I. Enim Publicum † vocamus, quod tàm respectu proprietatis, quàm usus ad omnes nationes spectat, cujusmodi est mare, aer, aqua profluens, quæ aliàs omnibus hominibus Communia perhibentur. *§. 1. Instit. de Rer. divis.* Et ego *tr. de Jur. Insign. cap. 2. n. 7.*

5 II. Publicum † dicimus, de iis rebus, quarum usus quidem communis est, sed proprietas ad aliquem Principem, vel Universitatem spectat, ut sunt flumina & portus *§. flumina Instit. Eod.*

6 III. Publicum † nominamus, quod quidem ipsius Reip. vel Universitatis est, sed ab eis ad publicum usum deputatum, veluti sunt stadia, theatra, Vexilla & Sigilla publica, ac similia. *§. Universitatis. Inst. De rer. divis. & §. 1. Inst. de Inutil. stip.* Vid. me *tract. de Jur. Insign. cap. 2. n. 7.*

7 IV. Publicum † appellamus, quod est privatorum quoad dominium, sed usus ejus est publicus, ut sunt ripæ fluminum. *§. riparum Inst. de Rer. divis.*

V. Pu-

V. Publicum † idem est, quod populare & unicuique de 8
populo conceditur, quomodo actio dicitur popularis *in l. 4. & t. t. Inst. de Action.* & delicta quædam dicuntur publica, quædam privata, *l. 1. & ibi Bart. D. de publ. judic.*

VI. Publicum † est, quod loco publico fit, in quo jus red- 9
ditur. *l. in publicum D. de serv. fugit. l. 2. D. ad exhibend.* Sic Acta & Obligationes à Notariis & Actuariis scriptæ, publicæ dicuntur.

VII. Publicum † illud habetur, quod publicam respicit 10
utilitatem; & privatum, quod privatam. Unde jus quoddam dicitur publicum, quoddam privatum, habito respectu ad publicam utilitatem, vel privatam. *l. 1. §. hujus studij D. de Just. & Jure.* Sic Acta † & Bona quædam publica, quædam privata 11
nuncupantur. Illa de lite Universitatis: hæc de privatorum tractant. Et in hac significatione de Actis ad jus privatum spectantibus, textus est *in l. in fraudem §. Ex his D. de jur. fisc.*

VIII. Publica † dici possunt omnia, quæ fiunt coram Ju- 12
dice, vel à Judice, qui publica dicitur persona. Gloss. *in l. 1. §. hujus studij. D. de J. & J.*

IX. Et † ultimò Publicum nuncupamus illud, quod pu- 13
blicâ auctoritate, sive jure Magistratus est constitutum & fidem publicam facit, tàm quoad potestatem, *§. Constat. Inst. de J. N. G. & C.* quàm quoad probationes faciendas Hugo Grotius *lib. 1. de jur. bell. & pac. cap. 3. numer. 5.* Vid. me tractat. *de Jur. Insignium cap. 2. numer. 8. & 9.* Contrà Privatum, † quod 14
tali auctoritate, fide & potestate publicâ destituitur, privatæq; solùm probationis respectu fidem facit. Atque his † duobus 15
modis posterioribus, & tertio in significatu sigilla & scripturæ à personis publicis, vel à publico ad certum officium deputatis confectæ, publicæ dicuntur, quomodo instrumenta Notariorum publica dici in propatulo est. De quibus omnibus & singulis pluribus agit Nicol. Everhard. Jun. *tract. de fid. instr. cap. 6. n. 9. per tot.* Franc. Vivius *decis. 54. n. 4. lib. 1.* Nec † deest 16
nobis hoc in sensu Classicorum etiam Scriptorum auctoritas.

Ita

Ita enim Cicero *pro Flacc.* Signum publicum, signum, quo Epistola obsignata erat. Et *in Verrem:* obsignare literas publico signo. Marcell. Donat. *in dilucid. Sueton. in Claud. cap. 5. pag. 636.*

17 His † præsuppositis, nunc securis ad arborem, post Baldum cum Zasio *cons. 2. n. 36. lib. 1.* ponenda, jugulumq; rei & negotij
18 cardo tangendus. Publicum igitur Sigillum † esse dicimus signũ jurisdictionem ordinariam habentis, de consuetudine fidem publicè faciens. Pet. Rebuff. *com. ad Constit. reg. tr. de liter. obligat. art. 1. Gloss. 7. n. 4.* Nicol. Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 29.* Adr. Gilman. *decis. 51. n. 43. lib. 2. & tom. 4. Symph. part. 1.*
19 *vot. 3. n. 83.* Sic à † publico officio dictum. Altorfens. *cons. 48. vers.*
20 Fürs ander *pag. 214.* Omne † enim publicum hominum sigillum publicam meretur fidem, post Böer. *sing. 5. n. 2.* Goden. *cons. 63. n. 13. & 14.* Ant. Solam. *ad Constit. Sabaud. Decret. Malitijs quinta P. Gloss. un. 5. part. n. 4. & 6.* & alios Rulant *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.* quos tamen extra Solam in hoc ante secutus est Dn. Referens apud Gilman. *decis. 17. n. 8. lib. 2.*

21 Hoc † sigillum aliàs & ferè communiùs *Authenticum* appellatur, *cap. 2. Ext. de fid. instr.* Rebuff. *d. Gloss. 7. n. 4.* Sichard. *ad l. bona fidei 3. n. 26. C. de Reb. Cred.* Pet. Wesemb. *cons. 48. n. 20.* Goedd. *cons. 28. n. 15. 35. & 36. vol. 1.* Gilman. *decis. 17. n. 25. lib. 2.* Honth. *d. l. 4. cap. 11. n. 29.* post Boverium, *Voc. Sigillum 49. n. 2.* & dicitur illud, quod justam & certam habet auctoritatem, sicut instru-
22 mentum authenticum, *d. cap. 2. & l. 2. D. d. fid. instr.* Vox † enim Authenticum à Græco nomine αὐθεντικὸς sumpta, q. authoratus, vel non sine authore, teste Budæo, *in com. ling. græc.* & αὐθεντία dicitur authoritas. Theophil. *tit. Inst. de author. tut.* Rebuff. *d. com. ad Const. reg. tr. de liter. obligat. art. 1. Gloss. 7. n. 1.* Pet. Gregor.
23 *lib. 48. Syntag. jur. cap. 14. n. 4.* Neq; † enim authentici verbum aliud quidem significat, quàm quod certam & indubitatam habet fidem, post Alciat. *lib. 2. Parerg. cap. 46.* Covarr. *pract. quæst. 19. n. 1.* Parlador. *lib. 2. Rer. quotid. cap. fin. part. 1. §. 11. n. 12.* Scien-
24 dum † tamen hic Publicum ab Authentico, ut speciem à genere differre. Publici enim appellatione continetur duntaxat instrumentum illud, quod à Notario publico confectum fuit: Au-

Authentici v. appellatio latiùs patet, atq; non solùm complectitur instrumenta publica, sed & cætera omnia, quæ per se fidem faciunt, qualia sunt ea, quæ ab Episcopis, Ducibus, cæterisque Magnatibus, eorum impresso sigillo conficiuntur. Ea enim etsi publica non sint, quia tamen authentica sunt, per se fidem faciunt: ut *in cap. post cessionem de probat.* & ibi omnes. Abbas *in c. 1. de fid. instr.* ac illic reliqui communiter. Parlad. *d. cap. fin. p. 1. §. 11 n. 10. & 11.* Latè Rulant. *de Com. part. 2. lib. 5. c. 2. 4. per tot.*

Unde † verò constare possit sigillum esse publicum sive authenticum, sequentia notanda veniunt *Requisita*: 25

I. Ne sit † appensum in proprio contractu, vel obligatione. Nam eo casu habetur pro privato, *t. t. Ne quis in caus. propr.* Vid. infra *cap. 11. §. 2. concl. 3. n. 171. & seq.* 26

II. Ut † principaliter, non secundariò ad auctoritatem scripturæ impartiendam sit appensum. post Butrig. Honthem. *d. cap. 11. n. 51.* 27

III. Ut † de consuetudine apponatur. Guid. Papæ *decis. Grationopol. 175. per ibi relat.* quæ in Sigillo Episcopi & Principis generalis est. post. Rot. Roman. *decis. 1. in nov.* Guid. Papa *d. decis. 175.* post Salicet. *in l. ad instructionem. Cod. de Episc. & Cleric.* Honthem. *d. cap. 11. n. 52.* 28

IV. Ut † actus, qui sigillatur, non sit de substantialibus coram sigillante, tanquam judice agitatis. post Mascard. *concl. 1302. (aliàs 1308.) n. 38. & seq.* Honthem. *d. cap. 11. n. 53.* 29

V. Ut sit † ejus, qui jurisdictionem habet, ac inter subditos, atq; in his, quæ sunt de ejus officio, post Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 27. 28. 48. & concl. 626. n. 49. concl. 627. n. 5. & 7.* Cravet. *cons. 46 n. 5.* post Innocent. Socin. & Dd. additq; aliàs contra tertium fidem non facere. Idem Cravet. *de antiq. temp. part. 1. §. quæritur. n. 48.* Honthem. *d. cap. 11. n. 54.* Conf. infrà *cap. 9. §. 1. n. 10. cum seqq. & cap. 11. §. 2. concl. 5. & seq. n. 190. cum seq.* 30

Hinc † valdè notabiliter scribit Rebuff. *com. ad Constit. regias tit. de liter. obligat. art. 1. Gloss. 7. n. 7.* requiri ad sigillum authenticum, quòd constet illud esse talis Domini & authenticum ita tali loco. *arg. §. planè Inst. de test. milit.* & per hoc Anno 31

1534. die 13. August. fuisse condemnatum mercatorem Venetum ad expensas, damna & interesse alicujus civis Parisiensis, quem capi fecerat in vim instrumenti facti Venetiis, de quo non constabat, an esset authenticum in illo loco, vel non: sed
32 Cautelam † esse, ut quando habetur instrumentum sic authenticum, quod petas à Judice, ubi confectum est, ut velit videre an sit authenticum, & secundum loci consuetudinem confectum, & hoc declarari: & de his petatur aliud dari instrumentum, quod in loco ubi confectum est, facilè fiet, & postea ubiq; authenticum esse probabitur, *arg. l. cæteræ. in fin. D. famil. hercisc.* ubi heredi instituto injungitur servare tabulas testamenti authenticas, exemplum verò aliis tradere debere, quod Originalis loco valeat, quò in ejus defectum ad Originale recurratur.
33 *l. procurator, D. de Edend.* Nam † instrumentum à persona legali exhibitum etiam in remotâ regione probet. Marq. Freher *lib. 2. de Existim. cap. 6. n. 8.* Joan. Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. ult. part. 1. §. 11. n. 16. & 17.* Berlich. *part: 1. concl. pract. 32. n. 18.* tutiùs
34 † tamen, testimoniales in eam rem sub sigillo Magistratus superioris, Civitatis, aliove publico simul exhibere, quòd talis scriptor legalis & fide dignus, ejusque sigillo credendum. Nicol. Bocer. *decis. 154. n. 5. & 6.* Parlador. *d. §. 11. n. 16. & 17.* Berlich. *d. conclus. 32. n. 19.* Franc. Vivius *com. opin. 387. n. 1. & seqq.* ubi eleganter per plures ibi relatos. Conf. infrà *cap. 11. §. 2. concl. 1. limit. 3. cum suis Declarat. n. 120. cum seqq.*

35 Fallit † autem hoc Requisitum V. multis modis:

I. In Diplomatum Exemplationibus, Clausulam habentibus, quòd credatur Exemplis sigillo alicujus Prælati & subscriptione Notarij munitis, aliàs Exemplum inscripti Principis non probat, post Mascard. *concl. 711. n. 5.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 55.*

36 II. Fallit, † si in aliis consuetudo suadeat, ut sigillo publico credatur etiam extra officium sigillantis, post Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 32. & 34.* Honthem. *d. cap. 11. n. 56.* Consuetudo enim, usus & Stilus in sigillorum probatione prædominatur

tur, uti hinc inde per tot. hunc tractat. cumprimis *cap. 11.* §. *4. concl. 13. n. 315. cum seqq.* diximus.

III. Fallit † in levibus & parvi judicij negotiis. Mascard. *d. loc. n. 33.* Honthem. *d. loc. n. 33. & 57.* Modicum enim non curat Prætor. *l. scio. 4.* ibi: Ne propter satis minimam rem, vel summam. *D. de in integr. restit.* Matth. de Afflict. *decis. 129. n. 15. & ibid.* Cæsar Ursill *in annot. n. 14.* Gail. *lib. 2. obs. 102. n. 3.* Gilman. *tom. 2. Symph. part. 2. vot. 46. num. 16. & 17.* Sixtin. *cons. Marp. 8. n. 37. vol. 2.* 37

IV. Fallit † in Sigillis Archiepiscoporum, Episcoporum, Principum, Abbatum exemptorum, eorumque Officialium, Judicum, Chartulariorũ sive Notariorum, jurisdictionem habentium, quæ in alienis fidem faciunt negotiis: non autem aliorum Abbatum inferiorum, Decanorum, Archidiaconorum, licet jurisdictioni præsint, nisi in his, quæ suæ jurisdictionis, post Speculat. *§. videndum 2. n. 13. de probat.* Honthem. *d. cap. 11. n. 58.* Franc. Marc. *part. 1. Decis. aur. Parlam. Delphin. quæst. 1079. n. 1. 2. 3. & 4.* 38

V. Fallit, † nisi unà cum sigillo habeat Notarii & testium subscriptionem. Nam tunc videtur supervacaneum, cum manus publica per se probet. *cap. 2. de fid. instr.* Honthem. *d. cap. 11. n. 59.* quod usque adeò verum est, ut etiam testamentum per Notarium coram testibus nuncupatum, si in formam publicam redigatur, omni tempore valeat, & plenè probet testamentum, post Gloss. Bart. Bald. Alber. Imolam, Aretin. & alios Ludov. Lana JCtus Brixiens. *in Enchirid. de testam. formul. cons. 1. n. 48. & 108.* 39

Ex quibus † omnibus illud sequitur: quando sigillo authentico debent sigillari instrumenta, probandum illud esse authenticum. Decius *in cap. post cessionem, de probat.* Vel Universitatis, quia possit probari contrarium. Rebuff. tract. *Nominat. quæst. 10. n. 46.* ubi tamen benè addit, sed hoc esse difficile, quoniam oporteret eas falsas esse, probare, de quo antè cogitandum. 40

L 2 Nunc

41 Nunc † quot,& quæ Sigilla publica & authentica in specie habenda, discutiendum.

Numerum Sigillorum publicorum quod attinet, tria esse sigilla publica: Episcopi scilicet, Civitatis & Universitatis: alia verò sigilla non esse publica, post Jacob. Butrig. docet Bald. *in l. si qua per calumniam 32. n. 5. vers. Ultimò quæro. C. de Episc. & Cler.* Mart. Uranius *cons. 27. n. 14. tom. 2.* Matth. Wesemb. *cons. 12. n. 45.*
42 Mart. Mager. *de Advocat. armat. cap. 14. n. 91.* Verùm,† quia talibus literis ejusmodi sigillo signatis de Consuetudine publicè credi soleat, per tradita *in cap. cum dilecti de fid. instr.* hodiè generaliter quælibet sigilla publica de Consuetudine sunt authentica, & vim probationis habent. Zasius *cons. 1. n. 2. vol. 1.* Nicol.
43 Everhard. *tract. de fid. Instr. cap. 12. num. 4.* illaque † vel sunt Personarum Ecclesiasticarum, vel Secularium.

Inter *Ecclesiasticas personas*, publico & authentico sigillo
44 utuntur, Papa: † *cap. 2. de fid. instrum. & ibi* Gloss. *in verbo: Sigillum. cap. cum nobis.* ibi; salva in omnibus sedis Apostolicæ auctoritate. *de testibus.* quasi propter auctoritatem summi Pontificis,
45 in pertinentibus ad illius officium, nullo † alio anni vel subscriptionis Cardinalium in Pontificis scripturis opus sit adminiculo. Decius *ad cap. post cessionem. n. 10. de probat.* Andr. Fachin. *cons. 56. n. 3. & 4. lib. 1.* Et licet Gloss. *in d. cap. cum à nobis* privilegia à Cardinalibus subscribi dicat, id tamen per jura à se allegata verè non probat, cum aliò tendant, ac testantur Imola & Abb. Panorm. *ibid.* suo tempore in usu non fuisse, ut privilegia à Cardinalibus subscriberentur. Fachin. *d. loc. n. 4.*

46 Cardinales: † *arg. cap. cura sit 11. quæst. 3.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 4.* Petr. Gregor. *lib. 15. Syntag. jur. cap. 4. n. 7.*

47 Archiepiscopi: † Rebuff: *com. ad Constit. regias tract. de liter. obligat. art. 1. Gloss. 7. n. 4.* Gilman. *tom. 4. Symph. part. 1. vot. 3. n. 83. & decis. 51. n. 43.* Rulant *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. num. 3.*

Epi-

Episcopi, † & qui supra eos sunt, juxta tradita *in cap. post* 48
cessionem. de probat. & in cap. curæ sit. 11. quæst. 3. Bald. *ad d. l. si qua per calumniam. n. 5. vers. Ultimò quæro. C. de Episc. & Cleric.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 4.* post Speculat. Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 44.* Schurpf. *cons. 7. n. 6. cent. 1.* Goden. *cons. 50. n. 1.* Bertrand. *cons. 202. n. 9. vol. 2. part. 2.* Fichard. *cons. 40. n. 2. tom. 2.* Matth. Coler. *cons. 28. n. 325.* Pet. Wesem. *cons. 48. n. 20.* Altorf. *cons. 48. vers.* Fürs ander. *pag. 214.* Franc. Vivius *decis. 54. n. 6. lib. 1.* Rebuff. *d. art. 1. Gloss. 7. n. 4.* Chassan. *ad Cons. Burgund. vers. Nous auons faict mettre nostre &c. n. 4.* Sichard. *ad l. in bonæ fidei. 3. n. 26. & seq. C. de Reb. cred.* Gilman. *d. vot. 3. n. 83. & decis. 17. n. 25. lib. 2. ac decis. 51 n. 43. Eod.* Honthem. *de art. Notar. lib. 4. cap. 11. n. 29.* Parlador. *lib. 2. Rer. quot. cap. fin. part. 7. §. 11. n. 11.* Marta Neapol. *tom. 1. Digest. noviss. tit. Sigillum. cap. 2. post Rot. Rom.* ubi etiam tradit quando probet, vel non. Rulant. *d. cap. 30. n. 3. & 4.* Ratio, † 49
quòd Episcopi ac Metropolitani, adeoque omnium, qui vice & partibus ipsorum funguntur, Sigillis & subscriptioni credatur, hæc est, quia sunt Ordinarij, hoc est, Ordinariam & publicam habent potestatem & jurisdictionem. Ant. Faber. *in Codic. lib. 1. tit. 3. defin. 29.*

Magni Abbates, † veluti, Cluniacensis, Cæsariensis, 50
Campidonensis, Fuldensis, & similes alij Episcopalem auctoritatem habentes: *arg. cap. statuimus. 19. quæst. 3. & cap. ea noscitur. Extra. De his, quæ fiunt à Prælatis sine cons. Capit.* quæ jura sic per Clementem IV. Pontificem intellecta fuisse scribit post Speculat. *§. Videndum. n. 13. de probat.* Nicol. Everhard. *tr. de fid. instrum. cap. 13. n. 4. in fin.* Verùm † de Magni Abbatis Cluniacensis Si- 51
gillo Ant. Faber *in Cod. d. lib. 1. tit. 3. defin. 29.* ita definit, quòd nec subscriptio, nec Sigillum ejus, aliarumque similium personarum ullam apud Sabaudos fidem faciat, donec sit recognitum, ne falso comminiscendo via aperiatur; Tàm enim facile est falsum Sigillum, quàm falsam scripturam comminisci: *l. cum ab initio. 4. & seqq.* Secus esse in Episcopis Ordinariam potestatem & jurisdictionem habentibus.

Prælati † ordinariam jurisdictionem exercentes; Gloss. 52

 & Dd.

& Dd. in cap. 2. de fid. instr. Rebuff. *d. art. 1. Gloss. 7. n. 4.* ubi addit, & ita Curiam Romanam interpretatam esse, ac judicasse, teste Archidiac. *in cap. Cura. 11. quæst. 3. & Dd. in cap. tertio loco. de probat.* Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 44. & 48.* Gilman. *d. tom. 4. part. 1. vot. 3. n. 83. per ibi relat.* & *d. decis. 51. nu. 43. lib. 2.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 29.* Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 3.*

53 Capitula, † quorum itidem Sigilla authentica sunt: *cap. 3. de probat. & cap. in nomine patris. in fin. dist. 73.* Gloss. *in cap. 2. de fid. instr.* Chassan. *d. loc. n. 4.* Goden. *cons. 50. n. 1.* Matth. Wesemb. *cons. 211. n. 40.* Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 44. & 48.* Nicol. Everhard. *d. tract. de fid. instr. cap. 12. n. 4.* Honthem. *d. cap. 11. n. 29.* Sic Sigillum Capituli appensum procuratorio ipsius capituli plenè probat. post Oldrad. *cons. 100. cir. fin.* Tusch. *pract. concl. 238. n. 1. tom. 7.*

54 Conventus † quoque Sigillum literis appensum publicum est, & perpetua firmitate nititur ad utriusq; partis damnũ & commodum. *cap. si quis Clericus. 12. caus. 3. quæst. 2.* Gloss. communiter approbata *in cap. 2. de fid. instr. auth. 12. verbo: Sigillum,* & creditur huic, donec contrarium probetur. *cap. post cessionem. de probat.* Gilman. *decis. 17. sub n. 2. lib. 2.* Nicol. Everhard. Præses *cons. 74. n. 9. & 10.* ubi benè limitat in causis ipsum Conventum concernentibus. Nam hoc casu neq; Prior, neq; Conventus Superiori legem imponere valent: potuitq; illud Conventus Sigillum facilè surripi, & ideò Monachorum nomina specificari & exprimi tutius fore.

55 Locum tenentis † tamen sive Vicarij Sigillum authenticum non esse, ex Bellameræ *decis. 311.* refert Mascard. *d. concl. 1302. n. 44.* quem sequitur Honthem. *d. cap. 11. n. 30.*

56 Ex † *Secularibus personis* Sigillum publicum sive authenticum habent:

Cæsar: cujus Sigillo & subscriptione munitis literis planè creditur. Matth. Wesemb. *cons. 261. n. 17. & cons. 271. n. 21.* Vultej. *cons. Marp. 30. n. 39. vol. 2.* Petr. Wesemb. *cons. 48. n. 20.* Altorfens. *cons. 48. v.* Fürs ander. *pag. 214.* Reges:

Reges: † Gloss. *ad cap. 2. de fid. instr.* Carol. Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 12. & 15.* Rebuff. *ad Const. reg. tract. de Liter. oblig. art. 1. Gloss. 7. n. 2.* Nicol. Everhard. *tr. de fid. instrum. cap. 12. n. 4.* Petr. Wesemb. *cons. 48. n. 20.* Altorf. *d. loc.* Et sanè in Gallia literis regijs non creditur, nisi sigillatis, cum ita se habeat consuetudo. Chassan. *ad Consuet. Burgund. tit. Nous auons faict mettre nostre &c. n. 7.* 57

Principes: † veluti, Duces, Marchiones, cæterique Magni Domini. Gloss. *ad d. cap. 2. de fid. instr.* Bald. *cons. 508. lib. 5. per l. benè à Zenone. C. de quadr. præsc.* Bertrand. *cons. 202. n. 9. vol. 2. part. 2.* Molin. *ad Cons. Paris. tit. 1. §. 5. n. 12.* Rebuff. & Nicol. Everh. *dd. loc.* Chassan. *d. loc. n. 4. 5. & 7.* ubi de Principis secularis Sigillo, *per cap. dilectus. de fid. instr. & arg. cap. statuimus. dist. 19. l. Divus. de Custod. & exhib. reor.* Sichard. *ad l. in bonæ fidei. 3. n. 26. C. de reb. cred.* Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 44. & 48.* Fichard. *cons. 40. n. 2. tom. 2.* Matth. Wesemb. *cons. 42. n. 8. & 9. cons. 164. n. 34. in med. cons. 178. n. 14. cons. 211. n. 123. cons. 217. n. 4. cons. 218. n. 40. & 53. cons. 261. n. 17. cons. 271. n. 21. cons. 300. n. 65. & cons. 331. n. 301. & seqq.* Pet. Wesemb. *d. cons. 48. n. 20.* Vivius *d. decis. 54. n. 6. lib. 1.* Matth. Coler. *cons. 28. n. 225.* Fachin. *cons. 56. n. 4. lib. 1.* Vultej. *d. cons. 30. n. 39. vol. 2.* Koppen. *decis. 46. n. 41.* Nicol. Betsius *tract. de pact. famil. illust. cap. 3. pag. 47. & seq.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 29.* Mart. Mager. *tr. de Advoc. armat. c. 14. n. 80.* Et † quod horum literis non credatur, quæ sigillatæ non sunt, maximè si ita habeat consuetudo. Parlad. *lib. 2. rer. quotid. quæst. ult. part. 1. §. 11. nu. 11. ampl. 2.* Mantic. *lib. 7. de tacit. & ambig. convent. tit. 10. n. 1.* Quia autem ita habet consuetudo, ut credatur, loco plenæ probationis habetur, & authenticationem scripturæ, cui apponitur, inducit. Bald. *cons. 508. lib. 5.* Tusch. *pract. concl. 239. n. 6. tom. 7.* Idq; † adeò verum est, quòd Contractus, qui à Regibus & cæteris Magnatibus in schedulis inscriptis fiūt, celebratos esse intelligi debeant, post Bald. *in l. Contractus. C. de fid. instr.* Parlador. *d. loc. n. 12.* 58 59 60

Comites, † Barones, aut alij Domini temporales in loco jurisdictionem habentes, ut & Sigillum Præpositi Parisiensis, post Joan. le Cyrier. *lib. 1. de jur. primog. quæst. 23. vers. 1. Hoc* 61

est.

eſt. Rebuff. *d. art. 1. Gloſſ. 7. n. 2.* Molin. *d. tit. 1. §. 5. n. 15.* Fichard. *d. conſ. 40. n. 2.* Coler. *conſ. 28. n. 224.* Matth. Weſemb. *conſ. 260. n. 9.*
62 *ubi n. 39.* ubi † ſuperius dicta ita reſtringit, ut, quod traditur, Sigillum Principis publicam facere ſcripturam, accipiendum de ſummo Principe, declarantibus Dd. *in d. cap. poſt ceſſionem. de*
63 *probat:* & quanquam de Comitibus accipi poſſet; tamen † ita intelligi debere, quòd probet contra Sigillantem, non contra tertium. Alioqui quemlibet Comitem quidlibet contra alium pro ſe ſcribere & ſigillare poſſe, atque ita ſibi ipſi probationem facere, quod eſſet abſurdiſſimum. Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. quæritur. n. 44.* Hoc reſpectu horum Sigillum etiam abſq; ſubſcriptione probare dicitur, Weſemb. *conſ. 246. n. 34.*

64 Curiæ † & Cancellariæ Epiſcoporum & Principum Seculares Sigilla de conſuetudine habent authentica. *arg. cap. dilectus. de fid. inſtr.* Gloſſ. Barbat. & alij *in Clem. cauſam. in verbo: Authenticam. de Elect.* Rebuff. *ad Conſtit. Reg. tract. de Liter. oblig. art. 1. Gloſſ. 7. n. 3.* Guid. Papæ *deciſ. Grationop. 175. n. 1.* Nicol. Boer. *deciſ. 240. n. 2. & 3.* Matth. Weſemb. *conſ. 204. n. 59.*

65 Civitates † & Communitates: arg. eorum, quæ notant Dd. *in cap. poſt ceſſionem, de probat.*

Ita Dd. in Lecturis, Commentarijs & Tractatibus: Bald. *ad l. ſi qua per calumniam. 22. n. 5. verſ. Vltimò quæro. C. de Epiſc. & Cler.* Fran. Card. Mantic. *lib. 7. de tacit. & amb. conv. tit. 10. n. 1.* Nic. Everhar. *tr. de fid. inſtrum. cap. 12. num. 4.* Rulant. *de Commiſſ. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.* poſt Schenck. *concl. 16.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. num. 29.* Mart. Mager. *de Advoc. armat. cap. 14. n. 86.*

In Conſilijs. Steph. Bertrand. *conſ. 202. n. 9. vol. 2. part. 2.* Mart. Uran. *conſ. 27. n. 14. tom. 2.* Goden. *conſ. 63. n. 3.* Matth. Weſemb. *conſ. 164. n. 34. in med.* cum ſimilib. locis alijs ſuprà relat. Vultej. *conſ. Marp. 30. n. 39. cum ſeqq. vol. 2.*

In Deciſionibus, Quæſtionibus, Concluſionibus: Gilman *deciſ. 17. n. 8. & 25. lib. 2.* Vivius *deciſ. 54. nu. 6. in fin. lib. 1.* Koppen. *deciſ. 46. n. 41. lib. 1.* Virgil. Pingizer *ill. quæſt. Sax. 38. n. 9.*

Maſcard.

Mascard. *d. conclus. 1302. n. 44. & 48.* Harum Sigilla non solum faciunt instrumenta publica: M. Wesemb. *cons. 12. n. 3.* cum publicum hominum Sigillum publicam mereatur fidem. Boer. *singul. 5. n. 2.* Goden. *d. cons. 63. n. 3. & 14.* sed & instrumenta earum sigillis munita, magis secundum consuetudinem pro publicis habentur, quàm Notariorum. Wesemb. *cons. 194. n. 3. & cons. 235. n. 8.* Virgil. Pingizer. *ill. quæst. Saxon. 38. n. 9.* & alij quamplurimi citati infrà *cap. 11. §. 2. concl. 1. n. 81.*

Universitates † & Castra: Bald. *in d. l. si qua per calumniam. 22. n. 5. vers. Ultimò quæro. C. de Episcop. & Cler.* Domin. *in cap. quamvis. de Procur. in 6.* Stracch. *de Mercat. part. 2. n. 88.* Bertrand. *d. cons. 202. n. 9. vol. 2. part. 2.* Gilman. *decis. 17. n. 25. lib. 2.* Vivius *decis. 54. n. 3. lib. 1.* Coler. *cons. 28. n. 225.* Honthem. *d. cap. 11. n. 29.* Wesemb. Mantic. Parlador. Vultej. & Besius *locis suprà relat.* Sciendum † tamen hic, parvam Universitatem jure privatorum censeri, & ideò ejus Sigillum recognosci debere. *l. bona cum seq. de Verb. sign.* post Jason. *in l. ult. n. 6. C. de pact. l. si quis major. n. 10. C. de transact.* Matth. Wesemb. *cons. 12. num. 49. & 51. vol. 1. & cons. 178. n. 14.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4. circ. fin.* Verùm an de Consuetudine Germaniæ observetur, mihi non videtur, nec liquet. 66 67

Magistratus; † quorum Sigilla officij publica, instrumenta faciunt publica. M. Wesemb. *cons. 42. n. 8. & 9. ac cons. 238. n. 21.* Köppen. *decis. 46. n. 41. lib. 1.* Altorfens. *cons. 48. v.* Fürs ander. *pag. 213.* non etiam ejus privatũ. Ingolstad. apud Giphan. *tract. de Renunciat. cons. 6. v.* Fürs ander / *p. 195. ubi in terminis* deß Landrichters. 68

Senatus: † cujus publico Sigillo munita scriptura probatio dicitur probata & non probanda, facitque rem evidentem, notoriam, ac omnibus manifestam: *cap. cum dilecti. verbis:* ex tenore instrumenti evidenter apparet. *De Donat.* ut non immeritò ac Bald. nominetur: Noli me tangere, post Wesemb. *cons. 14. n. 1.* Pingizer. *d. quæst. 38. n. 4. 5. & 6.* Verùm tùm demum procedere ajunt, quando expressum est, à quo Cõsule sit sigillatum, idq; omninò necessarium putant. Goden. *d. cons. 63. n. 15. per ibi relat.* Gilman. *decis. 12. n. 20. lib. 2.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. c. 30. n. 4.* Quod tamen an usu ubivis in Germania receptum sit, hæreo. 69

70 Judices, † & Judicia publica Ordinaria: *cap. post cessionem. de probat. cap. 2.* ubi Panorm. Felin. & alij. *de fide instrum.* Specul. *tit. de Probat. § ult. n. 13. & 15. ac de fid. instr. §. Nunc dicendum. n. 7. n. 2. v. Item dicitur.* Alciat. *ad l. subsignatum 39. n. 2. D. de V. S.* Sichard. *ad l. in bonæ fidei. 3. n. 26. C. de reb. cred.* Schurpf. *consl. 69. n. 3. cent. 2.* Modest. Pistor. *consl. 27. n. 74. vol. 1.* Wesem. *consl. 204. n. 59.* Nic. Everh. Jun. *consl. 27. n. 4. vol. 2.* Mart. Monter. *decis. Aragon. 12. n. 1. v. præsertim.* Ant. Faber. *in Cod. lib. 4. tit. de prob. 24. de fin. 20.* Gilman. *decis. 51. n. 41. lib. 2.* Andr. Rauchbar. *part. 1. quæst. 6. n. 24.* Rosencorb. *controvers. 101. n. 2. & seqq.* Nicol. de Passerib. *de privat. script. lib. 3. quæst. 22. n. 27. & seqq.* Nic. Betsius *de pact. fam. illust. cap. 3. pag. 47.* Honthem. *d. cap. 11. n. 29.* Horum Sigillum non privatum, sed publicum est, veluti personarum jurisdictionem habentiũ,
71 quibus fides habenda. Atq; † ideò si Judex actum fecit in scriptis redactum, quo apparet fecisse apponi sigillum, tunc est credendum appositum, etiamsi de eo omninò non appareat, nec ulli testes subscripserint, post Alex. *consl. 150. col. 2. lib. 6.* Ant. Sola. *ad Const. Sabaud. antiq. Rub. de Donat. V. end. Gloss. part. 5. n. 4.* Altorf. *d. consl. 48. v. Fürs ander. pag. 213.* idq; operatur actus judiciarius.
72 Guid. Papæ *decis. Gratianop. 175. n. 1.* Et hinc † in Ordin. Prov. Henneb. *part. 2. tit. 1. cap. 7. fol. 1.* sancitur, daß im Landgericht der Land-Richter Sigelmässig seyn solle. Wehner. *pract. obs. Voc.* Sigelmässig.
73 Unde † cum in Cam. Imp. Sigillum quoddam privatum in controversiã vocaretur, & dissimilitudò nõ magna deprehẽsa fuerit, adesset q; Sigillũ Judicis, sic Domini judicarunt, omnẽ falsi suspicionem Sigillum Judicis tollere, prout in confesso est, etsi subscriptio nulla adsit, Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.*

74 Ordinarij † Loci: *cap. per cessionem. de probat.* ubi quòd talibus literis quem esse excommunicatum plenè credatur. Ludov. Fasch. *inter consl. illust. consl. 20. n. 2. tom. 2.*

75 Delegati † Judices; His enim ad suorum Actorum fidem, tàm in citationibus, quàm alijs actibus substantialibus Sigilli usus permittitur. Et ubi unus est Judex, unicum Sigillum ponitur, si verò plures, plura poni Sigilla possunt, sed unicum sufficere dicit Specul. *tit. de Citat. §. Jam de citatione, n. 14.* Atque ita quando

quando plures in una causa sunt Delegati, se observari in praxi vidisse scribit Casp. Ant. Tessaur. *lib.2.quæst.forens.100.n.10.*

Notarij, † instrumentum in forma publica conficientes: 76
Nic. de Passerib. *lib.2.de priv.script.tit.de Apoch.manu debit.script. n.189.* Matth. Wesem. *cons.178.n.14.per textus & Dd.ibi relat.* Peck. *de testam.conjug.lib.3.cap.11.n.1.* ubi de instrumento, quo ipse alteri, non alter ipsi obligatur. Honthem. *lib.4.de art. Notar. cap. 11.n.30.46.50.& 67.*

Item † Notarij Curiæ. Ab his enim factum instrumen- 77
tum de rebus ad Rempublicam pertinentibus, exequendum est. Authenticum enim esse, negari non potest. Parlador. *lib.2. Rer.quotid.cap.fin.§.11.n.12.*

Officiales: † Horum Sigillum (quod hodiè de consuetu- 78
dine publica Sigilla sine subscriptione probent) appositum esse sufficit. Zasius *cons.1.n.2.lib.1.* Aliàs olim literis Officialium non credebatur, nisi fuerint debitè sigillatæ & subscriptæ à testibus, aut saltem à Notario. Guid. Papæ *decis. Grationop. 481.* Octav. Cacher. *decis.Pedem.71.n.10.* Franc. Vivius *decis.54.n.6.lib.1.* ubi, quòd licet litteris Officialium fides adhibeatur, tanquam publico instrumento Gloss. *in d.cap.post cessionem.* tamen communem omnium Canonistarum scholam inibi transire videri cum hac distinctione, quòd litteris istis Officialium de spectantibus ad eorum officium credatur, vel ubicunque de re levis præjudicij attestarentur, ut etiam firmare Alex. Bald. Hostiens. & Felin. *citatis loc.*

Viri † Magnifici, Notabiles & Honestiores, quorum iti- 79
dē Sigillis de Consuetudine Germaniæ creditur. Schurpf. *cons. 7.n.6.cent.1.* Schrad. *cons.32.n.36.38.& 39.* Goedd. *cons.Marp.28.n.9. & 34.v.Quod tantò.vol.1.* Tales sunt, qui in sigillandi dignitate sunt cōstituti, tu *Præfectus inferior*: vel qui habent jus sigillandi à Cæsare, id est, qui utūtur Insignibus & Armis, quales sunt *Nobiles*, † Sichar. *ad l.in bonæ fid.8.n.26.& seq.C.de reb.cred.* 80
Sixtin. *cons.11.n.32.vol.2.* Ratio est, quòd semper in dubio magna sit pro viris Nobilib⁹ præsumptio. Gl. *in c.illud.dist.40.arg.l.ult.d.fi.*

instr. Et in specie de Tutore nobili & divite, quòd in eo cessare debeat omnis sinistra suspicio, probant relati ab And. Fachin.
80 *cons. 2. n. 2. lib. 1.* Dissentiunt † Goedd. *d. cons. 28. n. 9. & 34. v. Quod tantò. vol. 1.* & Carol. Molin. *ad Cons. Paris. tit. 1. §. 8. Gl. 1. n. 12.* qui asserunt scripturam privatam, nihilominus privatam manere, & non probare instar publicæ, etiamsi multorum Nobilium Sigillis sit munita.

81 Doctorum † verò Sigilla publica non esse, & propterea de eorum Consilijs, ad hoc, ut appareat à se latis, debere super eis confici instrumentum per tabellionem, scribit post Jac. Butrig. Bald. *ad d. l. si qua per calumniam. 22. n. 5. v. ultimò quæro. C. de Episc. & Cler.* Mascard. *concl. 1308. n. 44.*

82 Verùm, † quia talis Consuetudo, ut etiam literis privatis sigillatis fides habeatur, introduci potest, tradente Mynſ. *resp. 21. n. 30. cent. 1.* ac per universam Germaniam honestioribus personis, quas propterea Sigelmässig vocamus, & præsertim in aliqua dignitate constitutis, fides ex Consuetudine, quæ servanda est, habeatur, *cap. cum dilectus. Extra. de fid. instr. cum simil.* Decius *in cap. post cessionem. n. 12. Extra. de probat.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. num. 83.* publica eorum erunt Sigilla, non privata.
83 Aliàs † si ultra Consuetudinis metam transilire velimus, nec Principis superiorem recognoscentis Sigillum fidem faciet. Schurpf. *cons. 90. n. 27. cent. 2.*

84 Denique † hîc in genere observandum: Litteris Principum, atque Episcoporum sigillatis in favorabilibus fidem præstandam esse; in præjudicialibus autem dubitari. Si Universitas sit, actus quidem legitimus ex Sigillo præsumitur, ita tamen ut contrarium probari possit. post Franc. Vivium *decis. Neapol. 54.* Mart. Neapol. *tom. 1. Digest. noviss. cap. 2. voc. Sigillum.*

§. II.

PRIVATUM SIGILLUM.

85 PRivatum † Sigillum est, quod non est publicum; sive omne illud habetur, quod infra publicum est, ad alios pertinens. Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr cap. 12. n. 5.* Honthem. *lib. 4. de art.*

de art. Notariat. cap. 11. n. 29. Aliàs non authenticum dicitur, post Innoc. Panormit. *in cap. inter dilectos. n. 3. De fid. instr.* Rebuff. *ad Const. Reg. tract. de liter. oblig. art. 1. Gloss. 7. n. 9.* utpote, quod publicâ manu non confectum, nec sigillo authentico munitum sit, scripturam authenticam non faciens, cum non apponatur ad confirmandam eam, & in testimonium tantùm, solamque subscriptionis vim habeat, post Socin. & Roman. Pet. Wesemb. *cons. 48. n. 20.* Altorfens. *cons. 48. vers.* Fürs ander. *pag. 214.* M. Wesem. *cons. 178. n. 14. per ibi adductos.*

Hujusmodi † Sigilla privata non tantùm Viri, sed etiam 86
Fœminæ habere possunt, ut apparet ex *l. 2. C. de Reb. alien. non alien.* Fœminæ verò eatenus sigilla usurpare possunt, quatenus de proprio eorum præjudicio tractatur, & de testimonio contra se ipsas perhibendo, in quibus terminis loquitur *d. l. 2.* Ad † 87
testimonium autem in alieno negotio per fœminæ alicujus sigillum perhibendo, etiam in casibus, in quibus aliàs testificatio per sigillum privatum fieri posset, fœminæ non videntur admittendæ, sicut eas ab omni sigillatione in alienis negotiis, variisque juris nostri casibus, ut testamentis, juxta *§. testes a. Inst. de testam.* Et in casu *l. scripturas. C. qui pot. in pign.* excludi videmus.

De Germaniæ nostræ Consuetudine expeditum est, in alienis negotiis mulierum sigilla pro testimoniis non adhiberi, quæ consuetudo in hac materia semper potissimum locum obtinet, uti sentiunt Dd. *in cap. post cessionem. de probat. cap. 2. & cap. cum dilecti. per ibi notata. de fid. instrum.* Nicol. Everhard. *tract. de fide Instr. cap. 12. n. 7.* Unde † etiam est, quòd privatis his sigil- 88
lis non raró fides pro tertio contra tertium habeatur, iis præsertim, quæ quis ratione officij facit, vel ubi extat Cônsuetudo, vel contra ipsum sigillantem. Nic. Everhard. *d. tract. cap. 12. n. 5.* Et ego infra *c. 11. n. 239. cum seq.* plenius. Quare sigillū tantam literis præbet auctoritatem, quantam vult is, qui auctoritatem concedere potest. Proinde si persona sit publica, publica erit ejus Sigilli consignatio, ut quando mandata sua Judices jubent sigillari, *cap. post cessionem 7. de probat. l. nec. arbitris. C. de recept. arbit.*

 quia

quia judicandi munus publicum est. *l. quippe de judic.* Contra privata dicetur scriptura, quæ istis circumstantiis caret, & à privatis fit, quæ & domestica dicitur: & ideò aliis, quàm scribentibus solet obesse, nec contra alios probare. *l. instrumenta 5. l. rationes 6. l. exemplo 7. C. de probat.* Pet. Gregor. *lib. 48. Synt. jur. cap. 14. n. 5. & 6.*

§. III.

PROPRIUM SIGILLUM.

89 Secundò † Sigillum aliud est Proprium, aliud Alienum *cap. cum dilectæ 4. de Confirm. util. §. possunt a. Inst. de testam. ordin.* Gabriel *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 16. per ibi relat.* Mascard. *de prob. concl. 1308. n. 19. & 20.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. num. 26.*

90 De Proprio † Sigillo illud observandum venit: In arduis negotiis omninò sigillo proprio utendum, nec sufficere, alienum appositũ vel impressum esse. Gloss. *in cap. inter dilectos §. deletæ. de fid. instrum.* Bald. *ibid. n. 15. vers. sed oppono.* Angel. Aret. *in §. possunt n. 1. Inst. de testam.* Mascard. *de probat. concl. 1308. n. 21.*
91 Pruckman. *cons. 1. n. 35. vol. 1.* Hinc † tralatitium est, testatorem non nisi proprio sigillo testamentum suum consignare posse, etiamsi in testibus etiam aliud sigillum sit admissibile, *arg. lib. 1. ibi*: postquam jam aliud velle non possunt. *C. de SS. Eccl.* Jason *cons. 67. n. 7. vol. 3.* Roland. à Valle *cons. 36. n. 4. vol. 1.* & alij Infrà
92 *cap. 7. vers. XIV. Testamenta in fin. relati n. 46.* Pariter † & Notarius semper proprium sigillum apponere debet. Angel. *in §. possunt Inst. de testam. ordin.* Reusner. *de testam. part. 3. cap. 27. n. 9.* Francis. de Barrij *tract. de success. lib. 1. tit. 1. n. 37.*

§. *IV.*

ALIENUM SIGILLUM.

93 De Alieno † Sigillo sciendum I. Illud ut dicitur Sigillum Curiæ, quoad Judicem: Gabriel *d. loc.* non ita alienum dici Ecclesiæ quoad Episcopum; Idem *ibid.* maximè si eò uti sit solitus, aliàs secus. Honthem. *d. cap. 11. n. 27. & 28.*

II. No-

II. Notatu † dignum, quòd sicut Notarius, qui constituit 94
uti certo signo, si compererit alium eodem uti signo, interdicto possessorio, tanquam turbatus in suâ possessione agere, vel injuriarum convenire possit. post Canonist. *in cap. si Canonici Ext. de Offic. Ordinar.* Nam intelligitur fieri injuria per signum ipsi signato. Sichar. *ad l. 1. n. 5. & 6. C. Ut nem. privat. tit. præd. suis.*

III. Constat † generalem esse Conclusionem: *Anulo sive Sigillo alieno in defectu proprij, si ex voluntate ejus, cujus est, & in re non* 95
gravis præjudicij, quod ut plurimum fit, committatur, signari posse. §. possunt. Inst. de testam, l. ad testium 22. §. si ab ipso 2. de testam. cap. 2. & cap. inter dilectos. 6. ubi Gloss. & Dd. *de fid. instr.* Bald. *in l. 1. in prin. vers. Item quæ 26. C. pro Soc.* Felin. *ad cap. 2. de fid. instr.* Boer. *decis. 240. n. 3.* Joan. Baptist. Schvvartzenthal *lib. 2. process. judic. act. 8. cap. 5. n. 1.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 69.* Elegans † hujus sigilli alieni usurpationis exemplum est apud Ap- 96
pianum *lib. 5. de bell. Civil. pag. 753.* Sunt, *ait*, qui dicant Plancum, non Antonium id, (puta necem Pompeij) mandasse, quia Syriæ Præses solitus sit in majoris momenti literis, nomine Antonij & ipsius Anulo uti. Hoc factum quidam putant sciente Antonio.

Declaratur † hæc Conclusio I. quod alieno sigillo etiam 97
privato sigillantes, ut sigillatio vim probandi plenam habeat, ejus expressam mentionem & causam facere, & attestari in subscriptione debeant, sigillationem cum sigillo talis impressionis alieno ex assensu & volũtate Domini, causaq; peractã esse.

Atq; ita sentiũt Dd. in Commentariis & Tractatibus: Bartol. Angel. Salicet. Castrens. & Dd. commun. *in l. ad testium 22. §. si ab ipso. D. de testam.* Idem Salicet. *ad l. si unus 12. n. 1.* Alex. ab Imol. *ibid. n. 3.* Sichard. *n. 7. C. Eod.* Panormit. *in cap. inter dilectos 6. de fid. instr. n. 4.* Chassan. *in Cons. Burgund. vers. Nous avons faict mettre nostre. num. 1. & 2.* Speculat. *lib. 2. tit. De Probat. §. Videndum 3. num. 16.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 31.* Joan. Bapt. Schvvartzenthal *lib. 2. process. judic. actu 8. c. 5. n. 4. & 5.* Nic. Reusner. *de testam. part. 3. cap. 27. n. 9.* Nic. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 10.* Herman. Meyer. *lib. 3. de success. testam. tit.*

tit. 1. n. 55. Ludov. Lana JCtus Brixiens. *in Enchirid. d. testam. formulis. n. 18. per ibi relat.*

In Consilijs, Decisionibus, & Conclusionibus.

Alexand. *cons. 87. n. 9. vol. 7.* Franc. Marc. *decis. Delph. quæst. 990. n. 22. & quæst. 994. n. 1.* Boerius *Decis. Burd. 240. n. 3.* Gilm. *decis. 17. n. 9. lib. 2.* Marta Neapol. *tom. 1. Digest. noviss. tit. Sigillum cap. 9.*
98 Tusch. *pract. concl. 239. n. 4. & 5. tom. 7. lit. S.* Ratio † declarationis hujus hæc esse videtur: quòd alienum sigillum in dubio semper præsumatur vitiosè & falsè appositum. Panorm. *in d. cap. inter dilectos 6. n. 3. & 4. vers. Nota quatuor.* Sin autem de hoc facere mentionem neglexerint, alieno tanquam suo sigillo usi videntur, scripturam totam suspectam reddunt, & in falsi crimen incidunt. post text. Dinum, Castrens. & Alex. *ad l. si unus 12. n. 3.* & ibi Sichard. *n. 7. C. de testam. per l. eos & L. lege Cornelia l. 2. D. de fals.* putans hæc non aliter vera esse, quàm si dolus adsit, per *l. 1. D. ad L. Corn. de sicar.* quæ in omni delicto dolum requirit. Franc. Marc. *d. decis. 994. n. 1.* Arismin. Tepat. *in Comp. decis. & Var. sent. tit. 581. cap. 6.* Don Gars. Mastrill. *ad Indultum*
99 *generale. cap. 34. n. 1.* Diss. And. † Gerhard. *de testam. disp. 2. thes. 90.* ubi dicit professionem hanc necessariam non esse, quòd de hac LL. nihil sit cautum.

100 *Subdeclarantur* † præcedentia indeterminatè vera non esse. Quod enim testamenta attinet, indistinctè verum, posse jure alieno sigillo sigillare, etiamsi de hoc mentionem non faciat, idq; ea ratione, quòd talibus sigillis plena fides non habeatur, sed solùm apponantur ad fidem in hoc, ut testes ipsa recognoscant & ita ipsis recognitis attestentur. *l. cum ab initio. cum trib. seq. D. Quemad. test. aper.* Alexand. *ad d. l. si unus 12. n. 3.* Sichard. *ibid. n. 7.* ubi hanc de anulo alieno adjectionem testamenta non inutilia reddere scribit, cum nulla lege hoc cautum inveniamus. Nicol. Boer. *decis. Burdegal. 240. n. 3. per tot.* Secus autem est in aliis actibus, in quibus fides adhibetur sigillo tanquam authentico, & tunc verum est, quòd quis non possit sigillare sigillo alieno. *cap. inter dilectos. de fid. instr.* cum similibus relatis ab Alex. *ad d. l. si unus n. 3.* nisi sigillans non haberet sigillum proprium, & quòd

& quod sigillo alieno sigillarit, mentionem faceret. Quemadmodum enim ex causâ potest quis suam subscriptionem per alium facere: *l. fin. §. sin autem dubius, C. de Jur. delib. cap. cum inter nos. de re judic.* ita etiam alieno sigillo sigillare potest. Alex. *d. l. si unus 12. n. 3. C. de testam.* latè Boer. *decis. 240.* relatus ad hoc ab Ant. Sola *ad Const. Sabaud. antiq. Rub. de Donat. vend. Gloss. part. 5. n. 6.* Et ubi † actus exigit subscriptionem, loco illius potest si- 101
gillari: Roman. *cons. 302.* Cravet. *de antiq. temp. in prin. part. 1. §. quæritur etiam n. 44.* nisi ea de solemnitate exigatur & pro forma, post Bart. Alex. Johan. & Cravet. Sola *d. loc.* Unde † in his 102
nostris publici sigilli terminis Gilman. *decis. 17. n. 9. lib. 2.* ita scribit; Non sufficit sola sigilli alieni appensio, sed requiritur etiam, ut is, qui apposuit, etiam loquatur & dicat se apposuisse & quare: Item, quòd sit rogatus & à quo, per notat. Panorm. Spec & Salic. *loc. hic allegat.* & hoc imprimis quando res tertium contingit, estque magni præjudicij: Alioqui solius sigilli appensionem quidã sufficere volunt. Verùm † quoad testamenta etiam 103
Usus contrarium observat, ita ut in subscriptione exprimatur, testem alieno sigillo usum fuisse. Idque haud sine gravissima causa. Nam † cum hic non loquatur Magistratus ipse, seu ille, 104
cujus officium est deputatum publicis sigillationibns, & sigillum hujusmodi non sit appensum in facto ipsius Magistratus, sed veriùs super rebus alienis, seu facto alieno, ideò non sufficit sola sigilli alieni appositio, sed etiam ut apponens loquatur, & dicat se apposuisse & quare. post Panorm. Specul. & Salicet. Goden *cons. 63. n. 14.* Idque † maximè, si quis proprium habet si- 105
gillum, illo uti debet & non alieno sigillare, alioquin non prodest nisi ex causa fiat. Sin verò quis proprium sigillum non habet, vel illi non est ad manus, uti poterit alieno, ita tamen, ut cujus sigillo signet, exprimat, & quare, sive quam ob causam (quòd nempe sit alienum) tali utatur, & à quo, & propter quid apponatur, post Panorm. Gloss. Specul. & Jo. Fabrum Goden *d. cons. 63. n. 14.* Schurpf. *cons. 7. n. 5. cent. 1.* Gabriel. *lib. 1. com. concl. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 5. & seq. usq. ad n. 21.* Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 18. 20. & seq.* Hæc † cum forensi Consuetudini 106

N sunt

sint conformia, subjici scripturis alieno sigillo firmatis sequens consuevit Clausula: *Rogatumse ut propriâ manu subscriberet, & signum sigillumve apponeret, nullo tamen inde damno, aut præjudicio eidem inferendo.* Schvvartzenthal. *d. lib. 2. process. judic. act. 8. cap. 5. num. 5.*

107 *Declaratur* II. † In sigillo authentico. Cum enim sigillum hoc chartæ appensum esse sufficiat, præter id, quòd sigillum apponens, dicat se illud apposuisse, post Speculat. *tit. De citat. vers. literis igitur.* Innocent. *in cap. 2. de fid. instr.* Goden *d. cons. 63. n. 14.* poterit hoc sigillo quis, tanquam suo, non ut alieno uti.
108 Nam † semper ad probandã scripturæ fidem, & de consensu sigillantium (nisi aliud probetur) apposita præsumuntur sigilla. *cap. tertio loco de probat. & l. 2. C. de reb. alien. non alien.* Et hanc differentiam inter sigillum privatum & authenticum facere Joan. Fabr. *in §. possunt. Inst. de testam.* refert Franc. Marc. *decis. Delphin. quæst. 994. n. 1. part. 1.*

109 *Declaratur* III. † Conclusionem veram esse in Sigillo noto, non etiam ignoto & incognito. Dicit enim Innocent. *in cap. signum cavit. de appel.* quem ibi sequuntur alij, quòd quando quis sigillat sigillo alieno, oporteat tale sigillum esse notum. Alex. *d. cons. 87. n. 9. vol. 7.*

110 *Declaratur* IV. † Fallere in contractibus magnarum rerum, aut Principum, secundum Gloss. singularem *in cap. inter dilectos verbo e delatæ. de fid. instr.* quam Bald. & Præpos. *in cap. significavit. de appel.* annotante Franc. Marc. *d. quæst. 994. n. 1.* & Joan. Bapt. Schvvartzenthal. *lib. 2. process. jud. act. 8. cap. 5. n. 3.* commendarunt.

111 *Declaratur* V. † Ut qui proprium sigillum habeat, non debeat alieno sigillare. *l. ad testium 22. §. si quis ex testibus D. Qui testam. fac. poss.* Etenim de sigillo annuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo essentialiter habetur, *text. express. in cap. principium vers. De Sigillo. de pœnit. dist. 2.* Speculat. *lib. 2. tit. de Instrum. edit. §. Instrumentum. 9. n. 20.*

112 *Subdeclaratur*, † nisi ob aliam causam alieno utatur sigillo, ut paulò ante dictum.

De-

Declaratur VI. † Sigillantes scripturas cum sigillo alieno, 113
etiam, quòd Dominus Sigilli hoc ignoret & præsens non sit, ac etiam quòd sigillans non fuit Deputatus ad sigillandum illas scripturas, excusari de consuetudine à falso. Innoc. *in cap. 2. n. 5. de fid. instrum.* Potest enim, ut ibidem dicit Episcopus, suum sigillum fideli alicui personæ committere, quæ ex hac sola Commissione omnes scripturas ad Episcopum spectantes sigillare poterit, uti sunt Causarum Commissiones, Citationes Confirmationes & similia, etiam quòd Episcopus eas non videat; licet non possit alienas scripturas, ut puta contractus nomine Episcopi sigillare, & ijs testimoniale (vel ut aliàs dicimus, legalitatem) cum eodem sigillo apponere, ipso Episcopo ignorante & non vidente. Et si apposuerit, tenetur de falso, nisi in contrarium extet consuetudo. Farinac. *prax. & theor. crim. part. 3. quæst. 95. n. 14.* ubi plurimos allegat, qui in hoc Innocentium secuti sunt. Conf. infrà *cap. 6. §. 1. vers. Ampliatur n. 34. & §. 2. vers. Limitantur præmissa. n. 125. cum seqq.*

Declaratur VII. † In Notario sive Tabellione, qui alieno si- 114
gillo litteras aut instrumenta firmare nequit. post Felin. *ad ca. 2. Ext. de fid. Inst.* Schvvartzenth. *d. c. 5. n. 2.*

§. V.

PROPRIUM ET COMMUNE.

Tertiò, † Sigillum aliud est Proprium, aliud Commune. Re- 115
buff. *com. ad Const. Reg. tract. de liter. oblig. art. 1. Gl. 6. n. 7.* Schurpff. *cons. 7. n. 5. & cons. 28. n. 13. cent. 1.* De proprio sigillo diximus suprà: Commune † illud perhibetur, quod vi commu- 116
nionis ad universos spectat, multò pleniùs, quàm tractatus communes, & massa communis, quæ esse potest de his, quæ spectant ad omnes, ut singulos, non ad omnes, ut universos. *l. majorem 8. de pact.* Gloss. *in cap. cum omnis de Constitut.* Achill. de Grass. *decis. Rom. 273. num. 2.* Et hoc † sigillo communi 117
literas justitiæ sigillari, ac non ita magnum esse, sicut alterum, de quo Guid. Papæ *decis. 445.* tradit Rebuff. *d. loc.* Sic communis
† est stylus & usus Principum Alemaniæ, ita sigillare uno sigillo, 118

 quan-

quando scilicet indivisum habent regimen, veluti cum in literis Commissionis dicitur: Das wir Hertzog Erich vnnd Hertzog
119 Albrecht auch gebrauchen. Schurpf. *d. conf. 7. n. 5. cent. 1.* Eodem † modo Civitates Hansaticæ, inter quas quatuor principales sunt, veluti Lubeca, Colonia, Brunsviga, Dantiscum, quæ Archivum suum & Conventus locum Coloniæ & Lubeccæ habent, communi Civitatis Lubeccæ sigillo utuntur. Caspar Lerch ab & in Dürnstein *part. 1.* Reichs-Ritterlichen Adels Herkommen. 2. Grundsatz. *n. 124. pag. 238.* Et hoc est, quod Collegiorum licitorum & approbatorum signa sunt, constituere Syndicum, habere conventus, tractatus collegiales negotiorum communium exercere, arcam communem, gemeine Laden/ & Sigillum deferre, post Berlich. *decis. 159.* Besold. *in thes. pract. Voc.* Zunfft. *n. 14.*

120 Hic † illud in dubium vocatur, *An dicatur*, Mein Insigel/ *quod est commune, veluti paternum, ad utrumq; fratrem spectans?* Et videtur affirmandum, quia, quod est mihi & alteri commune, dicitur etiam meum. *l. servi electione 5. §. 1. & ibi Dd. de legat. 1. l. 1. cum similibus. Cod. Qui testam. fac. poss.* Zasius *ad l. cætera. §. Item quær. num. 7. D. de legat. 1.* Plenè Surdus *decis. 263. num. 7.*
121 *& seqq.* Verùm † licet ita se habeat, quod commune pluribus est, ut singulis, dicatur etiam meum, quoad dispositionem super toto partis meæ, vel etiam quoad dispositionem, quando res ad hoc est destinata, secundum Dd. *in d. §. 1. & in d. l. 1.* attamen non dicitur esse meum verè & propriè, sed solùm impropriè, fictè & secundum quid, text. optimus *in l. illud D. d. rit. nupt.* Gloss. notab. *in l. quod nostrum D. de Reg. Jur. l. hoc legatum de legat. 3. cap. cum in illis §. fin. de præbend. in 6.* Ver-
122 ba † enim contractuum, nec non cujuslibet dispositionis, propriè accipi & intelligi debent, nec ab earum proprietate temerè est recedendum. Schrad. *conf. 23. num. 28. & 101.* Decian. *resp. 5. n. 117. vol. 1. & resp. 1. n. 39. vol. 2.* Sixtin. *conf. Marp. 10. n. 1. vol. 1. & conf. 17. n. 32. vol. 2.* Gail. *2. obs. 136. num. 17.* Hartm. Pistor. *lib. 3. quæst. 3. n. 24.* Jac. Thoming. *decis. 44. n. 9.* Atq;
123 † sic verba Mein Insigel in schedula posita, intelligi debent de eo,

eo, quod non secundum quid & impropriè, sed verè & propriè meum est. Schurpf. *d. cons. 28. n. 13. cent. 1.*

§. VI.
MAIUS ET MINUS.

QUartò, † Sigillum aliud est Majus, aliud Minus; vel ut alij volunt; Sigillum vel est Maximum, Magnum, vel Parvum. Rebuff. *com. ad Constit. Reg. tract. de liter. obligat. in præfat. n. 24. & art. 1. Gloss. 6. n. 1. & 8.* Francisc. Marc. *part. 1 decis. Delph. quæst. 992. n. 8.* Casp. Ant. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 6. & 12.* Jacob. Bornic. *tract. de Instrum. part. 1. cap. 20.* Kirchner. *lib. 4. De Offic. Cancellar. cap. 2. n. 20.* *Maximum* † illud vocant, quo ple- 125
rumque utuntur Principes, vel Civitates, quotiescunque res maximi momenti obsignandæ veniunt. Wehner. *pract. obs. Voc.* Insigel. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 9.* Hoc † Sigil- 126
lum Rebuff. *d. tract. art. 1. Gloss. 6. n. 1.* magnum appellet, auctoritate *text. in Clem. un. in fin. de Jurejur.* ibi: ejus regio magno Sigillo, in quo est Regis Imago, Coronâ & Sceptro ornati, ac suis stigmatibus ante & retrò; dicitque † hoc ferè literas Regio- 127
rum Officialium, & gratias delinquentibus concessas, aliaque plura sigillari: atque hoc Sigillo uti Cancellarium, diciturque Groß Insigel. Animadverto etiam ex Apologia Wilhelmi Principis Auraciæ ad proscriptionem ab Hispaniæ Rege promulgatam, *pag. 20.* magno Sigillo proscriptiones sigillari solere, sicuti Rex Hispaniæ proscriptionem prædicti Principis suæ Majestatis Sigillo magno in cera rubra sigillavit. Aliàs † *Ma-* 128
gnum propriè sic dictum vocant, quo plerumque res magni momenti signantur apud privatos, & eo etiam in quotidianis negotijs Principes utuntur, quod simpliciter Insigel nuncupamus. Wehner. *d. loc.* Rulant *d. cap. 30. n. 10.* Usus † igitur hujus 129
Sigilli majoris est in rebus majoribus ad præstandam auctoritatem scripturæ principaliter, vel ad ratificandum, vel ad consentiendum, aut ad confirmandum, aut ad effectus alios. Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 51.* Tali † utuntur hi, qui aut jurisdi- 130
ctionem habent, aut sint in dignitate, aut referunt communi-

tatem, vel collegium. Honthem. *lib. 4. art. Notar. cap. 11. n. 21.*

131 *Minus* † Sigillum, quod etiam parvum ac minimum vocat, Rebuff. *d. Gloss. 6. n. 8.* est anulus imaginem insculptam habens; Germanis dicitur Pittschafft / & literis privatis signandis propriè accommodatur, eoq; olim plerumq; Veteres utebantur. Wehner. *d. Voc.* Insigel / Pittschafften. Rulant. *d. cap. 30. n. 11.*
132 Usus † hujus Sigilli sive Anuli est in testamentis à testibus obsignandis, & occludendis Epistolis; maximè quoties nos in pa-
133 pyro obligamus. Ejus † vicem apud Principes *Sigillum Secretum* in majore circumferentia, quàm anulus tenet, & minore quàm Sigillum dignitatis, eoq; utuntur in chartaceis Edictis &
134 Epistolis. Honthem. *d. lib. 4. cap. 11. n. 15. & 16.* Civitates † verò Imperiales quot & ad quid Sigilla sua habeant, ex Reformatione Sigismundi Imp. *lib. 2. cap. 16. Rubr.* Die Weltliche *Reformation* deß Hochlöblichen Käisers Sigißmunds / manifestum est, ubi ita sancitum legimus: Item, es soll in dem Weltlichen Stat ein jegliche Reichsstadt zwey Insigel haben / das eine soll besonder das Reich angehören / vnd das heist Sigillum Secretum, darumb daß man das mit versigelt / das heimlich dem Reich zugehört zu thun / als ein Reichsstadt der andern verschrieben wird vmb deß Reichs Sachen: Das ander Insigel soll der Stadt Zeichen haben / vnd damit soll man der Stadt Sachen versigeln vnd deß Reichs Sachen. Goldast. *part. 1. Const. Imp. pag. 193.* Lehmann *lib. 4.* Speirisch
135 Chronick *cap. 11. pag. 304.* Atque hoc † ipsum Sigillum Secretum esse puto illud, quod Petr. Peckius *tract. de Amortizat. cap. 26. n. 133.* substantiale Principis Sigillum vocat.

§. VII.

FORMALE ET INFORME.

136 QVintò, † Sigillum aliud est formale, aliud Informe. Forma-
137 le est, † ex auro, argento, vel ære factum, nomen, cognomen
138 men & arma Sigillantis, vel literas aliquas continens: *Informe,* † (quod signum potiùs, quàm Sigillum dicendum) est factum atramento, & ab omnibus effingi potest, ideoque subscriptio-
139 nis locum non subintrat. Nam † testes signa sua recognoscen-

tes,

tes, non ita possunt esse certi, sicuti quandò recognoscunt subscriptionem, quæ pro forma requiritur. *l. ad testium. 22. §. si quis D. de testam.* ubi non sufficit testes signasse, nisi etiam subscripserint. Jo. Pet. Surd. *decis. Mant. 137. n. 3.*

§. IIX.

CONSVETVM SIVE SOLITVM AC DEPVTAtum: & Inconsuetum, Insolitum, nec Deputatum Sigillum.

SExtò, † Sigillum aliud est *Consuetum* sive Solitum, ad rem 140
deputatum sive destinatum: aliud *Inconsuetum* sive Insolitum. Unde † dicitur: Literis judicialibus, Sigillo consueto 141
non sigillatis, non credi. *cap. significavit. Extra. de appell.* Guid. Papæ *decis. Grationop. quæst. 481. n. 1.* Altorfens. *cons. 48. v.* Fürs ander. *pag. 213.* De his Sigillis dixi plenè *cap. 9. n. 10. & seqq. & cap. 11. n. 215.* Ingolstadiens. apud Hubert. Giphan *tract. de Renunc. cons. 6. v.* Fürs ander. *pag. 195.* & distinctionis rationem ab ipsâ horum sigillorũ Custodiâ sumunt, de qua infrà *cap. 6. n. 25.* egimus.

§. IX.

NOTVM ET IGNOTVM.

SEptimò, † Sigillum aliud est Notum, aliud Non-Notum. Q. 142
Curtius *lib. 3. de reb. Alex. Magn. pag. (mihi) 33.* ibi: Huic Epistolam Cretensis miles obsignatam anulo, cujus signum haud sanè notum erat, tradidit. *Et paulo post:* Lectamq; eam Ignoti anuli Sigillo impresso. Cicer. *3. Catalin.* Signum, *ait*, quidem notum, imago avi tui viri clarissimi, qui amavit unicè patriam. Alexand. *cons. 87. n. 9. vol. 7.* Fichard. *cons. 40. n. 3. tom. 2.* Tusch. *pract. concl. 240. n. 4. & 5. lit. S. tom. 7.* quorum † hoc ad 143
probandum insufficiens est, quia dubium & incertum existit. Nota † autem esse debent Sigilla propter recogni- 144
tionem, quia oportet ut testes testamentarij recognoscant sua Sigilla & signa. *l. cum ab initio. D. Quemadm. testam. aper. cap. quod super his. De fid. instr.* Aliàs † ubi Sigillum 145
est notum, facit plenam fidem, seu creditur talibus literis, etiam

etiam in præjudicium alterius, sive contra scribentem. Gloss. *in d. cap. quod super his.* Franc. Marc. *decis. Delphin. quæst. 990. n. 3.*
146 *4. & 7.* Schrad. *cons. 32. n. 15.* Quamobrem † ei, qui notum sigillum negat, probandi onus incumbit. Cum autem Sigilla negantur, ad partes pro recognitione & verificatione remissio facienda est, aliàs instrumentorum & sigillorum fides deperiret. post Franc. Marc. *decis. Delph. 989. part. 1.* Mart. Neapol. Di-
147 gest. *noviss. tom. 1. tit. Sigillum. cap. 7.* Et ut † ignota sive incognita Sigilla plerumque antiqua esse solent: ita nota Sigilla, quan-
148 do planè nova sunt. Talis † novi cujusdam Sigilli Concordiæ Phorcensis, Icone ejus adjectâ, mentionem facit Petr. Ebertz/ In defension-Schrifft wider die Staffortische Calvinisten / *pag. 40. & seq.* putans, illud in causâ istâ religionis publicâ majoris auctoritatis fore, ne unius alteriusve privati habeatur negotium, Imagine resurrectionis actum figurante, adhiberi potuisse: de quo tamen rectum & sanum cuivis relinquo judicium.

149 Sed † quomodo venienti cum tali Sigillo noto credendum, & secutus fidem sigilli exhibiti excusari possit, dixi *cap. 6. n. 50. & seqq.*

§. X.

VERUM VEL FALSUM.

150 Octavò. † Sigillum aliud est Verum, vel Falsum. Ex factis, † ait
151 Regius Propheta David apud Flav. Joseph. *lib. 6. Antiq. Judaic. cap. 14. pag. (mihi) 162.* potiùs, quàm verbis judicare opor-
152 tet. Verba enim vel falsa esse possunt, vel vera; sed † nullum apertiùs de animo, quàm ex factis argumentum colligi potest. Eadem circa Sigilla est consideratio, in quibus, ut aliàs facta verbis potentiora esse convenit. *l. de quib. in fin. de LL. l. si tamen 48. §. 2. vers. ei, qui servum. D. de ædil. Edict. l. Paulus. 5. D. Rem rat. haberi. cap. dilecti filij. 2. ubi Gloss. de appell.* post Decium *cons. 486. & 583.* ac Boer. *cons. 40.* Ant. Mornac. *in observat. ad d. l. 48. §. 2.*
153 *vers. Ei qui servum.* Ideò † totam vim probandi Sigilli in veritate ejus consistere scribit post Castrens. Purpur. & Cravett. Matth. Wesemb. *cons. 12. n. 49.*

Falsum

Falsum † arguitur Sigillum non uno, sed pluribus casibus, 154
veluti si quis callidè & dolosè mutarit, corruperit, vel contrafecerit, fregerit, effinxeritve Sigillum alienum, verumque; vel si sit suppositititium, utpote Sigillum existens in una scriptura inde sublatum & in alia positum. Farinac. *de fals. & simul. quæst. 50. n. 65. cum seqq. post ibi relatos plurimos*, apud † quos etiam 155
excusationes contra falsitatem & suppositionem hanc extare indicat, cumprimis Cravett. *cons. 64. n. 4. & seq.* & latiùs *inter Cons. crim. divers. cons. 63. 64. 65. & 66. tom. 1. in parvis.*

Hinc † illud sciendum: Adulterina Sigilla vera non esse: 156
Furtiva autem vera quidem esse, sed furtim subtracta. Card. Zabarel. *in cap. tertio loco. de probat. n. 1. Et in cap. pervenit. de Fidejuss. n. 5.*

§. XI.

AUCTORITATIS, SOLEMNITATIS, TESTIMONIALE, Consensus, Ratificativum, & Confirmatorium Sigillum.

NOnò. † Sigillũ aliud est ***Auctoritatis***, ut Imperatoris, Papæ, 157
Regum, Principum & similiũ: aliud ***Solemnitatis***, ut Sigillum testium in testamentis: aliud ***Testimoniale***: *l. si qua per calumniam. C. de Episc. & Cler. l. Cajus. de pign. act.* ***Consensus*** aliud: *cap. 1. de Procurat.* ut quando agitur de præjudicio sigillantis. Bald. *in cap. 2. de fid. instrum.* aliud ***Ratificativum*** *l. 2. C. de reb. alien.* & ibi Bald. aliud ***Confirmatorium***. *c. inter dilectos. 6. §. 1. de fid. instr.* post Imol. *in d. cap. 2.* Speculat. *lib. 2. tit. de probat. §. Videndum. 3. n. 18.* Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. n. 40.* Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 51. & 52.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 10. & seqq.* Fachin. *cons. 2. n. 13. lib. 1.* Jo. Wames. *cons. 1. n. 25. cent. 1.* & ego plenè I. *cap. 10. n. 53. & seqq.* Ne † au- 158
tem ob tantam Sigillorum Varietatem, confusio & incertitudo oriatur, necesse est, ad quid Sigillum additum, sive finem ac intentionem in ejusdem appositione speciatim exprimere: veluti, In quorum omnium fidem & testimonium Sigillum nostrum Universitatis &c. Rebuff. *d. tract. Nominat. quæst. 10. n. 44.*

tit. 1. n. 55. Ludov. Lana JCtus Brixiens. *in Enchirid. d. testam. formulis. n. 18. per ibi relat.*

In Consilijs, Decisionibus, & Conclusionibus.

Alexand. *cons. 87. n. 9. vol. 7.* Franc. Marc. *decis. Delph. quæst. 990. n. 22. & quæst. 994. n. 1.* Boerius *Decis. Burd. 240. n. 3.* Gilm. *decis. 17. n. 9. lib. 2.* Marta Neapol. *tom. 1. Digest. noviss. tit. Sigillum cap. 9.*
98 Tusch. *pract. concl. 239. n. 4. & 5. tom. 7. lit. S.* Ratio † declarationis hujus hæc esse videtur: quòd alienum sigillum in dubio semper præsumatur vitiosè & falsè appositum. Panorm. *in d. cap. inter dilectos 6. n. 3. & 4. vers. Nota quatuor.* Sin autem de hoc facere mentionem neglexerint, alieno tanquam suo sigillo usi videntur, scripturam totam suspectam reddunt, & in falsi crimen incidunt. post text. Dinum, Castrens. & Alex. *ad l. si unus 12. n. 3.* & ibi Sichard. *n. 7. C. de testam. per l. eos & L. lege Cornelia l. 2. D. de fals.* putans hæc non aliter vera esse, quàm si dolus adsit, per *l. 1. D. ad L. Corn. de sicar.* quæ in omni delicto dolum requirit. Franc. Marc. *d. decis. 994. n. 1.* Arismin. Tepat. *in Comp. decis. & Var. sent. tit. 581. cap. 6.* Don Gars. Mastrill. *ad Indultum*
99 *generale. cap. 34. n. 1.* Diss. And. † Gerhard. *de testam. disp. 2. thes. 90.* ubi dicit professionem hanc necessàriam non esse, quòd de hac LL. nihil sit cautum.

100 *Subdeclarantur* † præcedentia indeterminatè vera non esse. Quod enim testamenta attinet, indistinctè verum, posse jure alieno sigillo sigillare, etiamsi de hoc mentionem non faciat, idq; ea ratione, quòd talibus sigillis plena fides non habeatur, sed solùm apponantur ad fidem in hoc, ut testes ipsa recognoscant & ita ipsis recognitis attestentur. *l. cum ab initio. cum trib. seq. D. Quemad. test. aper.* Alexand. *ad d. l. si unus 12. n. 3.* Sichard. *ibid. n. 7.* ubi hanc de anulo alieno adjectionem testamenta non inutilia reddere scribit, cum nulla lege hoc cautum inveniamus. Nicol. Boer. *decis. Burdegal. 240. n. 3. per tot.* Secus autem est in aliis actibus, in quibus fides adhibetur sigillo tanquam authentico, & tunc verum est, quòd quis non possit sigillare sigillo alieno. *cap. inter dilectos. de fid. instr.* cum similibus relatis ab Alex. *ad d. l. si unus n. 3.* nisi sigillans non haberet sigillum proprium, & quòd

& quod sigillo alieno sigillarit, mentionem faceret. Quemadmodum enim ex causa potest quis suam subscriptionem per alium facere: *l. fin. §. sin autem dubius, C. de Jur. delib. cap. cum inter nos. de re judic.* ita etiam alieno sigillo sigillare potest. Alex. *d. l. si unus 12. n. 3. C. de testam.* latè Boer. *decis. 240.* relatus ad hoc ab Ant. Sola *ad Const. Sabaud. antiq. Rub. de Donat. vend. Gloss. part. 5. n. 6.* Et ubi † actus exigit subscriptionem, loco illius potest sigillari: Roman. *cons. 302.* Cravet. *de antiq. temp. in prin. part. 1. §. quaritur etiam n. 44.* nisi ea de solemnitate exigatur & pro forma, post Bart. Alex. Johan. & Cravet. Sola *d. loc.* Unde † in his 101
nostris publici sigilli terminis Gilman. *decis. 17. n. 9. lib. 2.* ita scribit; Non sufficit sola sigilli alieni appensio, sed requiritur etiam, ut is, qui apposuit, etiam loquatur & dicat se apposuisse & quare: Item, quòd sit rogatus & à quo, per notat. Panorm. Spec & Salic. *loc. hic allegat.* & hoc imprimis quando res tertium contingit, estque magni præjudicij: Alioqui solius sigilli appensionem quidã sufficere volunt. Verùm † quoad testamenta etiam 103
Usus contrarium observat, ita ut in subscriptione exprimatur, testem alieno sigillo usum fuisse. Idque haud sine gravissima causa. Nam † cum hîc non loquatur Magistratus ipse, seu ille, 104
cujus officium est deputatum publicis sigillationibus, & sigillum hujusmodi non sit appensum in facto ipsius Magistratus, sed veriùs super rebus alienis, seu facto alieno, ideò non sufficit sola sigilli alieni appositio, sed etiam ut apponens loquatur, & dicat se apposuisse & quare. post Panorm. Specul. & Salicet. Goden *cons. 63. n. 14.* Idque † maximè, si quis proprium habet si- 105
gillum, illo uti debet & non alieno sigillare, alioquin non prodest nisi ex causa fiat. Sin verò quis proprium sigillum non habet, vel illi non est ad manus, uti poterit alieno, ita tamen, ut cujus sigillo signet, exprimat, & quare, sive quam ob causam (quòd nempe sit alienum) tali utatur, & à quo, & propter quid apponatur, post Panorm. Gloss. Specul. & Jo. Fabrum Goden *d. cons. 63. n. 14.* Schurpf. *cons. 7. n. 5. cent. 1.* Gabriel. *lib. 1. com. concl. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 5. & seq. usq. ad n. 21.* Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 18. 20. & seq.* Hæc † cum forensi Consuetudini 106

N sunt

sint conformia, subjici scripturis alieno sigillo firmatis sequens consuevit Clausula: *Rogatum se ut propriâ manu subscriberet, & signum sigillumve apponeret, nullo tamen inde damno, aut præjudicio eidem inferendo.* Schvvartzenthal. *d. lib. 2. process. judic. act. 8. cap. 5. num. 5.*

107 *Declaratur* II. † In sigillo authentico. Cum enim sigillum hoc chartæ appensum esse sufficiat, præter id, quòd sigillum apponens, dicat se illud apposuisse, post Speculat. *tit. De citat. vers. literis igitur.* Innocent. *in cap. 2. de fid. instr.* Goden *d. cons. 63. n. 14.* poterit hoc sigillo quis, tanquam suo, non ut alieno uti.
108 Nam † semper ad probandã scripturæ fidem, & de consensu sigillantium (nisi aliud probetur) apposita præsumuntur sigilla. *cap. tertio loco de probat. & l. 2. C. de reb. alien. non alien.* Et hanc differentiam inter sigillum privatum & authenticum facere Joan. Fabr. *in §. possunt. Inst. de testam.* refert Franc. Marc. *decis. Delphin. quæst. 994. n. 1. part. 1.*

109 *Declaratur* III. † Conclusionem veram esse in Sigillo noto, non etiam ignoto & incognito. Dicit enim Innocent. *in cap. signum cavit. de appel.* quem ibi sequuntur alij, quòd quando quis sigillat sigillo alieno, oporteat tale sigillum esse notum. Alex. *d. cons. 87. n. 9. vol. 7.*

110 *Declaratur* IV. † Fallere in contractibus magnarum rerum, aut Principum, secundum Gloss. singularem *in cap. inter dilectos verbo: delatæ. de fid. instr.* quam Bald. & Præpos. *in cap. significavit. de appel.* annotante Franc. Marc. *d. quæst. 994. n. 1.* & Joan. Bapt. Schvvartzenthal. *lib. 2. process. jud. act. 8. cap. 5. n. 3.* commendarunt.

111 *Declaratur* V. † Ut qui proprium sigillum habeat, non debeat alieno sigillare. *l. ad testium 22. §. si quis ex testibus D. Qui testam. fac. poss.* Etenim de sigillo anuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo essentialiter habetur, *text. express. in cap. principium vers. De Sigillo. de pænit. dist. 2.* Speculat. *lib. 2. tit. de Instrum. edit. §. Instrumentum. 9. n. 20.*

112 *Subdeclaratur*, † nisi ob aliam causam alieno utatur sigillo, ut paulò ante dictum.

De-

Declaratur VI. † Sigillantes scripturas cum sigillo alieno, 113
etiam, quòd Dominus Sigilli hoc ignoret & præsens non sit, ac etiam quòd sigillans non fuit Deputatus ad sigillandum illas scripturas, excusari de consuetudine à falso. Innoc. *in cap. 2. n. 5. de fid. instrum.* Potest enim, ut ibidem dicit Episcopus, suum sigillum fideli alicui personæ committere, quæ ex hac sola Commissione omnes scripturas ad Episcopum spectantes sigillare poterit, uti sunt Causarum Commissiones, Citationes Confirmationes & similia, etiam quòd Episcopus eas non videat; licet non possit alienas scripturas, ut puta contractus nomine Episcopi sigillare, & ijs testimoniale (vel ut aliàs dicimus, legalitatem) cum eodem sigillo apponere, ipso Episcopo ignorante & non vidente. Et si apposuerit, tenetur de falso, nisi in contrarium extet consuetudo. Farinac. *prax. & theor. crim. part. 3. quæst. 95. n. 14.* ubi plurimos allegat, qui in hoc Innocentium secuti sunt. Conf. infrà *cap. 6. §. 1. vers. Ampliatur n. 34. & §. 2. vers. Limitantur præmissa. n. 125. cum seqq.*

Declaratur VII. † In Notario sive Tabellione, qui alieno si- 114
gillo litteras aut instrumenta firmare nequit. post Felin. *ad ca. 2. Ext. de fid. Inst.* Schvvartzenth. *d. c. 5. n. 2.*

§. V.

PROPRIUM ET COMMUNE.

Tertiò, † Sigillum aliud est Proprium, aliud Commune. Re- 115
buff. *com. ad Const. Reg. tract. de liter. oblig. art. 1. Gl. 6. n. 7.* Schurpff. *cons. 7. n. 5. & cons. 28. n. 13. cent. 1.* De proprio sigillo diximus suprà: Commune † illud perhibetur, quod vi commu- 116
nionis ad universos spectat, multò pleniùs, quàm tractatus communes, & massa communis, quæ esse potest de his, quæ spectant ad omnes, ut singulos, non ad omnes, ut universos. *l. majorem 8. de pact.* Gloss. *in cap. cum omnis de Constitut.* Achill. de Grass. *decis. Rom. 273. num. 2.* Et hoc † sigillo communi 117
literas justitiæ sigillari, ac non ita magnum esse, sicut alterum, de quo Guid. Papæ *decis. 445.* tradit Rebuff. *d. loc.* Sic communis
† est stylus & usus Principum Alemaniæ, ita sigillare uno sigillo, 118

quando scilicet indivisum habent regimen, veluti cum in literis Commissionis dicitur: Das wir Hertzog Erich unnd Hertzog
119 Albrecht auch gebrauchen. Schurpf. *d. cons. 7. n. 5. cent. 1.* Eodem † modo Civitates Hansaticæ, inter quas quatuor principales sunt, veluti Lubeca, Colonia, Brunsviga, Dantiscum, quæ Archivum suum & Conventus locum Coloniæ & Lubeccæ habent, communi Civitatis Lubeccæ sigillo utuntur. Caspar Lerch ab & in Dürmstein *part. 1.* Reichs-Ritterlichen Adels Herkommen. 2. Grundsatz. *n. 124. pag. 238.* Et hoc est, quòd Collegiorum licitorum & approbatorum signa sunt, constituere Syndicum, habere conventus, tractatus collegiales negotiorum comunium exercere, arcam communem, gemeine Laden/ & Sigillum deferre, post Berlich. *decis. 159.* Besold. *in thes. pract. Voc.* Zunfft. *n. 14.*
120 Hic † illud in dubium vocatur, *An dicatur*, Mein Insigel/ *quod est commune, veluti paternum, ad utrumq́; fratrem spectans?* Et videtur affirmandum, quia, quod est mihi & alteri commune, dicitur etiam meum. *l. servi electione 5. §. 1. & ibi Dd. de legat. 1. l. 1. cum similibus. Cod. Qui testam. fac. poss.* Zasius *ad l. cætera. §. Item quar. num. 7. D. de legat. 1.* Plenè Surdus *decis. 263. num. 7.*
121 *& seqq.* Verùm † licet ita se habeat, quod commune pluribus est, ut singulis, dicatur etiam meum, quoad dispositionem super toto partis meæ, vel etiam quoad dispositionem, quando res ad hoc est destinata, secundum Dd. *in d. §. 1. & in d. l. 1.* attamen non dicitur esse meum verè & propriè, sed solùm impropriè, fictè & secundum quid, text. optimus *in l. illud D. d. rit. nupt.* Gloss. notab. *in l. quod nostrum D. de Reg. Jur. l. hoc legatum de legat. 3. cap. cum in illis §. fin. de præbend. in 6.* Ver-
122 ba † enim contractuum, nec non cujuslibet dispositionis, propriè accipi & intelligi debent, nec ab earum proprietate temerè est recedendum. Schrad. *cons. 23. num. 28. & 101.* Decian. *resp. 5. n. 117. vol. 1. & resp. 1. n. 39. vol. 2.* Sixtin. *cons. Marp. 10. n. 1. vol. 1. & cons. 17. n. 32. vol. 2.* Gail. *2. obs. 136. num. 17.* Hartm. Pistor. *lib. 3. quæst. 3. n. 24.* Jac. Thoming. *decis. 44. n. 9.* Atq;
123 † sic verba Mein Insigel in schedula posita, intelligi debent de

eo,

eo, quod non secundum quid & impropriè, sed verè & propriè meum est. Schurpf. *d. cons. 28. n. 13. cent. 1.*

§. VI.
MAIUS ET MINUS.

QUartò, † Sigillum aliud est Majus, aliud Minus: vel ut alij vo- 124
lunt, Sigillum vel est Maximum, Magnum, vel Parvum.
Rebuff. *com. ad Constit. Reg. tract. de liter. obligat. in præfat. n. 24.*
& art. 1. Gloss. 6. n. 1. & 8. Francisc. Marc. *part. 1 decis. Delph. quæst.*
992. n. 8. Casp. Ant. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 6. & 12.* Jacob. Bornit. *tract. de Instrum. part. 1. cap. 20.* Kirchner. *lib. 4. De*
Offic. Cancellar. cap. 2. n. 20. *Maximum* † illud vocant, quo ple- 125
rumque utuntur Principes, vel Civitates, quotiescunque res
maximi momenti obsignandæ veniunt. Wehner. *pract. obs. Voc.*
Insigel. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 9.* Hoc † Sigil- 126
lum Rebuff. *d. tract. art. 1. Gloss. 6. n. 1.* magnum appellet, auctoritate *text. in Clem. un. in fin. de Jurejur.* ibi: ejus regio magno Sigillo, in quo est Regis Imago, Corona & Sceptro ornati, ac suis
stigmatibus ante & retrò; dicitque † hoc ferè literas Regio- 127
rum Officialium, & gratias delinquentibus concessas, aliaque plura sigillari: atque hoc Sigillo uti Cancellarium, diciturque Groß Insigel. Animadverto etiam ex Apologia Wilhelmi Principis Auraciæ ad proscriptionem ab Hispaniæ Rege promulgatam, *pag. 20.* magno Sigillo proscriptiones sigillari solere, sicuti Rex Hispaniæ proscriptionem prædicti Principis suæ
Majestatis Sigillo magno in cera rubra sigillavit. Aliàs † *Ma-* 128
gnum propriè sic dictum vocant, quo plerumque res magni momenti signantur apud privatos, & eo etiam in quotidianis negotijs Principes utuntur, quod simpliciter Insigel nuncupa-
mus. Wehner. *d. loc.* Rulant *d. cap. 30. n. 10.* Usus † igitur hujus 129
Sigilli majoris est in rebus majoribus ad præstandam auctoritatem scripturæ principaliter, vel ad ratificandum, vel ad consentiendum, aut ad confirmandum, aut ad effectus alios. Ma-
scard. *de probat. concl. 1302. n. 51.* Tali † utuntur hi, qui aut jurisdi- 130
ctionem habent, aut sunt in dignitate, aut referunt communi-

tatem, vel collegium. Honthem. *lib. 4. art. Notar. cap. 11. n. 21.*
131 *Minus* † Sigillum, quod etiam parvum ac minimum vocat, Rebuff. *d. Gloss. 6. n. 8.* est anulus imaginem insculptam habens; Germanis dicitur Pittschafft / & literis privatis signandis propriè accommodatur, eoq; olim plerumq; Veteres utebantur. Wehner. *d. Voc.* Insigel / Pittschafften. Rulant. *d. cap. 30. n. 11.*
132 Usus † hujus Sigilli sive Anuli est in testamentis à testibus obsignandis, & occludendis Epistolis; maximè quoties nos in pa-
133 pyro obligamus. Ejus † vicem apud Principes *Sigillum Secretum* in majore circumferentia, quàm anulus tenet, & minore quàm Sigillum dignitatis, eoq; utuntur in chartaceis Edictis &
134 Epistolis. Honthem. *d. lib. 4. cap. 11. n. 15. & 16.* Civitates † verò Imperiales quot & ad quid Sigilla sua habeant, ex Reformatione Sigismundi Imp. *lib. 2. cap. 16. Rubr.* Die Weltliche *Reformation* deß Hochlöblichen Käisers Sigißmunds / manifestum est, ubi ita sancitum legimus: Item, es soll in dem Weltlichen Stat ein jegliche Reichsstadt zwey Insigel haben / das eine soll besonder das Reich angehören' vnd das heist Sigillum Secretum, darumb daß man das mit versigelt / das heimlich dem Reich zugehört zu thun / als ein Reichsstadt der andern verschrieben wird vmb deß Reichs Sachen: Das ander Insigel soll der Stadt Zeichen haben / vnd damit soll man der Stadt Sachen versigeln vnd deß Reichs Sachen. Goldast. *part. 1. Const. Imp. pag. 193.* Lehmann *lib. 4.* Speirisch
135 Chronick *cap. 11. pag. 304.* Atque hoc † ipsum Sigillum Secretum esse puto illud, quod Petr. Peckius *tract. de Amortizat. cap. 26. n. 133.* substantiale Principis Sigillum vocat.

§. VII.

FORMALE ET INFORME.

136 Quintò, † Sigillum aliud est formale, aliud Informe. Forma-
137 le est, † ex auro, argento, vel ære factum, nomen, cogno-
138 men & arma Sigillantis, vel literas aliquas continens: *Informe,* † (quod signum potiùs, quàm Sigillum dicendum) est factum atramento, & ab omnibus effingi potest, ideoque subscriptio-
139 nis locum non subintrat. Nam † testes signa sua recognoscen-
tes,

tes, non ita possunt esse certi, sicuti quandò recognoscunt subscriptionem, quæ pro forma requiritur. *l. ad testium. 22. §. si quis D. de testam.* ubi non sufficit testes signasse, nisi etiam subscripserint. Jo. Pet. Surd. *decis. Mant. 137. n. 3.*

§. IIX.

CONSUETUM SIVE SOLITUM AC DEPUTATUM: & Inconsuetum, Insolitum, nec Deputatum Sigillum.

SExtò, † Sigillum aliud est *Consuetum* sive Solitum, ad rem deputatum sive destinatum: aliud *Inconsuetum* sive Insolitum. Unde † dicitur: Literis judicialibus, Sigillo consueto non sigillatis, non credi. *cap. significavit. Extra. de appell.* Guid. Papæ *decis. Grationop. quæst. 481. n. 1.* Altorfens. *cons. 48. v.* Fürs ander. *pag. 213.* De his Sigillis dixi plenè *cap. 9. n. 10. & seqq. & cap. 11. n. 215.* Ingolstadiens. apud Hubert. Giphan *tract. de Renunc. cons. 6. v.* Fürs ander. *pag. 195.* & distinctionis rationem ab ipsâ horum sigillorũ Custodiâ sumunt, de qua infrà *cap. 6. n. 25.* egimus.

140

141

§. IX.

NOTUM ET IGNOTUM.

SEptimò, † Sigillum aliud est Notum, aliud Non-Notum. Q. Curtius *lib. 3. de reb. Alex. Magn. pag. (mihi) 33.* ibi: Huic Epistolam Cretensis miles obsignatam anulo, cujus signum haud sanè notum erat, tradidit. *Et paulo post*: Lectamq; eam Ignoti anuli Sigillo impresso. Cicer. *3. Catalin.* Signum, *ait*, quidem notum, imago avi tui viri clarissimi, qui amavit unicè patriam. Alexand. *cons. 87. n. 9. vol. 7.* Fichard. *cons. 40. n. 3. tom. 2.* Tusch. *pract. concl. 240. n. 4. & 5. lit. S. tom. 7.* quorum † hoc ad probandum insufficiens est, quia dubium & incertum existit. Nota † autem esse debent Sigilla propter recognitionem, quia oportet ut testes testamentarij recognoscant sua Sigilla & signa. *l. cum ab initio. D. Quemadm. testam. aper. cap. quod super his. De fid. instr.* Aliàs † ubi Sigillum est notum, facit plenam fidem, seu creditur talibus literis, etiam

142

143

144

145

etiam in præjudicium alterius, sive contra scribentem. Gloss. *in d. cap. quod super his.* Franc. Marc. *decis. Delphin. quæst. 990. n. 3.*
146 *4. & 7.* Schrad. *cons. 32. n. 15.* Quamobrem † ei, qui notum sigillum negat, probandi onus incumbit. Cum autem Sigilla negantur, ad partes pro recognitione & verificatione remissio facienda est, aliàs instrumentorum & sigillorum fides deperiret. post Franc. Marc. *decis. Delph. 989. part. 1.* Mart. Neapol. Di-
147 gest. *noviss. tom. 1. tit. Sigillum. cap. 7.* Et ut † ignota sive incognita Sigilla plerumque antiqua esse solent: ita nota Sigilla, quan-
148 do planè nova sunt. Talis † novi cujusdam Sigilli Concordiæ Phorcensis, Icone ejus adjectâ, mentionem facit Petr. Eberts / In defension-Schrifft wider die Staffortische Calvinisten / *pag. 40. & seq.* putans, illud in causâ istâ religionis publicâ majoris auctoritatis fore, ne unius alteriusve privati habeatur negotium, Imagine resurrectionis actum figurante, adhiberi potuisse: de quo tamen rectum & sanum cuivis relinquo judicium.
149 Sed † quomodo venienti cum tali Sigillo noto credendum, & secutus fidem sigilli exhibiti excusari possit, dixi *cap. 6. n. 50. & seqq.*

§. X.

VERUM VEL FALSUM.

150 OCtavò. † Sigillum aliud est Verum, vel Falsum. Ex factis, † ait
151 Regius Propheta David apud Flav. Joseph. *lib. 6. Antiq. Judaic. cap. 14. pag. (mihi) 162.* potiùs, quàm verbis judicare opor-
152 tet. Verba enim vel falsa esse possunt, vel vera; sed † nullum apertiùs de animo, quàm ex factis argumentum colligi potest. Eadem circa Sigilla est consideratio, in quibus, ut aliàs facta verbis potentiora esse convenit. *l. de quib. in fin. de LL. l. si tamen 48. §. 2. vers. ei, qui servum. D. de ædil. Edict. l. Paulus. 5. D. Rem rat. haberi. cap. dilecti filij. 2. ubi Gloss. de appell.* post Decium *cons. 486. & 583.* ac Boer. *cons. 40.* Ant. Mornac. *in observat. ad d. l. 48. §. 2.*
153 *vers. Ei qui servum.* Ideò † totam vim probandi Sigilli in veritate ejus consistere scribit post Castrens. Purpur. & Cravett. Matth. Wesemb. *cons. 12. n. 49.*

Falsum

Falsum † arguitur Sigillum non uno, sed pluribus casibus, 154
veluti si quis callidè & dolosè mutarit, corruperit, vel contrafecerit, fregerit, effinxeritve Sigillum alienum, verumque; vel si sit suppositicium, utpote Sigillum existens in una scriptura inde sublatum & in alia positum. Farinac. *de fals. & simul. quæst. 50. n. 65. cum seqq. post ibi relatos plurimos*, apud † quos etiam 155
excusationes contra falsitatem & suppositionem hanc extare indicat, cumprimis Cravett. *cons. 64. n. 4. & seq.* & latiùs *inter Cons. crim. divers. cons. 63. 64. 65. & 66. tom. 1. in parvis.*

Hinc † illud sciendum: Adulterina Sigilla vera non esse: 156
Furtiva autem vera quidem esse, sed furtim subtracta. Card. Zabarel. *in cap. tertio loco. de probat. n. 1. Et in cap. pervenit. de Fidejuss. n. 5.*

§. XI.

AUCTORITATIS, SOLEMNITATIS, TESTIMONIALE, Consensus, Ratificativum, & Confirmatorium Sigillum.

NOnò. † Sigillũ aliud est *Auctoritatis*, ut Imperatoris, Papæ, 157
Regum, Principum & similiũ: aliud *Solemnitatis*, ut Sigillum testium in testamentis: aliud *Testimoniale*: *l. si qua per calumniam. C. de Episc. & Cler. l. Cajus. de pign. act.* *Consensus* aliud: *cap. 1. de Procurat.* ut quando agitur de præjudicio sigillantis. Bald. *in cap. 2. de fid. instrum.* aliud *Ratificativum*. *l. 2. C. de reb. alien.* & ibi Bald. aliud *Confirmatorium*. *c. inter dilectos. 6. §. 1. de fid. instr.* post Imol. *in d. cap. 2.* Speculat. *lib. 2. tit. de probat. §. Videndum. 3. n. 18.* Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. n. 40.* Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 51. & 52.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 10. & seqq.* Fachin. *cons. 2. n. 13. lib. 1.* Jo. Wamess. *cons. 1. n. 25. cent. 1.* & ego plenè I. *cap. 10. n. 53. & seqq.* Ne † au- 158
tem ob tantam Sigillorum Varietatem, confusio & incertitudo oriatur, necesse est, ad quid Sigillum additum, sive finem ac intentionem in ejusdem appositione speciatim exprimere: veluti, In quorum omnium fidem & testimonium Sigillum nostrum Universitatis &c. Rebuff. *d. tract. Nominat. quæst. 10. n. 44.*

159 *n. 44.* Mascard. & Menoch. *d. loc.* Wamesf. *d. conf. 1. n. 25.* Et † si non exprimatur, videtur apponi ad id, quod natura causæ desiderat, quia ex natura actus, quæ sit voluntas intelligendum datur. *l. si stipulatus. D. de Usur.* Bald. *in cap. 2. de fid. instrum.* Rebuff. *d. tract. quæst. 10. n. 44.*

160 Plura † de Differentijs Sigillorum qui legere cupit, adeat Joan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* Marq. Freher. *lib. 1. Parerg. cap. 20.* & similes alios.

CAPUT QUINTUM.

DE HIS, QUIBUS JUS SIGILLANDI competit, vel minus.

SUMMARIA.

1. *Privati olim solùm subscripserunt: Principes autem sigillarunt.* & n. 5.
2. *Principibus & Magnatibus primitus sigillandi jus fuit: pòst cum Inferioribus communicatum.* & n. 4.
3. *Cera sive color Sigilla distinguit.*
6. *Jus Sigillandi ex Ecclesiasticis habet* Pontifex Romanus.
7. Episcopi & alij Prælati.
8. 20. *Ex Secularibus jus sigillandi competit* Imperatori & Regi Rom. alijsque Regibus.
9. 13. *Octavij Augusti Cæsaris anulus qualis?*
10. *Alexandri Imaginem auro vel argento gestare veteribus superstitiosum.* & n. 14.
11. *Impp. reliqui quâ signarint Imagine?*
12. *Galba gentilitium signum in anulo retinuit.*
15. *Superstitio Antonij Severi circa Alexandri Magni Imaginem.*
16. *Domitianus Medusam pro pectore gestare solitus fuit.*
17. *Causa gestaminis hujus varia.*
18. *Commodus Imperator Amazorio signo signavit.*
19. *Otthonis IV. Imp. Sigillum, quæ continuerit?*
21. *Arij Lacedæmoniorum Regis Sigillum.*
22. *Alexandri Magni Anulus qualis?*
23. *Caroli Calvi Galliæ Regis Bulla quæ?*

24. De

24. *De Gallorum Regis Sigillis remissivè.*
25. *Muamedis Imper. Turcici signum quâ inscriptione inclaruerit?*
26. *Mahometis Bassæ jucundum fuit Sigillum.*
27. *Moscoviæ Regum Sigillum: ut & Persarum remissivè.*
28. *Reges aliiq; Principes regulariter non Bulla, sed Sigillis utuntur.*
29. *Principes, Duces, Comites & Domini ab antiquo sigillarunt. Exempla ad hoc Romanorum adducta.*
30. *Germani per Insignia sua signant juxta adducta exempla.*
31. *Fœminæ Principes itidem Sigilla ex Insignibus confecta deferunt, ad hoc exemplum ex Familia Hennebergica.*
32. *Populi & Universitates jure sigillorum gaudent: & solet digniori conservandum dari Sigillum.*
33. *Lacedæmoniorum Remp. Aquila ostendit.*
34. *Frisiam, armati viri Sigillum prodit olim.*
35. *Trevirensis civitatis Sigillum descriptum.*
36. *Spiræ Imperialis civitatis Sigilla quâ clareant Imagine, historicè descriptum.*
37. *Halæ Suevorum Sigillum quale?*
38. *Wolfelbüthelensis Suburbij Sigillum quod?*
39. *Ordinum Equestrium Sigilla qui recenseant?*
40. *Academiæ, ut Helmstadiensis, Marpurgensis & Altorfensis Sigilla unde & qualia?* & n. 41. 42. ac 43.
44. *Collegia approbata Sigillum cum signo habere possunt.*
45. *An jus sigillandi, rerum obligatione accessoriè ad contractum veniente, competat habenti jurisdictionem in realibus, vel in personalibus exercenti?*
46. *Jus sigillandi, Inventaria conficiendi &c. sunt de dependentibus ex minori jurisdictione, Vogeteica dicta.*
47. *In possessione vel quasi juris sigillandi consistens, in illa confirmandus est.*
48. *Majorem in prædio jurisdictionem habere, unde arguatur?*
49. *Prædium ad universitatem & illius jurisdictionem pertinere, unde dignoscatur?*
50. *In castro aut villa repræsentatur quædam universitas omnium agrorum intra illius limites sitorum.*

51. Praxis optima interpres.
52. Decisio superioris quæstionis.
53. Multa cum Universitate transeunt, quæ aliàs per se non transirent.
54. Vicarij Principalium suorum nomine sigillant.
55. Cameræ Imperialis Sigillum quale?
56. Interregni tempore Vicariorum Sigilla præeminent.
57. Cameræ Imperat. Sigillum non facit jurisdictionem ejus delegatam.
58. Rotvveilense Judicium, quod Vicariatus tempore habeat Sigillum?
59. De Saxonis Vicariatu & Sigillo: & Regentium regni.
60. Principum Sigillo qui Magistratus utantur: qui verò proprio?
61. Universitatis Sigillum longè aliud est Sigillo singulorum.
62. Homines utriusq; sexus rectè sigillant: veluti Viri Docti & Legati, uti Plato & alij. Proverbia, de mortuis injuria non afficiendis.
63. Tutores, Testes testamentarij & Mandatarij sigillant. & n. 64. 65.
66. Mulieres possunt habere sua Sigilla.
67. Maritus Sigillo Vxoris signans, quatenus ei officiat?
68. L. Gajus Sejus. 39. D. de pignorat. act. explicatus.
69. Jus sigillandi non habent Minores.
70. Servi jus anuli non habentes, non signant.
71. Sigilla inventum sunt juris Gentium secundarij: & unà cum libertate amittuntur.
72. Sigillasse non videtur ille, qui probat se non vidisse aut legisse.
73. Sigillum Domino ignorante appositum non præjudicat.
74. Sigillare schedulam, quam quis non legit, quando sigillare possit? remissivè.

1 AUctor † Joachimus Vadianus *tract. de Colleg. & Monast. Germanor.* Veteres privatos sigillis usos non fuisse, sed saltem subscripsisse: Principes autem sigillasse, quem in hoc referunt & sequuntur Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 9. & 11.* ubi insuper ad hoc, quòd privati non-habuerint Sigilla Hostiens. & Innocent. citat. Wehner. *pract. obser. Voc.* Insigel. Limnæus *lib. 1. de Jur. publ. Imp. Rom. cap. 11. n. 26. & 27.* Joan. Jacob. Speidel. *in Notabil. Jurid. hist. polit. lit.* W. *Voc.* Wachs.

Primò

Primò † igitur Principibus & Magnatibus quidem jus sigillandi erat: sed pòst cum inferioribus etiam communicatum: 2
summâ † tamen in colore (hoc est, cerâ) remanente differentiâ. 3
Limnæus & Speid. *d. loc.* Vadiano subscribit Abraham Gorlæus *in Dactylioth. præloq. pag. 2.* Fuit † itaque, *ait*, pervetus hujus 4
gestaminis usus, nec facilè dixeris, quis primus instituerit. Regum & Principum ab initio fuisse Insigne verisimile, deinde glîscente paulatim luxu sine discrimine sumptum. Hinc † post 5
Plin. Francisc. Comanus *lib. 9. Com. Jur. Civil. cap. 2. n. 3.* Non, *inquit*, signat Oriens, aut Ægyptus etiam nunc, literis contentus solis: & tamen dubium non habet Reges Ægyptiorum sigillasse. Conf. suprà. *cap. 2. §. 6. in. prin. n. 106. ac seqq.*

Habent † autem jus sigillandi cumprimis Pontifex, Episcopi & alij Prælati Ecclesiastici. 6

De *Pontifice* attestantur Speculat. *lib. 2. tit. de Rescript. præsent. §. 3. n. 2.* Franc. Marc. *decis. Delph. quæst. 999. n. 8.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 4.*

De † *Episcoporum* Sigillis, & quòd ipsi ea habeant, est 7
text. in cap. In nomine. dist. 73. & docent insuper Gloss. Felin. Rot. Roman. & Franc. Marc. locis à Camill. Borell. *lib. 2. de Magist. Edict. cap. 13. 26.* relatis.

Prælatos quoque habere Sigilla diversa, utpote Sigillum causarum & Pontificale ad diversos actus deputatũ. Franc. Marc. *part. 1. decis. Delphin. quæst. 992. n. 8.*

De *Officialibus*, veluti Trevirensi, Coloniensi & Monasteriensi, quos Obersigler / & Sigilliferos vocant, constat, quòd cùm sæpè in secularibus etiam cognoscant, fieri quandoque ut ab illis, vel delegatione ipsis specialiter facta, appelletur: sed an illa appellatio recipienda, vel non, docet Gilman. *tom. 3. Symphor. Voc. Judex. pag. 164.*

Ex Secularibus, † *Primò* omnium hoc jus competit 8
Imperatori & Regi Romano, alijsque mundi Regibus,

Restaur. Castald. *de Imp. quæst. 89. n. 6.* Rebuff. *tract. de lit. Oblig. in præfat. n. 26. & art. 1. Gloss. 6. n. 1. & seqq. tom. 1.* ac ego *tract. de*
9 *Jur. Insign. cap. 6. n. 224. & seqq.* Ut † autem quædam tantùm Veterum Imperatorum Romanorum sigilla anulosq; recolligam, de *Octavio Augusto* Cæsare memoria proditum est, quòd primum Sphinge, ob taciturnitatem, vel ad designandũ suam in rebus obscuris illustrandis & conficiendis negotiis alioqui perplexis admirabilem solertiam, signo tamen hoc, Re-
10 publ. primum composità in imaginem Alexandri, (Erat † enim ejus superstitionis id seculum, ut si quis Alexandri Imaginem vel auro vel argento gestaret, fortiorem se esse existimaret, id quod D. Chrysostomum graviter reprehendisse scribit Joan. Wolff. *cent. 3. lect. memorab. pag. 91.* fortè autem hac imagine usus est Imperator, ut Monarchiam, quâ se dignum putabat, intelligeret: quam ubi magnâ planeq; inauditâ felicitate consecutus esset, propria delectatus est Imagine, Laurent. Beyerlinck, *d. infrà loc.*) commutato, novissimè suâ loco signi usus fuit,
11 quâ † signare quoque insequentes Principes, Tiberius, Caligu-
12 la, Claudius, Domitianus & alij Cæsares præter Galbam, † qui Gentilitium suum signum, Canem nimirum ex navis prora prospectantem, retinuit, Dion. *lib. 51.* Xiphil. *in Epit. in vita August.* perseverarunt. Sueton. *in Octav. cap. 50.* & ibi Marcell. Donat. *in dilucidat. verbis: Diplomatibus, Libellisq;.* Claud. Paradin. *in symbol. heroic. pag. 35. & seq.* Beyerlinck *in magn. theatr. vitæ human. tom. 7. lit. S. Voc. Stemma. Rub. Eorundem significatio & causa pag. 341. Et tom. 4. lit. I. Voc. Insignia tit. signa arma, impressa &c. pag. 323.* Læl. Zecchius *lib. 1. de Principe cap. 2. n. 11.* Stephan Forcatul. *lib. 7. de Gallor. Imp. & Philos. pag. 1084.* Phil. Camer. *cent. 1. Oper. subcis. cap. 71.* ubi eleganter post Leunclavium. Hotoman. *ad §. sed cum paulatim. Inst. de testam.* Freher. *lib. 1. Parerg. cap. 20.* Succinctè Pierius *lib. 32. Hieroglyph. Rubr. Doctrina, Imperiove præstan-*
13 *tes & seq. pag. 226. col. 2.* Augustus † cum Sphingem repudiasset, quâ tabellas signare solitus erat, non sine multorum convicijs, qui ænigmata illum missitare cavillabantur, Alexandri ali-

quam-

quamdiu Imagine ſignavit, quoad ſuâ demum uti collibuit, cum auctoritatis jam validiſſimè corroboratæ Clariſſimus haberetur. Quin eâ ſignare qui quoque ſubſecuti ſunt Principes perſeverarunt. Quod ad Alexandri † Imaginem pertinet, per- 14
ſuaſum olim fuit pervulgatâ inter homines opinione, illi proſperè omnia ſucceſſum, omneſque ejus actiones adjuvari, qui Alexandrum vel auro, vel argento expreſſum geſtaret, adeò ut Macriana familia, quam ſuo tempore Romæ nobiliſſimam fuiſſe, Trebellius atteſtatur, Alexandri effigiem conſueverit habere quaſi familiarem, apud viros quidem in auro, vel argento, apud mulieres in reticulis & dextrocherijs & in anulis & in omni ornamentorum genere. Quin † & Antonius Severi fili- 15
us Alexandri ſtudioſiſſimus fuit, cujus Imagines cum paſſim renovaſſet, mortales, ut huic ejus ſtudio adularentur, Statuas aliquot erexêre, quæ uno corpore facies duas geſtarent, Alexandri ſcilicet, & Antonini. Quam quidem ſuperſtitionem Chryſoſtomus acerrimâ inſectatur increpatione. Nam & eo tempore abuſus hujuſmodi circumligandi aurea Alexandri Macedonis numiſmata capiti vel pedibus auferri non poterat, *Huc uſque Pierius.* Confer me *tractat. de Jure Inſiſignium cap. 10. num. 139. & ſeqq.* ubi etiam de Galbæ Imper. Sigillo.

De *Domitiano* † Imp. literis proditum eſt, eum Me- 16
duſam (Phorci filiam, cujus crines Minervam in angues mutaſſe fertur) pro pectore geſtare ſolitum fuiſſe, & ita in pulcherrimo ejus ſpeculo ſpectari. Cauſa † geſtaminis perhibe- 17
tur varia. Alij ſtuporem omninò, quem de ſe omnibus in negotiis, quæcunque tractaret, concitatum volebat, ſignificaſſe tradunt: quamvis nonnulli haud alia de cauſâ factum judicarent, quàm ut patris geſtamine inclareſceret. Nam in pulcherrimo Veſpaſiani ſigno apud Melinos Romæ Gorgo huic pro pectore aſpicitur. Alij à Domitiano in honorem Minervæ, quòd numinis id ſibi præcipuè colendum ſuſceperat, factū volunt. Nam clypeus hujuſmodi ſerpentū horrore præmunitus, im-

imprimis Palladi dedicatus erat. Eam Eustathius ideò Glaucopolin appellatam censeri scribit, quòd ex Poëtis nonnulli Dracones Glaucopas vocitarint, quamvis & à formidoloso aspectu dici posse non inficiatur, quòd Leones illi, qui præcipuè regij nuncupantur, & inter alia sua significata symbolum sunt terroris à colore glauci nominentur, juxta Joan. Pier. Valerian. *hieroglyph. lib. 16. Rubr. De Medusa. pag. 122.*

18 *Commodum* † Imperatorem literas suas Amazorio signo signasse Jul. Capitolin. *in Clodio Albino*, auctor est.

19 *Otthonis IV.* † Imper. Sigillum cōtinebat Imperatoris effigiem talari veste indutam, coronam in capite, sceptrum in dextra, & orbem cum arce in sinistrâ manu tenentem, sellæ insidentem, ac ad dextram capitis partem Solis, ad sinistram verò Lunæ Imaginem exhibentem: hancq; habebat in circumferentia inscriptionem: ✠ Dei Gratia: Otto: Romanorum Imperator: Et semper Augustus. Henr. Meibom. *in Apolog. pro Otthone IV. Imp. in prin.*

20 *Secundò, Reges,* † quoque ab omni ævo Sigillis insignes
21 fuisse, eorum simulacra exprimunt. Sic Arius † Lacedæmoniorum Rex Aquilæ signo Draconem unguibus comprehendentis utebatur. Joseph. *lib. 12. Antiq. Judaic. cap. 5.* Pierius *lib. 19. Hieroglyph. Rubr. Lacedæmonij pag. 143.* Gorlæus *in Dactylioth. præloq. pag. 11.* Henr. Kitschius *de Anulis aureis. n. 140.* Vid. me *tr. de Jur. Insign. cap. 22. n. 300.*

22 De *Alexandro* † *Magno* illud constat, quòd Literas, quas in Europam mitteret, veteris Anuli gemma obsignaret, iis, quas in Asiam scriberet, Darij Anulus imprimebatur. Q. Curtius *lib. 6. de gest. Alex. Magn. pag. 154.* Ex Galliæ † Regibus
23 *Carolus Calvus* cum de novo Theodoricum in Comitatu Hollandiæ roborasset, Bullam ej aureo anulo sigillatam, in qua imaginem suam impresserat, donavit. Antiquitùs enim Reges Anulo literas signabant. Tenor Confirmationis hic est: Et ut hoc nostræ largitionis munus per succedentia tempora firmiùs

ùs habeatur, & attentiùs observetur, manu propriâ subter firmavimus, & anuli nostri impressione jussimus sigillari. Joan. à Leydis *lib. 6. Chron. Belgic. cap. 4.*

Cæterum † de Gallorum Regis Sigillis qui plenè agant, 24 vide apud Camill. Borell. *lib. 2. De Magistr. Edict. cap. 13. n. 25.*

Ex † Saracenicis Regibus & Imperatoribus Tur- 25 cicis *Muamedem* literas, quibus Cæsarem Constantinopolitanum, Persarum, Ægypti & alios Reges ad suam religionem amplectendam monebat, argẽteo signo cum hac inscriptione, *Muamedes Dei Nuncius*, obsignatas habuisse, Cælius August. Curio *lib. de Orig. Sarac. & Imper. increm. pag. 11.* Camill. Borell. *lib. 2. de Magistr. Edict. cap. 13. n. 32. & seq.* ac alij referunt.

Memoratu † quoq; dignum est, quod de *Mahometis Bassæ* 26 Sigillo scribit Thomas Garzonius *in Piazza univers. discurs. 75. in annot.* Schön lustig/ *ait*, war deß Mahomet Bassa Sigel/ darauff er einen Seidenwurm auff einem Maulbeerblat hat lassen machen/ zur Anzeig/ daß er an einer Möhrin verliebet/ von welcher er gleichsamb das Leben/ wie ein Seidenwurm von den Maulbeerblättern empfienge.

Moscoviæ † Reges quo utantur Sigillo & insignibus 27 dixi *cap. 6. tract. de Jur. Insign. n. 597. & seq.* & de Persarum Regum Sigillis Pet. Gregor. *lib. 6. de Republ. cap. 16. n. 13. pag. 217.*

Reges † igitur alijque Principes non Bulla regulariter, sed 28 Sigillis utuntur, estque de substantia Regiarum litterarum sigillum. post And. de Isern. & Matth. de Afflict. Camill. Borell. *lib. 2. de Magistr. Edict. cap. 13. n. 20.*

Tertiò. † **Principes** & bellorum Duces, **Comites** & 29 **Dominos** & olim & nunc sigillandi jus habuisse, neminem fugit. Ita apud Romanos Mæcenas Eques Augusto Imp. familiarissimus, ranam, fortè Seriphiam, usurpavit, ut arcani fidem, quam unicè observabat ille, designaret: Pompejus Magnus Leone ensifero: Scipio, Africani superioris filius, patris Imagine:

Sylla verò Jugurtha se dedente usus fuit: Marcell, Donat. *in dilucid.* Sueton. *in August. cap. 50. pag. 451.* Beyerlinck *d. tom. 7. Voc. Stemma. Rubr. Eorundem significatio & causa vers. Mæcenas pag. 341.* Hotom. *ad §. sed cum paulatim. Inst. de testam. ordin.* Joan. Dauth. *tract. de testam. ad l. ad testium 22. §. signum a. n. 12. D. de testam.* In

30 Germania † *Palatini* Comites, Leonem: Freher. *in Origin. Palat. hinc inde* Hennebergici Principes suam Gallinam, uti dixi *cap. 10. tract. de Jur. Insign. n. 136.* Oldenburgii Comites suas quinque trabes. Herm. Hamelman *in Geneal. illustr. Comit. infer. Saxon. lib. 1. Voc. Altenborg.* Comites & Domini de Lippia ac Eberfteinij suam Rosam sigilli vel potius characteris loco usurpant. Hamelm. *d. loc.* Crus. *lib. 10. Suev. Ann. part. 2. cap. 8. pag. 406.*

31 Idem † etiam Principes Fœminæ observarunt. Scribit enim Spangenberg *lib. 5.* Henneberg. Chronick *cap. 11.* daß Fraw Catharina geborne von Henneberg / Marggräfin zu Meissen / Landgräfin zu Thüringen / &c. in jhrem Sigel ein Weibsbild stehend / so in der rechten Hand einen Schild mit einem Löwen / vnd in der Lincken ein Schild mit einer Hennen hielt / geführet habe.

32 *Quartò* † Populi, Respublicæ, Civitates, Ordines, Academiæ, Collegia & Capitula: atque ita in genere Universitates sua habent sigilla, quibus utantur, argum. notatorum per Bald. *in cap. 1. de fratr. de nov. benef. invest.* ubi scribit, Sigillum Universitatis conservari debere penes digniorem. Anton. Capyc. *in decis. Neapol. 27. n. 8.* Camill. Borell. *d. lib. 2. cap. 13. n. 27. & 28.*

33 *Populorum, † Rerumpublicarum*, & *Civitatũ* Sigilla cum non sint uniusmodi, de quibusdam solùm agemus. Inter hos Aquila, quæ Draconem arreptum gestet, *Lacedæmoniorum* Rempubl. ostendit, cum illi hujusmodi signo in obsignandis literis usi fuerint, post Joseph. Pierius *lib. 19. Hieroglyph. Rubr.* *Lacedæmonij* *pag. 143.*

34 Sic † tota *Frisia* circa Annum Christi *1327.* publico hoc usa est sigillo, cujus imago toto corpore armatus, dextra lanceam tenens, sinistrâ strictum ensem

sem in humerum inclinatum ferens & sub arbore consistens vir erat. Ubbo Emmius *lib. 13. Rer. Frisic. pag. 195. & seq.*

Trevirensis † omnium antiquissimæ civitatis sigillum 35
hodiè tale perhibetur. Stant in eo tres figuræ, Christi in medio, S. Petri à dextris & ab altero latere S. Eucharij cum puero; Christus tenet clavem, quem alij ab ipso recipiunt, omnes stant in civitate, cui adscriptum est, S. Treviris. In circumferentia hoc carmen notatur.

Trevericam plebem Dominus benedicat & urbem. A posteriori parte Sigilli scriptum est: Annis trecentis detritum, reformabatur 1537. Nicol. Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. num. 23.*

Spira † Imperialis Civitas majori suo in Sigillo Conra- 36
dinam, id est, Francicam Ecclesiæ structuram, ac in minori sive secretiori Angelicam B. Mariæ Virgini factam salutationem promit, de quibus, ut & eorum Origine Christ. Lehman *lib. 4. Chron. Spirens. cap. 11. pag. 303. & seq.* ita refert: Dieweil aber allhier der Insigel der Stadt Speyr gedacht/ so ist dabey zu vermelden/ Obwol das Gericht vnd die Stadt zuvor ihr Wappen in roht vnd weiß/ vnnd ihr Insigel gehabt / so sie vnter der Francken Regierung gebraucht / so wird doch darfür gehalten / daß Käiser Heinrich der V. bey Befreyung der Stadt vnnd Bestettigung der newen Regierung durch Burgermeister vnd Raht verordnet / daß die Stadt in ihrem Panier vnd Wappen das Münster mit seinen sechs durchsichtigen Thürnen / welches bey seines Vattern Regierung auff dessen mächtigen Kosten vollends erbawet worden/ im weissen Feld roht / vnnd oben bey dem Helm im weissen Flügel gleicher gestalt führen soll. Et paulo pòst: Daher führet auch die Stadt in ihrem grossen Insigel das Münster mit den sechs Thürnen / vnnd im Secret-Insigel den Englischen Gruß der Jungfrawen Maria/ deren zu Ehren das Münster erbawet ist.

Halæ † *Suevorum* Sigillum quid exhibeat, dixi 37

tract. de Jur. insign. cap. 6. n. 1038. ut & quid *Egræ* & *Erfurdiæ* ac *Susati* Civitatem Sigilla referant, exposui *ibidem n. 1096. 1102. & 1165.*

38 *Suburbij* † *Wolfelbüthelensis* Heinrichsstadt ab Henrico Duce Brunsvicense, Ducis Julij parente, sic dicti sigillum albus juxta coronatam columnam liberè sine freno saliens Equus esse perhibetur, quo illud à prænominato Duce Julio donatum est. Bünting *part. 1.* Braunschw. vnd Lüneburg. Chronick. *Rub.* von Hertzog *Julio* zu Braunschw. vnd Lüneb. *pag. 342.*

39 *Ordinum* † Equestrium ferè omnium Sigilla & Insignia expressa extant apud Franc. Mennen. *in delic. Ord. Equest. pag. 13. & seqq. per tot.* similesque alios.

40 *Academiarum* † Sigilla quod attinet, illud planum est, quòd quemadmodum singularia quædam privilegia & prærogativas Imperatores, Reges & Principes à se fundatis concesserunt Academijs: Francisc. Junius *lib. de Academ. cap. 4. in fin.* ita & Sigilla ac Insignia; idq; ex sigillis Academiæ *Helmstadi-*

41 *diensis* † per Maximilianum II. Imper. ipsi omnium clementissimè concessis, & *d. tract. de Jur. Insign. cap. 6. n. 1308. cum seqq.* propositis, omnium evidentissimè patet, ut & quantum duo,

42 Majus scilicet ac Minus Academiæ *Marpurgensis* † Sigilla cõcernit, peculiari oratione memoriæ ejus Natalitiorum consecratâ, ac super jure sigillorũ eidem cum Incunabulis tributo, conceptâ, 15. Cal. Julij Anno 1632. à me publicè expositum est.

43 *Altorfensis* † Academiæ Sigilla unde originem petant, partim descriptum extat à Cunr. Rittershus. *in præfat. Consil. Altorf.* hoc modo: Sic etiam Sigilli publici usum ab Amplissimo Collegio Scholarcharum, qui vestri (puta Senatus Noribergensis) ordinis nõ postrema pars sunt, pro ea, quâ apud plerosq; omnes valebat (scilicet Petrus Wesembecius) gratiâ, non difficulter impetravit. Undè Responsis, quæ hinc peterentur, non parũ auctoritatis accessisse, facile est cuivis æstimare. Eventus certè docuit, plures huc ut venirent Consilij petẽdi causâ, & quidẽ inter dum-

dum dissitis ex locis, allectos invitatosq; fuisse, posteaquam ea res longè lateq; innotuit. Pluribus Ritterhus. *d. loc.*

Jus † autem deferendi ejusmodi Sigilla Academijs competere, vel inde solum constare potest, quod sint *Collegia* approbata, quæ Sigillum cum signo habere possunt. *cap. significavit. de appell. cap. cum dilecta. de excess. Prælat.* Francisc. Marcus *decis. Delph. quæst. 801. n. 9.* 44

His ita explicatis, quæritur: † *An jus Sigillandi, casu, ubi rerum sive prædiorum obligatio accessoriè venit ad contractum aliquem, puta dotis, competat habenti jurisdictionem in realibus: an verò alteri jurisdictionem in personalibus exercenti?* 45

Posterius affirmandum videtur: *tùm*, quòd jus † sigillandi, Inventaria conficiendi & similia sint de dependentibus ex minori jurisdictione, quam die Vogtey vocant, ideoque hæc ad illum, qui minorem in personalibus habet jurisdictionem pertinebunt, *per text. in l. 2. D. de jurisd.* maximè † si sit in possessione vel quasi juris illius sigillandi & inventaria conficiendi super pertinentibus ad illud prædium, in quâ possessione vel quasi confirmandus erit. *l. 1. & seqq. D. Uti possid. tùm*, † quod collatione factâ inter modium aveni der Vogtey-haber / & annuorum solidorum aliquot præstationem, hæc illi præferenda, imò majorem in prædio jurisdictionem arguat. Æquius enim esse putatur, jus sigillandi & alia jura super rebus coloni in prædio concedi ei, qui majorem & digniorem jurisdictionis habet partem, quàm illi, qui habet minorem, cum magis dignum ad se minus dignum trahat. post Gloss. Archidiac. & Jason. Nicol. Everh. Jun. *cons. 49. n. 1. & seqq. vol. 1.* 46 47 48

Sed his non obstantibus, prius magis verum asserimus: *tùm* quia † quando prædium situm est intra fines seu limites 49
ejus villæ, in qua alius omnem habet jurisdictionem, his tamen casibus, qui ad merum Imperium pertinent, ac vulgò Malefitz-oder Vitzthumhändel dicuntur, exceptis, utique de jure communi hoc prædium ad Universitatem pertinebit, & consequenter etiam ad jurisdictionem illam, quæ est in eadem villa:
cum in castro † aut villa repræsentetur quædam Universitas 50

 omnium

omnium illorum agrorum, qui intra illius castri aut villæ limites siti sunt: *l. pupillus. §. territorium. D. de Verb. sign.* Nicol. Everhard. *d. cons. 47. n. 6. & seqq. per ibi relat.* ubi pluribus hoc
51 argumentum exornat. *tùm*, quòd † hujus juris interpretationem praxis & observantia corroboret. *l. minimè. l. si de interpretatione. D. de LL.* uti pluribus Everhard. *d. cons. 47. n. 19. & seqq.* explicat, & ex hac consuetudine latè arguit, ac *n. 30. & seqq.* ad contraria respondet.

52 Verùm † pro conciliatione harum sententiarum notandum est: quod sicut Actiones concernentes personam, & actiones ad rem pertinentes sive reales, peculiares suos habent judices, facilè colligi potest, quòd jus sigillandi & alia dependentia & annexa personalibus actionibus & obligationibus coram Domino talia jura habente, expedienda: sicut coram eo Domino jus reale habente, etiam accessoria ad jus illud spectantia, peragenda veniant, excepto casu, quo pars Universitatis bonorum, in Inventario descriptorum, transit cum universis bonis,
53 juxta illud; quòd † multa cum Universitate transeant, quæ aliàs per se non transirent. *cap. cùm Bertoldus de Sent. & re judic. l. in modicis. D. de contrah. empt.* Nic. Everhard. *cons. 47. n. 25. & seqq. ac per tot. vol. 1.*

54 *Quintò.* † *Vicarios* principalium suorum nomine sigillare certum est, & nos infrà de custodia sigillorum pleniùs dicemus. Ant. Faber *in Cod. lib. 4. tit. 14. de fin. 11.* ibi: aut Vicario,
55 qui characterem imprimit. Ita nomine † Imperatoris & Imperij Camera Imperialis sub bicipitis Aquilæ, Cæsareæ Majestatis insigni & Sigillo, Processus & Mandata omnia decernit & dijudicat. Ordin. Cam. Imp. *part. 1. tit. 27. §. 1. & part. 3. tit. 12. §.* Und so solche. Bernh. Græväus. *pract. concl. in proœm. n. 30.* Thom. Michaël *de jurisdict. concl. 38. lit. a.* Wilhel. Anton. *de Rescript.*
56 *morat. cap. 13. n. 23.* Interregni † verò tempore speciali Vicariorum Imperij in signandis Decretis utitur Sigillo. post Buxtorff. & alios à se relatos Wilhel. Anton. *d. cap. 13. n. 23.* Ani-
57 madvertendum † tamen hic, ipsum Cameræ Imper. Sigillum non

non facere ejus jurisdictionem delegatam esse, uti vanè quidam fuêre opinati, cum illa sit ab Imperatore & Statibus Imperij, ac ex Ordinatione, quæ vim legis obtinet, atque sic Ordinaria. Gail *lib. 1. obs. 41. n. 5.* Guil. Roding. *lib. 1. Pand. Camer. tit. 3. n. 3.* Simili † modo judicium Rotvveilense tempore 58
Vicariatus solum Palatinum agnoscens Vicarium, ejusdem retento Sigillo, Causas, Mandataque expeditum reddit. Ita factum in causa Margret Lenhard Pistors Wittiben von Wirtzburg / contra Johan Ercking von Seinßheim Freiherrn / vnd Johan Veltzner den Jüngern Herrn von Seinßheim. Anno 1618. & 1619. ubi formula hæc erat: Carle Graf von Hohenzollern/ als Hofgerichts Statthalter &c. Von deß Durchleuchtigsten hochgebornen Fürsten vnd Herrn / Herrn Friedrich Pfaltzgrafen bey Rhein / deß heiligen Römischen Reichs Ertz-Truchsässen vnd Churfürsten in den Landen deß R. Rheins vñ Fränckischen Rechtens Fürsehers vnd Vicarij &c. Gewalt/ An Ihr Churf. Gn. Statt vnd Hof zu Rotweil. In fine. Daran geschicht vnsers gnädigsten Herrn Rechtens Fürsehern vnd Vicario ein gut Gefallen/ Sigillum idem retentum.

De † Saxonis Vicariatu Imperatore defuncto August. 59
Brunnius *in Triad. Elect. polit. pag. 423.* hæc refert: Interim Saxoni licet usurpare sibi nomen Electoris & Insignia tàm in obsignandis literis, quàm in procudenda Moneta. Sic *Regentes Regni*, ita à Francis dicti, vel ob infantiam, vel furorem, vel absentiam Regis creati, sive suo nomine, manu ac Sigillo, Leges, Edicta, Rescripta, Jussa deniq; omnia sanciant, (ut quidem more Majorum ante Legem Caroli V. Francorum Regis fiebat) sive regia Sigilla nomenq; Regum legibus ac mandatis proponant, nihil aut parum admodum interest; cũ quæ à procuratore gerantur, probante Domino, ab ipso geri videantur. *l. certè. §. 1. D. de pecar. l. mulieres. de sent. excomm.* Joan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 9. post prin. vers. Idem nobis judicandum. pag. 127.*

Sextò. † Sigillo utuntur Magistratus ad expeditiones & sen- 60
tentias signandas, vel proprio, vel Principis Magistratus supremi nomine: & Universales, ut Senatus, Consilium & Præfecti Sigillo Principis utuntur. Alij verò Judices & Vasalli proprio

prio & peculiari. Casp. Ant. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 1.*

61 Ex† quibus facili negotio colligere licet, aliud esse Sigillum Universitatis sive societatis, & longè aliud Sigillum singulorum: ac quemadmodum Sigillum Universitatis vel Collegij Universitatem, sic singulorum Sigillum singulos obligat. *l. civitas. cum ibi not. D. de reb. cred.* Cothman. *resp. 26. n. 6. 11. 17. & hinc inde. vol. 5.*

62 *Septimò.* † Utriusque sexus homines, sine Status & conditionis differentia sigillandi jure gaudent: veluti I. Viri *Docti* ut *Plato*, cujus Sigillum hanc habuisse Inscriptionem legimus: *Facilius est movere quietem, quàm quietare motum.* Non enim est pugnandum cum manibus, nec decet eos affici injuriâ, qui jam vitâ functi sunt. Mortuo, præceptum est Sapientum, non riseris: & aliud: Defuncti injuria ne afficiuntor. Phil. Camer. *cent. 1. oper. subcis. cap. 3. in prin.* Proh Deûm hominumque fidem, quanta hodiè mortalium est malitia, qui cum de absentibus & mortuis nil, nisi benè loqui & precari licere sciant, illi senectâ confectorum mortes callidè & sub specie summi favoris expectant, post illâ naturæ subsecutâ metamorphosi, primùm irasci quasi incipiunt, & quibus nocere cupiunt quosve læserunt, (ut est apud Tacit. *in vita Julij Agricol. pag. (mihi) 680.* & ibi Matth. Virdung. *in comm. cap. 42. vers. Proprium. pag. 230.* Berneg. *ibid. sect. 18. loc. com. 5. pag. 287.)* hos odisse incipiunt. De quo genere sævorum & insatiabilium Luporum hæredipetarum dixi alibi: Sic *Erasmus Roterodamus* de propriâ, & satis arrogante Sigilli sui inscriptione, ipse *Chiliad. 3. cent 5. adag. 42.* testis est, eam hoc aposphragismate absolutam esse: *Cedo nulli.* Ant. Bullæus *com. ad Const. Carol. V. art. 200.* Dn. Wilhel. Anton. *de Rescript. morat. concl. 63. sub lit. X X. pag. 664.* De B. Martini *Lutheri* & Philippi *Melanchthonis* Sigillis scribit Joan. Wolff. *cent. 16. Lect. memor. Rubr. Andreas Kreychius pag. 911.* extare hujus Kreychij de Sigillo Lutheri homiliam, esseque illud cor rubrum & crucem nigram in alba rosâ. Et *ibidem pag. 941.* hæc habentur:

Rosa

——— *Rosa namque Luthero*
Symbolon est Magno sacrum, Serpensq; Philippo.

Inter hos autem viros Doctos *Legati* excellunt, qui ad exteras Gentes abituri, suos ad obsignandum litteras habebant anulos, & præter hos etiam aureos honorarios. post Plin. Coras. *ad l. 2. §. Et ut obiter. n. 5. D. de Orig. jur.*

II. Tutores, † qui inde quòd tanquam tutores sigillant, 63
legitimè constituti præsumuntur, idque propter diuturnitatem temporis, post Socin. Cravett. & Alex. Gilman. *tom. 2. symph. part. 2. vot. 5. n. 43.*

III. Testes † testamentarij ex Prætorum cautione, 64
quæ LL. XII. Tab. erat omissa, consignabant. Unde & Signatores dicti; sed Impp. addiderunt, ut etiam subscribant. *l. ad testium. 22. §. 4. D. Qui testam. fac. poss.* Connan. *lib. 9. Comm. cap. 2. n. 2.* Schrad. *in Lexic. Voc. Signatores. per text. ibi relat.*

IV. Mandatarij † ad hoc specialem à Domino man- 65
dante habentes potestatem. Chil. König/ *part. 2. Process. cap. 39. vers.* wird aber. ibi: oder das zu thun befohlen.

V. Mulieres † possunt habere Sigilla. *l. distrahente. 2. in* 66
prin. C. de reb. alien. non alien. Conf. *supra cap. 4. §. 2. n. 86. cum seqq.*
Ideò venditio † Mariti Sigillo uxoris sigillantis non officit uxo- 67
ri, quæ non novit, quid sigilletur. Aliàs si ex certâ scientiâ quis apponit sigillum, vel apponi facit, ratificare videtur, & sibi præjudicat. Bald. *in d. l. 2.* Schurpf. *cons. 17. n. 13. cent. 1.* Joan. Azorius *Instit. moral. tom. 1. lib. 1. cap. 5. §. Si roges.* Nec † obstat *l. Gajus.* 68
39. D. de pignorat. act. quasi etiam tunc sibi non præjudicet. Respondetur enim, Sigillum quandoque apponi ad apparentiam probationis, quandoque ad existentiam alienationis. Primo casu non præjudicare, *arg. l. distrahente.* à contrario sensu ducto altero casu benè præjudicat, *ut l. fidejussor. §. pater. D. de pignor.* Bald. *in l. 2. & in d. l. Cajus.* ubi quomodo in dubio distinguendum. Schurpf. *d. cons. 17. n. 13.* Chil. König *d. part. 2. Process. cap. 39. cir. fin.* De Principibus Fœminis dixi supra *hoc cap. vers. Principes. n. 31.*

69 Non † autem Jus Sigillandi habent: *I. Minores.* Si enim Minor proprio Sigillo fuerit usus, quod in ætate pupillari, vel minori fieri non solet, conjectura est, minorem non fuisse, quod in facto antiquo probando sufficit. Gilman. *part. 2. Symph. vot. 5. nu. 39. tom. 2.* post Bald. *cons. 213. in fin. vol. 2.*

70 *II. Servi,* † jus anuli non habentes, signare etiam testamenta non poterant. *l. ad testium. 22. in prin. & §. 1. D. Qui testam. fac. poss.* Casp. Anton. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 4.*
71 *in fin.* Cum † enim Sigilla juris civilis, vel potius Juris Gentium secundarij quoddam sint inventum, eoque servi non gaudeant, unà cum libertate, ut insignia, per ea, quæ *tract. de Jur. Insign. cap. 16. n. 61.* dixi: ita quoque Sigilla amittuntur.

72 III. Non † videtur sigillasse ille, qui probat se non vidisse, aut legisse: Sicut nec dicitur subscripsisse, qui erravit. *cap. 2. de fid. instrum.* Gabriel *lib. 1. titul. de præsumpt. conclus. 3. n. 10.* Rebuff. *de Chirograph. recogn. in præfat. n. 102. & seq. part. 1.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 66. n. 21.* Ern. Cothman. *cons. 39. n. 46. vol. 1.* Schneidvvin. *part. 7. de Feud. n. 91.* Arnold. Reyger *in thesaur. jur. Voc. Sigillum. n. 12.* Vid. infrà. *cap. 10. vers. Ut autem. n. 56.*
73 Sic † etiam Sigillum Domino ignorante appositum non præjudicat. *l. Cajus Sejus. D. de pignor. act.* Chilian. König. *part. 2. Pro-*
74 *cess. cap. 39.* Matth. Wesemb. *cons. 178. n. 30.* Quando † verò quis possit sigillare schedulam, quam non legit, de eo text. est *in cap. quando. De his, quæ fiunt à Prælat.* & tractavi fusiùs *cap. 6. vers. 5. Quod qui commisit. num. 32.*

CAPUT

CAPUT SEXTUM.

DE CUSTODIA SIGILLORUM, ET Chartis Blancis sive Vacuis Sigillatis, vulgò Blancketen.

SUMMARIA.

1. *Custodes Sigillorum ab ævo fuerunt: quod Exemplis illustratur.*
2. *Sigilliferos, aliàs Referendarios sive Cancellarios dictos, Reges semper certos habuerunt.*
3. *Exemplis res illustratur.*
4. *Carolus Magnus nemini, quàm sibi ipsi Sigillum suum concredidit.*
5. *Custodia Sigillorum apud Germanos est apud ArchiCancellarios & Cancellarios Impp. & Principum.*
6. *Moguntinus Elector inter Cancellarios eminet.*
7. *Cancellarij dignitas magna: & custodire regium anulum res sublimis est: illustrata Perdiccæ & Moguntini exemplis.*
8. *Gestandi Sigilla per Moguntinum ritus.*
9. *In Gallia qui custodiant Regium Sigillum & sub qua appellatione?*
10. *In Sicilia quis gerat Sigilli regij custodiam?*
11. *Poloni majoris Sigilli custodiam Cancellario, minoris Vice-Cancellario dederunt.*
12. *In Sabaudia quæ Sigilli Custodia?*
13. *Turcis Sigilli custos, inde Nisangi Bassa dicitur.*
14. *Cancellarij munus splendidissimum & antiquissimum.*
15. *Universitatum Sigilla, Consules habent Custodes.*
16. *Custodes Sigillorum fidas esse personas convenit.* & n. 18. 33.
17. *Exemplum est in Augusto Imp. Mæcenati & Agrippæ custodiam anuli fidente.*
19. *Pontifex Rom. Principes, Episcopi & his longè inferiores hodie Cancellarijs suis Sigillum & litterarum obsignationem committunt.* & n. 33.
20. *Reginarum Cancellarij jus custodiendi Sigilli non habent: & qua de causa?*
21. *Custodia Sigilli cui committatur, videndum.*

22. *Custodiuntur quoque Sigilla per capsulas.*

23. *Virgo signata quæ, & unde ita dicta?*

24. *In Sigillo maxima omnium opum custodia.*

25. *Publica Sigilla & authentica diligentiùs custodiuntur, quàm privata. contrà n. 27.*

26. *Publicis Sigillis semper creditur, ac debito modo apposita præsumuntur.*

28. *Custodia Sigilli paterni & clavium apud Seniorem & digniorem consistere debet.*

29. *Turcæ antiquiorem purpuratorum Bassarum Principis scrinio & gemma potiri sinunt.*

30. *Custodia Sigilli castri penes digniorem esse debet.*

31. *Dominis pluribus extantibus, sufficit Sigilliferum sigillare.*

32. *Committens Sigillum alicui præsumitur consensisse his, quæ mediante eo facta sunt.*

34. *Cancellarius, vel alius ad sigillandum deputatus in spectantibus ad Principis &c. officium, & in sigillare sibi cõmissis, Sigillum Domini etiam super non visis & lectis apponere potest.*

35. *Cancellarius, Officialisve alius scripturas illas, ex quibus alteri jus contra Principem acquiritur, eo invito sigillare citra falsum non potest.*

36. *Commissum cui est sigillum, ne in testimonium quidem rei gestæ inscio Domino illud apponere potest.*

37. *Testimonium non valet nisi de his, quæ testis novit per visum.*

38. *Consuetudo facere potest, quod is, cui commissum est Sigillum signare possit, etsi Committens sigillanda nec vidit, nec scit.*

39. *Commisso alicui Sigillo, omnia commissa censentur, quæ Dominus iste facere consuevit.*

40. *Commissio Sigilli necessitatibus contrahentium succurrit.*

41. *Vice-Regis Signaturam Rex absens revocare non potest.*

42. *Reservata Principi, non transeunt in ejus Vice-Regem.*

43. *Principi debitus honos, Locumtenenti præstandus non est.*

44. *Vicarius personam ejus, cujus vices gerit, exhibet.*

45. *Principis privilegium in ejus Vice-Regem transit.*

46. *Vicarius talis, qui in Regno dimitti solet, Feudorum alienationibus assentiri potest.*

47. *Reservata Principi, etiam perpetuis ejus Officialibus, velut, Comitibus, Marchionibus, Ducibus &c. competunt.*

48. An

48. An Custos Sigilli inscio Domino Feloniam remittere possit? *Aff. sub restrict.*

49. Si Prælatus pro suis debitis, vel Ecclesiæ, litteras, sigillave alicui concedit, an pœnæ *cap 2. Ext. de Solut.* sit locus? *Disting.*

50. Si Titius cum noto Sempronij sigillo vel signo veniat, asserens sibi ab ipso Sempronio quid mandatũ esse, an ei ita credi possit, ut sufficiens sit excusatio, si credẽs signi exhibiti fidem secutus, rem petitam Titio tradidit? *Disting.*

51. Conclusio: *Credens venienti cum sigillo, vel signo noto alicujus excusatur:*

52. *Nec hoc casu sigillum à Domino sibi traditum esse, probare debet.*

53. Ampliatur. I. *Si præcesserit conventio.*

54. Ampliatur. II. *Si nuncius in ejusmodi negocijs expediendis sit consuetus.*

55. Limitatur. I. *In rebus modici, non magni præjudicij procedere.*

56. *Mandatum licet sigillum in genere inducat, non tamen in specie.*

57. *Mandatum sigillandi habens, decreta à Consilio & Senatu, ac levia & nõ præjudicialia signat.*

58. Restringitur. I. *Ex speciali conventione præcedente.*

59. Restringitur. II. *Ex speciali rei petitæ demonstratione.*

60. Restringitur. III. *Ex Consuetudine loci & personarum hunc mittendi modum approbans.*

61. Limitatur. II. *Si præsumptio aliqua sit contra portantem ejusmodi sigillum.*

62. Limitatur. III. *Si specialiter convenisset de certa persona, per quam res transmittatur.*

63. Limitatur. IV. *In debitore generis.*

64. *Contrarium verius: Ratione additâ.*

65. §. Apud Labeonem II. l. si quis uxori. 52. D. de furt. explicatus.

66. Si quis alicui sigillum suum dedit ad sigillandum, & postea is mandatum hoc neget, an obligetur? *Neg.*

67. *Committens sigillum alij, quem scit eo abusurum, inde obligabitur,*

68. *Chartarum blancarum appellationes variæ.*

69. *Chartarum harum Origo.*

70. Conclusio. I. *In Charta blanca positum sigillum, res periculosa est, suspicione non carens.*

71. Exemplum ad hoc Antonij de Pratis Galliæ Cancellarij.

72. Aliud in Britanniæ Ducis Pro-Cancellario.

73. Officia idoneis committenda.

74. Ingenia priusquam functionibus præficienda, optimè exploranda.

75. Tyrannicis ingenijs chartæ blancæ non committendæ, sed loco movenda sunt cum suis complicibus.

76. In Unum Princeps plura officia ne cumulet.

77. Unus civis tantum eminere non debet, ut legibus interrogari non possit.

78. Libertatis æquandæ ratio.

79. Uni alicui rerum omnium jus & potestas committenda non est.

80. Princeps à Consiliarijs non debet teneri inclusus.

81. Accessus difficilioris causa & exempla. & n. 82.

83. Unus sæpè omnem regni subvertit justitiam.

84. Hominum genus quoddam inquietum.

85. Scribarum Cæsareanorum olim infidelitas.

86. Hominum sors & conditio mutabilis.

87. Aulici calculis similes.

88. Aulici aureis tenentur Compedibus.

89. Jura intacta servare melius.

90. Chartam blancam haud facilè Principes suis Officialibus relinquere debent; & quare?

91. Exempla ad hoc elegantia. & 92.

93. Deus maleficia non sinit inulta & n. 98.

94. Secundæ res lætum quem faciunt.

95. Bonis alienis pasci jucundum, sed Deo res inimica.

96. Peccatum non remittitur, nisi ablatum restituatur.

97. Punitur quis per eadem, per quæ peccat.

99. Scriptores nihil occultant.

100. Errore Opinionis lapsis, condonandum.

101. Civem insidijs opprimere quomodo improbi tentent?

102. Facta pia perennem laudem conciliant: non etiam technæ & fuci.

103. Ingenia impia non sunt diuturna.

104. Chartarum vacuarum usus in quibus potissimum spectetur?

105. Legatis libera mandata media charta blanca dari solent: ad hoc exempla & n. 107.

106. Legatos mittere cum libera à Quiritibus Originem petit.

108. Conclusio III. *Charta in blanca positum sigillum regulariter non obligat.*

109. Si-

109. Sigillum sine scriptura testis mutus est, nihil probans.

110. Nihil inane obsignatur.

111. Wenceslaus Imper. ob chartas blancas malè audit.

112. Wenceslai Imp. Privilegia ac Rescripta ab ejus successore Ruperto cassata sunt: quibusdam solùm exceptis.

113. Subscribens, scribenti scripturam multum confidens, suâ subscriptione & sigillatione sibi non præjudicat.

114. Chartam nudam sigillans, non censetur, quæ postea Domino ignorante inscripta sunt, approbare: ac ideò probandū & n. 119.

115. Arbitrio Judicis circumspecti hic opus.

116. Charta vacua subsignata & subscripta, sed non conscripta loco mandati non est sufficiens.

117. Quid si Princeps, vel alius Cancellario &c. fidem habens chartæ vacuæ subscribat, an damnum incurrat, quod reputetur postea scripta confirmare? *Negat.*

118. Confirmatio omnis consensum & scientiam supponit.

120. Chartæ vacuæ subscribens, de inscribendis debet esse præmonitus. & n. 122.

121. Ad hoc text. elegans in l. 2. C. de reb. al. non alien.

123. Ingenia perversa, ut laudabiter gesta irritent, semper aliquā fraudi speciem juris imponunt.

124. Contrà: Blanceto subscribens, meritò ex illo [illegible]etur.

125. Chartæ Blancæ Consuetudo & & fidem & vim probandi tribuere potest, Contrà. n. 127.

126. Mandatum generale dans hoc fine, ut mandatario sit licitum quodcunq. scribere, statur sigillo in generalibus: non iis, quæ mandans in specie concessurus non fuisset.

128. Chartâ blancâ abutens datam Principi & justitiæ juratam fidem violat.

129. Mali assiduitate efferuntur animi. Malum sæpè ex provocatione nascitur.

130. Ex nequitia æger ad honestatem recursus.

131. Animus imbutus malis artibus, libidinibus non caret.

132. Vitia sub virtutis specie obrepunt.

133. Virtute depressâ, nil nisi charta blanca, nomen sine re superest

134. Vitijs occurrendum.

135. Ad Cautionem de rato admittitur habens nudum ab extraneo Sigillum. & n. 138.

136. Mandatum ex solo sigillo plenè non probatur.

137. Etiamsi verba subscriptionis

de

de tali mandato, in tali causa sint concepta.

139. Ut Procurator cum cautione de rato admittatur, sufficit instrumentorum traditio: ita etiam sigilli.

140. Mandatum ad citandum, per solum sigillum probatur. Contrà n. *141*

142. An Notarius literas vacuas super scripto citationis titulo sigillans, falsum committat? *Disting.*

143. Chartam vacuam dans, potestatem dedisse videtur, quicquid scribendi.

144. Hodiè de Stylo Curiarũ mandata Procuratoria cum modico albo valent, dummodò postea de mandato doceat.

145. Mandatum ex diuturnitate temporis non præsumitur.

146. Mandatum ex solo sigillo probatur sine rati cautione, si ita habeat Consuetudo.

147. In Sigillo Imago Domini imprimitur.

148. Sigillum alteri tradens, totam voluntatem ei committere videtur.

149. Mandatum ex sigillo probatur, si illud sit determinatum ad signãda mandata Procuratoria.

150. Conventione fieri solet, quod venienti cum Sigillo credi debeat.

151. Ex solo sigillo in Levioribus voluntas sigillantis probatur.

152. Commissio specialis ex solo Sigillo non probatur.

153. Charta blanca perscripta sine contradictione accepta & retenta, probat. & n. 157.

154. Chartæ blancæ subscribens & sigillans, si notitiam contentorum habuerit, sitq; præmonitus facit ut probet.

155. Chartam fuisse blancam non præsumitur, sed probandum.

156. Ratio addita.

§. I.

CUSTODIA SIGILLORUM.

1 IN † omni imperio ab ævo receptum Custodes Sigillorum Imperialium, Regiorum & Principalium fuisse, vel inde constare potest, quod priscis Persarum & Medorum temporibus Rex Ahasverus, aliàs Xerxes dictus, anulum manu detractum primum Hamanni fidei tradiderit: Esther *cap. 3. vers. 10.* pòst Mardochæi, *cap. 8. vers. 2.* ac Romanorum ætate, qui à Secretis, vel à Libellis & Epistolis erant, anulorum signatoriorum Epistolis & Actis

Actis publicis deſtinatorum, curam habebant. Marcell. Donat. *in dilucid. Sueton. in Tiber. cap. 73. pag. 594.* Kirchner. *lib. 4. de off. Cancellar. cap. 2. n. 1. & ſeqq. & cap. 3. n. 31.* Hinc † in genere patet, 2
habuiſſe antiquitùs Reges certos ſuos ſigilliferos, Referendarios dictos, ad quos deferebantur omnes Conſcriptiones publicæ, ut eas anulo ſibi concredito firmarent ac ſubnotarent, aliàs Cancellarij dicti. Steph. Forcatul. *lib. 7. de Gall. Imp. & Philoſoph. pag. 1084. verſ. Referendarius, & ſeqq.* Pet. Gregor. *lib. 47. Syntag. jur. univ. cap. 29. n. 10. cum ſeqq.* ubi plura ad hoc exempla adducunt. Sic † Trogum Pompejum ſub Cajo Cæſare militantem, 3
epiſtolarum & legationum, ſimul & anuli curam habuiſſe, Juſtin. *ex Trogo lib. 43.* auctor eſt. Kirchner. *d. lib. 4. cap. 2. n. 4.* Juſtinianum Imp. Trebonianum ſibi ſigilliferum elegiſſe *ex l. fin. C. de diverſis reſcript.* manifeſtum eſt. De Carolo † Magno ſcri- 4
ptum reliquit Eginhard. *in ejus vita:* & Sturm. *in Ead.* quòd Gladij, quo aſſiduè cinctus erat Capulo ſigillum Imperatorium, quo fidem ſuarum literarum confirmaret, inſertum, circumtulerit; ejuſq; uſum nemini hominum, præterquam ſibi ipſi crediderit. Kirchner. *lib. 2. de jure Legat. cap. 8. n. 9. & lib. 4. de offic. Cancell. cap. 2. n. 8. & ſeqq.*

Apud † Germanos ArchiCancellarijs & Cancellarijs Im- 5
per. Principum &c. de quibus Kirchner. *lib. 1. de off. Cancell. cap. 3. num. 7. & ſeqq.* cuſtodia hæc committi ſolet. Inter hos excellit Archiepiſcopus Moguntinus, † inde forſan primum in- 6
ter Electores obtinens locum. Etenim Regis Cancellarius † ſe- 7
cundæ poſt Regem dignitatis fuit, ſicuti de Cn. Minutio poſt Livium *lib. 2.* & alios, teſtis eſt Pet. Gregor. *d. cap. 29. n. 12. & 14.* Adeò magnum habebatur regium cuſtodire anulum, *id eſt,* poſt Principem in publica gubernatione præſtare. quo nihil poteſt eſſe ſublimius. Forcat. *d. lib. 7. pag. 3085. & ſeq.* Alexandrum Magnum ex Curtij *lib. 10.* ad hoc introducens. Is enim deficiente voce moriturus, detractum digito anulum Perdiccæ tradidit, optimum ſcilicet amicorum deligens, cui partum Imperium crederet; ſed cunctante Perdicca, ut quod optabat, modeſtiùs acciperet, interceſſit Meleager, & Perdiccam tutelę præ-

textu regnum invasurum persuasit. Sic in Germania nostra apud Electorem Moguntinum sigilla Imperij esse Sleidan. *com. lib. 2. pag. (mihi) 36. b. & Thuan. lib. 31. Histor. pag. 644. & seq.* tra-
8 dunt. Est † autem circa Imperij sigilla illud memorabile, quòd ArchiCancellarius, in cujus ArchiCancellariatu Curia, & in solennibus peragitur, super baculo argenteo omnia sigilla & typaria Imperialia seu regalia deferat, Aur. Bulla *cap. 25.* Pet. de Andlo *lib 2. de Imp. Rom. cap. 15.* & ibi Freher. *in not. ad verba: In cujus ArchiCancellariatu pag. 200. b.* Philipp. Melanchth. *in histor. Elect. & Coronat. Caroli V. in fin.* Thuan. *d. loc.* Restaur. Castald. *de Imp. quæst. 71. n. 16.* Arumæus *discurs. 6. ad Aur. Bull. cap. 26. thes. 37. pag. 301.* Kirchner. *lib. 4. de Offic. Cancell. cap. 2. n. 19. & seqq. & n. 70.* ubi etiam de hieroglyphicis.

9 In Gallia, † qui habent Sigillum Domini, Custodes seu garde Sigillorum Contractuum appellantur, Nicol. Boerius *de Custod. Clav. n. 9.* estque illud administrationi Cancellarij Magni concessum, ac Ludovici Regis beneficio illustrius redditum, Ordinatis, qui ceram hereditario jure accommodent. Joan. Bodin. *lib. 3. de Republ. cap. 5. n. 303.* & dixi suprà *cap. 3. n. 77. in fin.*

10 Apud † Siciliæ Reges, hæc regij sigilli custodia, ejusque usus Magistro secretioris scrinij commissus, qualis apud Alphonsum Regem fuit Antonius Panormitanus, equestri familiâ natus, hoc nomine summo apud Regem in pretio habitus, scribente Paulo Jovio *in Elog. Doctor. Viror.* Kirchn. *lib. 1. de Offic. Cancell. cap. 2. n. 87.*

11 Poloni † itidem hanc custodiam, & quidem Sigilli majoris, Cancellario, minoris Vice-Cancellario cum amplissimâ potestate tribuerunt, ut est apud Cromer. *lib. 2. hist. Polon.*

12 In Sabaudia † hujus Sigilli custodia Præsidi Magistratus, & capiti Ordinis demandatur: unde quia Magnus Cancellarius est caput Consilij Status, ipse tenet sigillum. Et ita semper ab antiquo fuisse observatum, ut in absentia Præsidis Dominus secundus Præses, vel in ejus defectu antiquior in eo Magistratu, juxta promotionis ordinem custodiam habeat, & ipse ea sigillat, quæ à Magistratu vel Senatu illo demandantur, neque ipse

ipse sigilli appositionem recusare poterit, quando Senatus aliquid decrevit. Videatur pleniùs Casp. Anton. Thessaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 12. & 13.*

Apud † Turcas Custos sigilli Imperatorum est Nisangi 13
Bassa, inde sic vocatus. Laurent. Risebergus *cap. 4. Relat. Turcic. pag. (mihi) 39.* Ex quibus † omnibus liquet, Cancellarij munus 14
omnium fuisse & esse spendidissimum & antiquissimum, quamvis appellatio ejus censeatur nuperrima. Forcatul. *d. lib. 7. de Gallor. Imper. & Philosoph. pag. (mihi in 8.) 1086.*

Universitatum † Sigilla à Consulibus, sive Duumviris, vel 15
certè uno atque altero Duumvirorum aut Decurionum custodiri publicè privatimque notum est: idque etiam probat Gloss. *in cap. dilecta. verbo, Inhibeant. in fin. voce Rector. Ext. de excess. probat.* Ern. Cothman. *resp. 1. n. 60. vol. 4.*

Et hos Custodes † fidas personas esse conveniebat, ut ex- 16
empla eorum edocent, qui signatorium, quem gestabant anulum, ubi res poscebat, digito detractum, fido alicui ex amicis dabant obsignandi causa. Esther *cap. 3. vers. 10. 12. 13. & cap. 8. vers. 2.* Barnab. Brisson. *lib. 1. de regno Persar. pag. 141.* Farinac. *in prax. crimin. quæst. 95. n. 14.* Ita † Augustus Imp. tantam in omni- 17
bus rebus potestatem Mæcenati atque Agrippæ eo tempore tribuerat, ut literas, quascunque ad Senatum, vel alios mitteret, ipsi prius legere possent, & ex ijs, quæ vellent immutare, cujus rei causâ anulum quoq; ab eo acceperant, quo literas obsignarent; scribente Dion. Cassio *lib. 53. in Augusto & passim.*

Ex † quibus palàm est, cum summi hi Cæsaris amici & 18
Consiliarij fuerint, alterque gener ejus extiterit, curam anuli Imperialis non nisi honore, fide, atque gratia conspicuis viris concreditam esse. Kirchner. *lib. 4. de Offic. Cancell. cap. 2. num. 1. & seqq.* Confer quæ dixi supra *cap. 2. §. 4. cir. fin. num. 84. cum seqq.*

Sed † & hodiè consuetudinem esse, quâ etiam Ponti- 19
fex Romanus utitur, juxta *cap. dura 4. de crim. fals.* ut Principes, ijsque inferiores, Cancellarijs suis sigillum & litera-

rum obſignationem committant, *ex cap. 2. de. fid. inſtr. & ibi Canoniſtæ.* palàm eſt. Idque jure ita fieri poſſe, ſcribit Kirchner. *d. cap. 2. n. 17.* ut etiam Epiſcopus perſonæ fideli ſigillum ſuum ad Commiſſiones cauſarum, citationes, confirmationes & ejuſmodi alia expedienda committere poſſit. Innoc. *in d. cap. 2.*
20 Boer. *deciſ. 287.* Reginarum † verò Cancellarij non eodem jure utuntur. Licet enim hi literas earum nomine ſcribant & obſignent, jus tamen cuſtodiendi & gerendi ſigilli non habent, ſed à Dominis, quoties opus, accipiunt hoc indicio, illos honorarios ſive titulares, non veros Cancellarios eſſe, neque publicum Regni Sigillum, aut Regis; ſed tantùm privatum eſſe, quo Reginæ in regno, maſculo iſto ſive Cancellario ad negotia ſua utantur. Kirchner. *d. lib. 4. cap. 2. n. 29. 30. & 35.*

21 Cum † igitur Sigillum, ſcribente Bald. *in l. diſtrahente 2. n. 1. C. de reb. alien. non alien.* poſſit quidem alij committi; attamen cavendum eſſe monet cui: Cum illud, quod facit Commiſſarius, noceat committenti ſcienti, licet ſe non ſubſcripſerit. Etenim ſigillum (maximè hodie de conſuetudine ſi ſit authenticum) ſine ſubſcriptione præjudicat, per text. à Bald. *d. loc.* ad hoc allegatos, & dixi ſuprà *cap. 4. declar. 6. n. 113.*

22 Illud † haud minus ad Sigillorum ſpectat cuſtodiam, quando Veteres ſolebant & Conchis ceu Vaſculis quibusdam ſigilla includere, ut hodiè ligneis capſulis torno factis, vel è laminis ſtanneis, æreiſve, quo typi diutius conſerventur. Aldrovand. *lib. 3. De reliq. animal. exanguib. qui eſt de Teſtaceis, cap. 1. Rubr. Uſus in varijs pag. 251.* poſt Ariſtoph. & ejus Scholiaſt. Bornitius *tract. de inſtrum. part. 1. lib. 1. cap. 20. pag. 88.*

23 Ad hujus † cuſtodiæ ſimilitudinem Lucilius *ſignatam Virginem* nominavit, quam Terentius integram à viro, quæ etiamnum clauſa, Hebræis *Alma cum Mem clauſo*, & cuſtoditæ virginitatis dicitur. Kirchner. *lib. 2. de Jur. legat. cap. 8. numero 99.*

24 Et cum † in Sigillo omnium opum maxima cuſtodia, juſtitiæ & publicæ fidei atque auctoritatis conſervatio, veritatisque

que & constantiæ munimentum positum sit, minus amentiæ esse videtur, cùm isto apud Herodotum Polycrate, preciosissimum Smaragdum in Oceani fluctus abijcere, quàm quâ fide & diligentiâ Reipubl. Sigillum in Cancellis & Curijs pertractetur, insuper habere, exemplo Ludovici XI. Galliæ Regis, qui moriturus filio suo quamdiligentissimè Regni Sigilla commendata esse volebat. Philip. Cominæus *lib. 9. com.* Kirchner. *d. lib. 4. de Off. Cancell. cap. 2. n. 81.*

Ex hac † fidâ Sigillorum commissione consequitur 25
Primò, Sigilla cumprimis publica & authentica diligentiùs custodiri solere & debere, quàm privata: *arg. l. Divus. 14. §. Cum autem. D. de Offic. Præsid. l. si publicanus. 4. §. 1. D. de publ. & Vectigal.*

Ita Dd: in Lecturis, Commentarijs & Tractatibus: Castrens: *in l. procuratorem. n. 5. D. de procurat.* Schrader. *ad l. admonendi. n. 270. de jurejur.* Carol. Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 15.* Coler. *de processib. execut. part. 3. cap. 1. n. 12. (al. 127.)* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 48. vers. Et ratio.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.* Martin. Mager. *de Advoc. armat. cap. 14. n. 86. & 91.*

In Cõclusionibus, Quæstionibus & Observationibus: Gabriel. *lib. 1. Comm. conclus. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 10. 14. & 39.* Covarruv. *pract. quæst. cap. 22. in fin. tom. 2.* Anton. Mornac. *in observ. ad l. Census. 10. D. de Procurat.*

In Consilijs, Hippol. Riminald. *cons. 236. n. 432. & seqq.* Matth. Wesemb. *cons. 9. n. 5. cons. 12. n. 12. & 49. cons. 27. n. 12. & cons. 164. n. 34. in fin.* Petr. Wesemb. *cons. 48. n. 20.* Cothman. *cons. 1. n. 61. vol. 4.* Conf. 1. *cap. 11. §. 2. concl. 1. limit. 8. n. 143.* Imò † vulgatum est, credi illis semper, ac debito modo apposita esse præsumi. *arg. d. l. si publicanus. 4. §. de rebus. 1. cap. si verò quis. 5. Novell. Ut nulli judic. 134.* Molin. *ad d. Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 13.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 48. & 67. vers. Non obstat, quòd.* ubi addit, † prædicta absolutè in publicis sigillis vera non esse, cum videamus etiam privatos homines sua sigilla diligentiùs custodire, 26 27

ac non minus folicitè, quàm publica. Idem de privato Sigillo post Abbat. dicit Covarr. *d. pract. quaest. cap. 22. n. fin. tom. 2.* Verùm quoad privatorum Sigilla dissentit Matth. Wesemb. *d. consf. 12. n. 49. & consf. 27. n. 12.* & Dd. communiter. Conf. 1. *cap. 12. n. 21. & 22.*

28 *Secundò.* † Sigillum patris & Claves apud Seniorem & primogenitum consistere debere. *arg. l. cum pater. 71. §. pater.* ibi: Si pater moriens clavem & anulum custodiæ causa *majori natu* filiæ tradiderit, non res clavi & anulo inclusas prælegasse, sed ipsarum tantùm custodiam, pro communi omnium filiorum negotio videri mandasse. *D. de legat. 2.* Bartol. *in d. l. cum pater. §. pater pluribus.* per illum textum. Jason. *in l. cum quid. lectur. 2. n. 39. & 40. D. de reb. cred. & consf. 192. n. 3. & seq. vol. 2.* Natta *consf. 190. n. 1.* August. Beroj. *consf. 48. n. 12. vol. 2.*

29 & ego latiùs *tract. de Jur. Insign. cap 7. n. 319.* Quod † Turcis etiam usu receptum. Nam apud illos ex Ordine Bellerbechorum & purpuratorum Bassarum, quorum numero quatuor apud eos gravissimarum rerum consilijs præsunt, antiquior Principis scrinio, gemmaque potitur, appellaturque *Vestr*, & Scribis atque Notarijs decreta dictat. Paul. Jovius *lib. 14. Histor. pag. 288.*

30 *Tertiò.* † Castri Sigillum penes digniorem consistere debere, sicut regimen, quoad statum penes Nobiles, tanquam digniores. post Bald. *in cap. fin De frat. de nov. benef. invest.* Anton. Capic. *decis. Neapolit. 27. n. 8.*

31 *Quartò.* † Si plures sint Domini, sufficere eum sigillare, penes quem sit Sigilli custodia, id est, sigilliferi sigillationem. Qua in re stilus Curiæ tenendus. Henricus Rosenth. *de Feud. cap. 6. concl. 4. in addit. lit. d.*

32 *Quintò.* † Quòd qui commisit Sigillum alicui, præsumatur consensisse his, quæ mediante Sigillo facta sunt, prout nuncio sive cursori citanti creditur, qui Sigillum vel anulum Judicis habet, post Gloss. *in cap. significavit.* & quæ ibi notant. *de appell.* Goden *consf. 34. n. 3,* Chilian. König. *part. 2. processf. cap. 39.*

33 relatus infrà *cap. 10. n. 55.* Nam † regulare & consuetum Superioribus

ribus & publica auctoritate præpollentibus est, ut frequenter Sigilla sua fideli alicui personæ committant, quæ de Consuetudine secundum potestatem sibi concessam sigillare potest super his, quæ ad committentem pertinent, etsi ipse Imperator, Episcopus, vel magnus Dominus, cujus est Sigillum, literas illas nunquam viderit. Nam satis fecisse Dominus videtur, ex quo per alium id facit. *l. quod jussu. D. de R. J.* Et ita sentiunt Innocentius, Butrig. Abbas & Felin. *in cap. 2. cir. fin. Extra. de fid. instr.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 42.* Rosenthal. *de Feud. cap. 10. concl. 38. n. 67.* Fachin. *conf. 60. n. 19. lib. 2.*

Ampliatur, † In omnibus illis scripturis Episcoporum, Principum &c. ad eorum officium spectantibus, quales sunt Commissiones causarum, Citationes, Confirmationes, & generaliter omnia, quæ ei sigillare commissa sunt, licet aliàs Prælatus, vel Princeps non viderit. Boer. *decis. 274. n. 5.* Farin. *in prax. crimin. quæst. 95. n. 14.* Rosenthal. *d. cap. 10. concl. 38. n. 67.* Sic Cancellarius, vel alius ad sigillandum destinatus Sigillum Principis apponere potest, etiam si ipse non viderit. *cap. dura de Crim. fals.* Fachin. *conf. 60. n. 19. vol. 2.* post Innoc. & Panorm. & Felin. Boer. *d. decis. 274. n. 5.* Joan. Bapt. Schvvartzenthal. *lib. 2. Process. Judic. act. 8. cap. 5. n. 6.* 34

Limitatur † verò I. hoc non procedere in scripturis alijs, 35
ex quibus alteri jus contra Principem acquiritur, veluti sunt contractus nomine Principis sigillati, & quod ijs cum eodem (Principe ignorante & non vidente) Sigillo testimoniale sive legalitas apponitur: & si apposuerit, de falso tenetur. Farin. *d. quæst. 95. n. 14. cum ibi relat.* Fachin. *d. conf. 60. n. 18. & 19. lib. 2.* Nam † 36
si Sigillum sit apponendum in testimonium rei gestæ etiam inter duos tertios, puta, super transactione vel contractu inter alios celebrato, tūc is, cui Sigillum commissum est, sub nomine Domini sui illud apponere non debet, nisi & ipse Dominus veram scientiam habeat de contractu vel negotio, cui per hujusmodi sigillationem testimonium est perhibendum. Innoc. Butrig. Abbas & Felin. *in cap. 2. circa fin. Extra de fid. instr.* Bald. *ad cap. scripta. 2. n. 17. de fid. instr.* Rosenthal. *de Feud. cap. 10. concl. 38.*

37 *concl.38.n.67.* Ratio † est, quia testimonium non valet, nisi de his, quæ testis novit per visum vel auditum proprium. *cap. testes.3. quæst.9. & cap. Nos autem credimus. 1. Novell. de Tabell.* 44. Cum igitur Sigillum apponatur testimonij perhibendi causa, necessaria est prohibentis scientia. Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 42.*

38 *Limitatur II.* † Nisi in contrarium extet consuetudo id approbans, quòd is, cui Sigillum commissum est, nomine committentis sigillare quoque possit, super his, quæ Dominus committens non vidit, & nescit. Dd. *in cap. cum dilectus. de fid. instr.* post Innoc. quem communiter sequuntur & plures alios Fa-
39 rin. *d. loc.* Nam † commisso alicui Sigillo, ea omnia commissa tali intelliguntur, quæ Dominus iste facere consuevit. *arg. l. Titianus. 8. D. quod cum eo, qui &c. l. vel universorum. 12. de pignor. act. l. fin. de donat.* Unde Bald. *in d. cap. scripta. 2. n.19. de fid. instr.* subjicit, ideò sub tali Sigillo possent renovare feuda, si sic se habeat consuetudo, juris discretio & instructio. *l. 1. §. permittitur. D. de*
40 *aq. quot. & æstiv.* Rosenth. *d. concl.38. n. 67.* Nec potest † conclusio hæc irrationabilis videri, quia per eam necessitatibus contrahentium succurritur, ut sic faciliùs scripturæ probatoriæ sub authentico Sigillo haberi possint, cum aliàs superiores & Ordinarij non ita facilè singulis negotijs personaliter interesse queant. Imò nec omninò absentes videri possunt, qui per aliquem deputatum quasi præsentes existunt. *arg. l. ita autem. §. gessisse. D. de admin. tut.* post Butrigar. Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 42.*

41 *Sextò.* † Quòd Rex absens, dimittens Vice-Regem in regno alienationibus Feudorum assentientem, hujus signaturam super supplicatione factam, nondum per Cancellariam in formam privilegij redactam, revocare non possit, non obstante
42 illo, quod † specialiter reservata Principi non transeant in ejus Vice-regem, per notat. *in cap. quod translatione. 4. de off. legat.*
43 cū † honos & reverentia, quæ debetur Principi ejus Locum-tenenti præstanda non sit. Bald. *in l. sed si hac. §. semper. D. de in jus*
44 *vocand.* Etenim † licet Vicarius personam ejus, cujus vicem gerit,

gerit, exhibeat: *l. fin. & ibi Dd. C. de Off. Vicar. text. in cap. cum*
olim. 33. de Off. deleg. Privilegiumque † Principis in Vice-regem 45
ab eo constitutum transeat: Bart. *in l. si filius. D. de LL.* Alex. *in*
Rubr. De Off. ejus cui mand. est jurisd. Cardinal. *in cap. de Off. Vicar.*
in 6. attamen † talis Vicarius in regno dimitti solet, qui ejusmo- 46
di feudorum alienationibus assentiri possit. post Andr. *in cap.*
Imperialem. in prin. De prohib. feud. alien. per Frider. Matth. de Af-
flict. *in com. Feud. tit. De prohib. feud. alien. per Lothar. §. 1. n. 17.*
Imò juxta Decium *conf. 403. n. 6. & seq.* reservata † Principi, et- 47
jam perpetuis ejus Officialibus, prout sunt Comites, Marchio-
nes, Duces &c. competunt. Petr. Anton. de Petra *tract. de potest.*
Princip. cap. 21. n. 7.

Sed † quæritur I. *An Custos Sigilli, sive is sit Cancellarius, vel* 48
alius cui Dominus feudi Sigillum suum commisit, feloniam remittere
possit, inscio Domino? Et dico breviter, quòd quemadmodum
is, cui commissum est Sigillum Principis, feuda renovare po-
test, si ita habeat consuetudo, jurisque discretio, per ea, quæ su-
pra *vers. Limitatur 11. n. 39.* diximus: ita quoque si Dominus
ad hoc omninò obligatus erat, vel talia de novo dare frequen-
tissimè & sine difficultate consuevit, & Cancellarius vel alius
Sigillifer hoc vel habeat in Commissione, vel usu, vel Feudo-
rum sit administrator, poterit quoque feloniam prævia causæ
cognitione remittere. Rosenthal. *de Feud. cap. 10. concl. 38. n. 67.*
Schrader. *de Feud. part. 2. part. 9. prin. sect. 14. n. 42. ubi remis-*
sivè.

II. Quæritur: † *Si Prælatus pro suis debitis vel Ecclesiæ literas* 49
vel Sigilla alicui concedit, an pœna cap. si quorundam. 2. Extra. de So-
lut. sit locus? Si nuda verba *d. cap. 2.* inspicimus, dicendum vide-
tur quòd non, propter verba: *alienis debitis*, ut habet litera, non
pro suis secundum Innocent. dare literas & sigilla liceat. Æ-
quius tamen est juxta Joan. Andr. quòd non incurrat pœnam,
si obligat pro suis, ad quæ Ecclesia tenetur, uti sunt alimenta:
secus si sint talia, ad quæ non tenetur, veluti, debita patrimo-
nialia, pro suis divisim, non permixtim tractata: Aliàs hac di-
stione non attentâ, sæpiùs Ecclesiarum negotia inexpedita

manerent, dicente Hostiensi, imò interest Ecclesiarum, ut ita fiat interpretatio. *arg. l. ratas. 7. C. de Resc. vendit.* Card. Zabarella. *ad d. cap. si quorundam. 2. n. 8. de Solut.* post Innocent. & alios ibid. relat.

50 III. Quæritur, † *quid juris obtineat, si Titius veniat cum signo & Sigillo noto Sempronij, asserens ab ipso Sempronio sibi aliquid mandatum esse, ac tunc ei debeat, vel possit credi, ita, ut excusetur credens, si secutus fidem signi exhibiti, rem petitam tradiderit Titio?*

In qua quæstione illud primò extra dubitationem est, quod si præcesserit conventio inter partes, quòd asserenti tale signum vel Sigillum res petita debeat tradi, tunc illi tutò possit credi periculo ejus, ad quem signum vel Sigillum spectat, juxta notat. per Angel. *in l. 1. D. de eo, per quem factum erit.* & Decium *in cap. significavit. n. 4. Extra. de appellat.* & *facit l. 1. §. si convenerit. D. Deposit.* Sin autem conventio inter partes non præces-

51 sit, adhuc tamen regulariter † Concludi solet; *Credentem venienti cum Sigillo, vel signo noto alicuius excusari.* ut per Ant. Butrig. & alios *in l. si quis uxori. §. apud Labeonem. D. de furt.* Nicol.

52 Everhard. *de fid. instr. cap. 12. n. 73.* Et hoc † casu Sigillum à Domino traditum sibi esse, probare necesse non est, aliàs, cum à persona domestica subtrahi possit, secus. post Roman. *cons. 446. cir. fin. vers. 2. Ex eo.* Butrigar. *in cap. significavit. de appel.* Gabriel *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 13.* Ant. Sola *ad Constit. Sabaud. antiq. Rubr. De Donat. Vend. Gloss. part. 5. n. 6.*

53 *Ampliatur* † hæc Conclusio I. maximè, si ut modò dictum præcesserit conventio. Nicol. Everhard. *d. loc.*

54 *Ampliatur* II. † Ut minus habeat dubij, si ille nuncius sit consuetus ad ejusmodi negotia expedienda ita mitti. *arg. l. argentum. D. Commod.* Et ita sensit Bart. *in d. §. apud Labeonem.* & Decius *in d. cap. significavit. n. 4.* Nicol. Everhard. *d. loc.*

55 *Limitatur* † hæc Conclusio I. Ut solùm procedat in rebus modici præjudicij: secus enim est in ijs, quæ sunt magni præjudicij sive ponderis. Nam tunc taliter venienti non est credendum, ut per Abbat. *in d. cap. significavit,* ibique Decius *n. 5.* Et hoc, ne de-

ne detur occasio fraudibus committendis. Utcunque † enim 56
per Sigillum constare videatur, quòd veniat quis nomine ejus, cujus est Sigillum: tamen hinc non constat, quod ei mandatum sit, ut hoc, vel illud petat, per not. à Bart. *in l. Lucius. D. de fidejuss.* Ideoque diligenter advertere quis debet, cui credat. *arg. l. qui cum alio. D. de Reg. Jur.* Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 74.* Et † obser- 57
vandum, quòd quibus Sigilla committuntur, plerumq; habere mandatum sigillandi illa, quæ à Consilio vel à senatu decreta fuerunt, nisi sint levia & non præjudicialia, ac sine ulla difficultate fieri solita. Rosenthal *de Feud. cap. 10. concl. 38. n. 67.*

Restringitur † I. Hæc limitatio, ut non procedat, si specialis 58
de hoc inter partes conventio præcesserit. Nam tunc indistinctè etiam in præjudicialibus credi potest taliter venienti, *per l. 1. §. si convenerit. D. depos.* Nic. Everhard. *d. loc.*

Restringitur II. † Ut non habeat locum, si iste veniens cum 59
Sigillo ipsam præterea rem petitam aliqua speciali demonstratione designaverit; quia & tunc propter probabilitatem ipsi credens excusetur, uti latiùs per Decium *d. n. 5.* Nic. Everhard. *d. loc.*

Restringitur † III. Ut non procedat hæc limitatio, uti vel 60
consuetudo loci, vel consuetudo personarum, inter quas negotium geritur, hujusmodi modū mittendi approbasset. Quia tunc etiam in rebus magni momenti posset quis taliter venienti credere, ut sentit Decius *in d. cap. significavit. n. 6.* Nicol. Everhard. *d. loc. n. 74.*

Limitatur † II. Superior conclusio, ut non procedat, si præ- 61
sumptio aliqua, vel conjectura sit contra portantem ejusmodi signum vel Sigillum, quia tunc ei credi non debet. *arg. l. unic. §. ille etiam. C. de latin. liber. toll.* per quem text. ita voluerunt Ant. Butrig. & Abb. *in d. cap. significavit.* Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 75.*

Limitatur III. † non procedere, si specialiter priùs convenisset 62
de certa persona, per quam res deberet transmitti. Tunc enim per aliam personam mittens non excusaretur, quia à forma cōventionis recedere non debuit, per ea, quæ notat Bald. *in l. si is cui. C. de furt.* Et facit *l. cum qui. §. fin. D. Commod.* Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 76.*

 Limi-

63 *Limitatur IV.* † Secundum quosdam non procedere in debitore generis. Nam si is per signum exhibitum deceptus sit, ut crederet, ad ipsum spectat periculum, itaque adhuc maneat creditori obligatus, *per text. in l. si quis uxoris 52. §. apud Labeonem. 11. D. de furt.* Secundum Bart. *ibid.* Abbas *in d. cap. signi-*
64 *ficavit*, & ibi Decius *in fin.* Quæ † tamen limitatio vera esse non videtur, *per text. in l. si quis servo. & in l. cum quis. §. si debitorem D. de solut. l. eum qui. in prin. D. de furt.* Ratio est, quia quoad excusandum eum, qui solvit, non spectatur qualitas rei debitæ, sed probabilitas causæ, cur tali solverit, quæ tàm probabilis esse potest in debitore generis, quàm in debitore speciei. Ideò eadem ubi ratio, ibi idem ejus jus statui debet. *l. illud. ad L. Aquil.* Nicol. Everhard. *d. tract. de fid. instr. cap. 12. n. 77.* ubi insuper
65 tradit, non † Obstare text. *in d. §. apud Labeonem. 11.* Quia, quod ibi JCtus loquatur tantùm respectu actionis furti, quæ causatur ex facto & intentione ejus, qui cum signo veniens, rem intervertendi animo accepit. Illam enim verum est competere ei, qui solvit, vel rem tradidit, propterea, quòd accipiens ipsi furtum facere destinavit, sicque is, qui tali solvit, vel tradidit, ipso jure liberari non potest, cum ad repetitionem rei solutæ, vel traditæ, ipsi competat furti actio. Si tamen eandem creditori cedere paratus sit, tunc liberatur ope exceptionis, per text. *in d. §. si debitorem.* Et hoc ipsum non negatur *in d. §. apud Labeonem. 11.* sed propterea ibi intactum relinquitur, quòd illa disputatio, de liberatione debitoris non illius tituli materiæ conveniebat, ubi tantùm de furto tractatur. Unde, quod ibi decisum non est, illud clarè decidit JCtus *in l. cum quis. §. si debitorem. D. de solut.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 77.*

66 IV. Quæritur: † *Si quis alicui dedit Sigillum suum, ad sigillandum suo nomine scripturas, & postea negetur, quòd is, cui Sigillum commissum fuerat, habuerit mandatum ad sigillandum scripturas super talibus negotijs, anne taliter negans non obligetur?* Et dicitur quòd non. Nam si neget is, cujus Sigillum est, se hoc mandasse, quod ibi reperiatur scriptum, & constet, quòd chartas tantùm

tantùm vacuas sigillatas tradiderit, tunc ipse non obligatur ad id, quod non mandavit. Sibi enim imputare debet, qui tali fidem habuit, ignarus an ejusmodi mandatum haberet. post In. noc. Butrig. & Felin. Nic. Everhard. *tr. de fid. instr. cap. 12. n. 78.* ubi de communi. Observandum † tamen hic venit, quòd si is, 67
qui sigillum dicto modo tradidit, sciret, eum, cui commissum est sigillum, taliter vel taliter eo uti, & cum posset, ipsum non prohiberet, tunc ex hoc obligaretur. *arg. lib. 2. juncta Gloss. C. si res alien. pignor. dat. sit. l. fidejussor. §. pater. D. de pignor. l. Cajus. D. de pignor. act.* Everhard. *d. cap. 12. n. 79.*

§. II.

CHARTA BLANCA *sive* Blancket.

CHartas † nos Germani, nunc Membranen/ latinæ; nunc 68
Blancket/ Gallicæ, Goldast. Jn Reichssatzungen / *fol. 158.* vel etiam Biancas, Italicæ originis voce indigitamus; Mart. Mager. *de Advoc. armat. cap. 9. n. 87. & 89.* Communiter Chartas vacuas, albas & blancas appellamus. Ant. Hering. *de fidejuss. cap. 11. n. 103.* Sigism. Finckelthaus *obs. pract. 8. n. 2. & n. 11. in fin.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 14. n. 91.*

Harum † literarum blancarum sigillatarum, adhuc ad arbitrium scribendarum, Originem à Romanistis esse videtur, 69
per tradita Flacij Illyric. *de translat. Imp. in prolegom. pag. 16.*

Verùm, quo hujus Chartæ materia juridicè juxta & historicè omnibus patere possit, paucis eam absolvemus Conclusionibus sive Axiomatibus.

Conclusio I. † *Sigillum in charta vacua sive blanca, sine præmissa scriptura sive literis, periculosa, perniciosissima & mali exempli res est, suspicione non carens.* Nicol. Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 70.* Martin. Mager. *de Advocat. armat. cap. 9. n. 86. & seqq.* 70

Notavit † hoc Nicol. Boerius *decis. 88.* in Antonij de Pratis 71
Galliæ Cancellariatu. Cum enim is magis bellicis, quàm judicialibus negotijs (prout id etiam hodiè non insolitum) esset impliciti-

plicitus, nec modò fori causas ad se pertinentes; verùm etiam Sigillum & ceram suam alijs committeret, laxissimam falsi criminibus domi aperuisse fenestram fertur. Herm. Kirchner *lib.*
72 *de off. & dign. Cancell. cap. 4. n. 30.* De † Britanniæ Ducis Procancellario illud apud Cominæum *lib. 1. com.* legitur, quòd ejusmodi schedulas sui Principis sigillo impressas habuerit, quibus, ingenio licet valeret, non tamen ita uti potuit, quo minus in maximam indignationem & periculum non semel inciderit. Idem Kirchner. *lib. 4. de off. Cancell. cap. 2. n. 75.*

73 Causas † cum Politicis & Historicis has assigno.
Primò, quòd juxta Principis prudentis Legem haud idoneus functioni suæ sit præficiendus, Adam Keller *lib. 1. de offic. Jurid. polit. cap. 4. pag. 37.* ubi inter alia Matth. Castritij Darmbstat. JC. querelam addit. Mich. Piccart. *decad. 14. obs. hist. pol. cap. 9.* Elias Reusner. *in hort. histor. polit. coron. 3. flor. 13.* ubi omnino videndus. Ant. Bullæus *in præfat. Respons. super XIII. Sabbath. quæst. pag.*
74 *24.* naturâ † scilicet, ingenio, qualitatibus & viribus prius optimè exploratis. Keller. *d. lib. 1. 29. pag. 209. & seq. Et lib. 2. cap. 2. pag. 262.* Ideò si secretioris Consilij Cancellarium, Consilia-
75 rumve ferocis ac tyrannici † ingenij hominem, Martisque magis, quàm Cereris sectatorem esse deprehendit, haud ei charta blanca credenda, sed loco movendus erit, quòd uno Tyranni nomine omnia scelera concludantur. Alber. Gentil. *Actione de injust. bellic. Roman. pag. 20.* nec ipse solùm ita deijciendus & exauctorandus est, sed & omnes alij non sceleris tantùm, verùm & observantiæ, obsequii & reverentiæ complices. Eleganter Christoph. Förstner. Austrus *in notis polit. ad Tacit. lib. 6. Annal. in verbis: qua Sejani amicitiam.*

76 *Secundò* † Ne etiam Princeps plura Officia in unum cumulet, neve justitiæ & ærarij cura, Præfecturæ, cæteraque civilis & bellica administratio, imò omnium officiorum observatio uni alicui, maximo Reipublicæ, experientia teste, detrimento, committantur. Forstner. *d. loc. ad Tacit. lib. 2. Annal. in verbis: Tiberius dimoverat &c. pag. 211. Et lib. Omissorum d. verbis: pag. 38.*
77 Non † unus civis tantum eminere debet, ut Legibus interroga-
78 ri non possit. Nihil tàm æquandæ † libertatis est, quàm potentissi-

cissimum quemque posse dicere causam. Quid autem tutò cuiquam, nedum summa Reip. permitti poterit, si ratio non sit reddenda? Qui jus & æquum pati non potest, in eum vis haud injusta est, inquit Livius *decad. 4. lib. 8. cap. 49.*

Tertiò † Id aget Princeps, ne omnium rerum jus & pote- 79
stas ad unum aliquem perveniat, Livius *decad. 4. lib. 10. cap. 46.* neve eos toleret, qui, ut laudabiliter gesta irrita faciant, semper aliquam fraudi speciem juris imponunt. Idem Liv. *lib. 9. cap. 11.* De quo prætextu Lutherus *in 7. & 9.* præceptorum explicatione apertè agit, nec non Imp. Justinianus *in proœm. Inst.* tria nobis juris præcepta: Honestè vivere; Alterum non lædere, Suum cuique tribuere, proponens.

Quartò † Haud demum admittet Princeps Wastma- 80
rios, de quibus Crantz. infrà *d. loc.* neque ex ijs natu Senioris sequatur dictum, ne per insolentiam suam ita ipsum teneat inclusum, ut † nemo, nisi dato precio, ad se per illum admit- 81
tatur, cum interim hic ipse multò difficilioris cum Pausania sit accessus. Ei enim licet mensa Persica apponebatur, neque suas cogitationes ampliùs continere poterat, sed ut paucis levibusque rebus res magnas, quas animo conceperat, & postea peragere statuerat, apertè proderet: attamen cunctis se aditu difficilem præbuisse, & iracundia adeò gravi in omnes pariter usum fuisse dicitur, ut nullus ad eum accedere potuerit. Thucyd. *lib. 1. pag. 39.* Habuit † & nostris tempori- 82
bus plurimos sui similes Pausanias, sed infausto exitu, qui tamen ut Lacedæmonij in Pausaniam, nihil novi in suos Sejanos statuerunt, aut statuere voluerunt, utentes more, quo erga se ipsos uti consueverunt, ut non fuerint celeres ad aliquid de viro (Spartano) Germano sine manifestissimis ac minimè dubijs indicijs, concioneque Procerum haud advocata, gravius decernendum. Thucyd. *d. loc.* Ita sæpè † unus omnem Regni subvertit Justitiam, vendit 83
causas, distribuit matrimonia, eaque benè inita & dudum constantia, Sathanâ instigatore turbat, & nihil in universis, eo haud Directore agitur, scribit eleganter Alb.

Crantz.

84 Crantz. *lib. 1. Daniæ cap. 29.* Neque hoc mirum. Est † enim quoddam genus hominum inquietum, cui in negotio plus, quàm in otio suavitatis est: dum parva feliciter peragit, ad majora se
85 præparat, ait Idem *lib. 2. Daniæ cap. 1.* Eandem † quandoque malitiam Cæsareos scribas exercuisse ex Sigismundi Imp. reformatione clarissimè expressit Goldast. *part. 1. Const. Imp. cap. 15. vers. 3.* Nun / *ait*, sind die Käiserlichen Schreiber auch nicht als gantz als recht / als sie schweren / das empfindet man wol an den Instrumenten, die von den Klöstern gen Hoff geschickt werden / da sie die Kirchen incorporirn. Da schrieben sie in die Instrument ihr Klage vnd jhrer Gepressen / das eitel Lügen sind / vnd glaubet man den Instrumenten, vnd damit so haben die Clöster ein Fürgang gehabt / vnd ist Gott vnd die Welt betrogen worden manch Jahr. Es soll ob Gott will enden / Gott vnd mag sein nicht mehr vertragen. Man soll Notarij vnd sie lauter abnehmen vmb das groß Vbel / was durch sie ergangen ist. Stulti igitur homines illi, qui sceleris sui præmia expectant. Alb. Crantz. *lib. 1. Daniæ. cap. 9.* atque id eo
86 magis, quòd nesciant se in Aulis Principum degere. Cum † enim in universum omnes mortales parvis momentis & sublimes evehantur & rursum deijciantur: idque in ijs, qui Regum
87 Aulas colunt, præcipuè locum habeat. Planè enim † similes isti sunt calculis, quos in Numerariorum abacis est videre. Nam ut hi pro libitu calculantis modò chalcum, sive obuli sextam partem valent, modò talentū: Ita etiam Aulici, ad Regis nutum beati, aut miseri repentè existunt. Polybius *lib. 5. Histor. cap. 26.* Confer Solonem Legislatorem & Carolum V. Galliarum Regem apud Steph. Forcatul. *lib. 1. De Gall. Imp. & Philos. pag. 124. in*
88 *fin. & seq.* Optimè † Diogenes Aristippum Philosophum in Aula regia degentem aureis Compedibus teneri dicebat, ne exire posset, captum videlicet delicata & splendidâ vita Principum. Stulti enim est suis delectari compedibus, tametsi aureis, juxta proverbium: *Aureæ Compedes.* Jacob Pontanus *vol. 1. progym. pag. 385.* Ita plus splendoris, minus verò Securitatis aulis, quàm tuguriis inest. Crantz. *lib. 1. Daniæ. cap. 3*

89 Cum † autem melius sit intacta jura servare, quàm post vul-

vulneratam cauſam remedium quærere, *l. fin. C. In quib. in int. reſt. neceſſ. non ſit*, author & ſuaſor ſum Principibus, † ut ſibi caveant, ne facilè ſuis Officialibus chartam albam propria manu ſubſcriptam, ſigillove munitam relinquant, ne forſan pacta inſolita, liberationes & quietationes, unde magnum Principi præjudicium, damnumve creari poſſet, in eandem conijciantur, ut eleganter oſtendit Aretin. *in l. ſi ſtipulatus §. Chryſogonus. n. 6. D. de Verb. oblig.* Exemplum † hujuſmodi falſitatis & perfidiæ in Officiali ex Paulo Fuſco *in ſingularib. verbo: Subſcribens.* tale ſuppeditat Mart. Mager. *de Advoc. armat. cap. 9. n. 87.* Ferdinando, *inquit*, Duci Mantuæ, qui dum fuiſſet Gubernator totius Ducatus & Status Mediolani, in Pedemontanam regionem Cæſarei exercitus Imperator, profecturus à Taberna, magno ejuſdē Ducatus Conſiliario requiſitus, ut tria aut quatuor folia alba manu ſua ſubſcripta, pro negotijs repentè contingentibus, nullam temporis dilationem patientibus eò commodiùs expediendis, eidem relinqueret, ei annuit, in quorum uno poſtea Tabernæ opera fictum fuit, Illuſtr. Ducem Ferdinandum Federico Duci Mantuæ ejus fratri ſcribere, ſe Status Mediolani Ducem effici exoptare. Quibus literis ab ipſo Taberna Carolo IV. delatis, factum eſt, ut Illuſtr. Ferdinandus apud Cæſarem ſuſpectus in Hiſpaniam vocaretur, qui harum rerum inſcius, & conſcientiâ invictæ fidei trepidus, eò ſe contulit, cui benignè accepto, poſt aliquot tamen dies, ita ab ipſo Duce Ferdinando laceſſitus Cæſar illas literas oſtendit, profitens ſe illas veras non credere, quas cum ipſe vidiſſet à ſe quidem ſubſignatas agnoſcere, aut illas ſcribendas nunquam mandaſſe certò ſcire reſpondit. Re verò cum Juliano Guſelino ſuo à Secretis communicato, folioq; illo ei oſtenſo, ſtatim Guſelinus dixit, ſe recordari quorundam foliorum ſubſcriptionem tantùm cum eſſent in caſtra profecturi, Tabernæ relictorum, atque illicò perquiſito Diario rerum in Ducatu Mediolani mandatarum, quatuor fuiſſe folia, præter Ferdinandi & Guſelini ſubnotationem, alba, tunc Tabernæ data, Guſelinus deprehendit. Quare factum eſt, ut mandato Cæſaris tria alia folia à Senatu Mediolani ſummâ

90

91

T dili-

diligentiâ perquisita, fuerint reperta, Cæsariq; transmissa, quæ manu sua cum charactere primi sibi delati comparavit, atque Tabernæ dolo malo ex alijs etiam indicijs convicti, id fictum fuisse deprehendit, quare mandavit Tabernam perpetuis carceribus in arce Mediolani asservari.

92 Haud † absimile falsum jam olim Aureliani Imp. Scriba sive Notarius, hodiè Cancellarius dictus, nomine Menesteus, de quo Cuspin. *in vita Aurelian.* commisit, & paucis abhinc annis haud diversi & versatilis ingenij homo quidam nequam, duplex & æquivocus, (ita eum magnæ authoritatis vir ex asse Nobilis vocabat) cujus ne nomen, cum ferè in fabulam abierit, prodere exemplo Ubbonis Emmij *in Epist. ad Lector. histor. Fris.* libet: illud ipsi solatij loco ex Phil. Cominæo *lib. 6. comm. pag. 536.*
93 reponentes: Maleficium † nullum Deum inultum sinere, etiamsi diuturniorem impunitatem aliquando concedat. Re-
94 verà † quotusquisque homini dies lætus est sua tantum secunda
95 enumeranti. Latius † gaudet, qui & alterius bonis pascitur. Symmach. *lib. 3. Epist. 24.* Ast Deos iras suas in hos vertere, à quibus non redditæ res, nec alienæ accumulatæ satis sunt. Li-
96 vius *decad. 1. lib. 9. cap. 1.* Scire † semper convenit peccatum non remitti, nisi ablatum restituatur. *can. 1. caus. 14. quæst. 6.* Joan.
97 Kitzel. *tr. de Jur. Monet. theorem. 3. lit. e.* ac per † eadem quem puniri, per quæ peccarit. Joseph. *lib. 1. Antiq. Judaic. cap. 6. pag. 298.* Philip. Camer. *cent. 1. Oper. subcis. cap. 99.* Michael. Piccard. *decad. 9. obs. histor. cap. 4. ubi varia exempla ponit.* Joan. Dempster. *in paralip. ad Rosini lib. 9. Antiq. Roman. cap. 16. pag. 375. & seqq.* Kitzeli-
98 us *d. tract. class. 1. theor. 2. lit. e. pag. 29. & seq.* semperque † à tergo Deum ultorem habere persecutorem.

Scilicet ad meritas si quem rapit ultio pœnas,
Exuit hunc animi sensibus ante Deus.

Nemo scelestus vindictam ejus potest evadere, nec humanæ res à Deo neglectæ feruntur temerè: sed bona bonis, & malis, quod illis dignum est, rependitur. Joseph. *lib. 6. Antiquit. Judaic. cap. 14. pag. (mihi) 167.* Stultus certè homo, qui sceleris sui præmia expe-

expectat. Albert. Crantz. *lib. 1. Daniæ. cap. 9.* Nihil † tibi in conſcientia latitabit, quod ſcriptorum cuniculis occultabitur. Q. Aurel. Symmach. *lib. 2. Epiſt. 12.* 99

Contrà † verò venia danda illis, qui non malitia, ſed Opinionis errore ſuperiori ſuæ quieti res contrarias audent, ait eleganter Thucyd. *lib. 1. pag. (mihi) 11.* Nam † quemadmodum Aucupes aut eſca, aut fiſtula aves alliciunt, ac tandem improvidas illaqueant: ſic qui civem inſidijs opprimere ſtatuunt, hoc primum aucupio ſimulatæ virtutis ſibi utendum putant. Nunquam malitioſi homines hac arte ſibi civem capiendum exiſtimarent, niſi intellexiſſent, illum virtutis, boni æquiq; ſpe delectari, ait ſat ſcitè Hieron. Oroſ. *lib. 3. de glor. pag. 149.* Non † ſanè ejuſmodi technæ, fuci & fallaciæ, ſed pia facta perennem laudē conciliant: Symmach. *lib. 4. Epiſt. 68.* nec ejuſmodi † impium ingenium —— *ſuaq; in compendia pugnax* juxta Manil. præcipuas dignitates, quas gerit, ad longinqua trahit ſpacia. Idem *lib. 5. Epiſt. 61.* 100 101 102 103

Tum † demum igitur Chartarum vacuarum uſus potiſſimum ſpectatur, cum res intricata & ancipitis Conſilij, ac propemodum depoſita & deſperata, cui certus dari modùs & medela nequeat. Hoc † reſpectu Carolus Burgundus Legatis ſuis libera nonnunquam mandata dedit, charta vacua tradita, Caroli Ducis ſolùm ſubſcripto nomine, ut quodcunque in illa apud Ludovicum Galliæ Regem legatione uſu veniret, & è re eſſe videretur, ageretur. Cominæus *lib. 1. com.* Modus † hic legandi ſicut olim apud Quirites, qui decem ſuis Legatis ad exercitum miſſis, libera more Majorum mandata, Livio teſte, dare ſoliti fuerunt: ita hodiè quoque infrequens non eſt, Kirchner. *lib. 1. de Jur. legat. cap. 2. n. 33. & 34. & lib. 4. de Off. Cancell. cap. 2.* Et huc † ſpectat illud de Britanniæ Ducis Procancellario, qui cum ſuperiori ſeculo in cònfœderatorum Galliæ Principum eſſet conventu, chartas aliquot puras ſui Principis ſigillo conſignatas, cujuſmodi diſcedentibus legatis aliquando dari ſolent, habuit, ut ijs pro temporis & negotiorum ratione ſubinde ſcribat, quicquid viſum fuerit, Cominæus *d. lib. 1. pag. (mihi) 309.* 104 105 106 107

108 Conclusio II. † *Sigillum in charta blanca sive vacua positum regulariter non obligat, & ob id nihil probat, nec præjudicare quoad contenta ei, cujus esse dicitur. l. fin. C. Plus valere quod agitur cap. præsumitur. de R. Jur. in. 6.*

Ita Dd. in Commentarijs, Tractatibus:

Pet. Rebuff. *part. 1. Comm. in Const. reg. tit. De chirographi recogn. in præfat. n. 101. ac seq.* Roder. Soaretz *in l. post rem. n. 9. De re judic.* Franc. Caldas. *in comm. analyt. de Empt. cap. 34. n. 46.* Zasius *ad l. si ita stipulatus 126. §. Chrysogonus n. 4. de V. O.* Coler. *de process. execut. cap. 1. n. 29. & 130.* Asinius *de Execut. §. 1. cap. 65.* Nicol. Everhard. *tr. de fid. instr. cap. 12. n. 2.* Honthem. *lib. 4. de Art. Notar. cap. 11. n. 70.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4. lit. G. & H.* Matth. Wehner. *pr. obs. voc.* Blancket. Besold. *in thes. pr. lit. C. verb. Charta blanca.* Mart. Mager. *de Advocat. armat. cap. 9. n. 86. & seqq.*

In Conclusionibus, & Disceptationibus forensibus, Consiliis & Observationibus.

Gabriel. *lib. 1. com. concl. tit. de præsumpt. cōcl. 4. n. 34. & 44.* Tusch. *pr. concl. 409. n. 4. & seqq. lit. F.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 14. n. 94. per infinitos ibi relat.* Steph. Gratian. *discept. forens. 162. n. 2. & seqq.*
109 Pfeil. *cons. 39. n. 4.* Sigis. Finckelthaus *obs. pr. 8. n. 2. & 3.* Est enim † sigillum testis mutus & res inanimata, ad hoc inventum, ut scripturæ imprimatur, vel ad custodiam apponatur. Itaq; sine scriptura, tanquam extra usum suum, ad quem destinatum est, nō videtur probare, *cap. significavit. de appell.* aut sufficiens esse, ut ob id jura de sigillis loquentia semper de illis, quæ sunt, cum scriptura mentionem faciant, *cap. tertio loco. de probat. cap. 2. de fid. instr. cap. 2. de solut.* cum talis semper charta præsumatur. Joan. Koppen. *decis. 46. n. 27. per ibi relat.* Pfeil. *d. cons. 39. n. 4.* Mynsing.
110 *ad cap. tertio loco 5. n. 2. Ext. de probat.* Hinc † optimè Plutarch. *in vita Alex. Magn. n. 1.* Nihil, *ait*, inane obsignatur. Quare malè au-
111 dit Wenceslaus † Imp. de quo inter alia fertur, quòd frequenter plures membranas nudas rasas Imperatoriæ tantum Majestatis sigillo munitas pecunia vendiderit, in quibus tum illi, tum alij, in quorum manus venerant, sub regio sigillo, quod vellent, scribere poterant, quæ causa quoq; non postrema fuit, ut Im-
112 perio postmodum exueretur, & illius † Privilegia ac Rescripta

ab

ab ejus successore Ruperto cassata fuerint, ijs solùm exceptis, à quibus propter alia adminicula suspicio omnis amoveri potest: puta si quis subsecutorum Impp. confirmationes diversas habeat. post Wehner. & Speidel. Dn. Wilh. Anton. *tract. de Rescript. Morator. concl. 7. n. 24.* quibus addo Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 26. de Republ. cap. 4. n. 3.* Goldast. in Reichssatzung. *fol. 158.* & cum his Mager. *de Advoc. armat. cap. 9. n. 88. & 89.* Dein † 113
quia si is, qui subscribit scripturam alterius sibi propositam, talis est persona, quæ multum scribenti confidat, non præsumitur notitia contentorum, ut sibi sua subscriptione & sigillatione præjudicet. Mascard. *de probat. concl. 1341. n. 23.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 66. n. 31. vers. Altera est.* Alciat. *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. n. 11. vers. Ego Incolæ. D. de Verb. Oblig.* Cothman. *cons. 39. n. 47. vol. 4.*

Ex † quibus *Infertur* I. suo Sigillo sigillantem chartam nu- 114
dam sive vacuam, non censeri ea, quæ postea Domino ignorante inscripta sunt, approbasse aut ratificasse. Felin. *ad cap. scripta. 2. n. 37. Extra. de fid. instrum.* Gabriel *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 44. & 45.* Goden. *cons. 51. à n. 29. ad n. 35.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 41.* Coler. *part. 3. De process. Executiv. cap. 1. n. 130.* Joan. Baptist. Costa *de fact. scient. & ignor. dist. 45. per tot. ubi n. 2.* addit, hanc ignorantiam non præsumi, ideo asserentem scripturam vacuam à se consignatam; illud probare convenit. post Gabriel. *d. loc. n. 29. & seq.* Mascard. *de probat. concl. 1341. n. 17. cum seqq.* Est † tamen hoc casu circumspecti Judicis arbitrium 115
necessarium, prout per plures conjecturas refert Menoch. *lib. 3. præs. 66. n. 29. usque ad fin.* Hunnius *part. 2. Encyclop. tit. 18. n. 7. & seqq.* Mart. Mager. *de Advoc. armat. cap. 9. n. 86.* ubi † tamen hoc casu 116
limitat, si scriptam hanc chartam sine cōtradictione recepit, & penes se aliquamdiu habuit. *l. non est ferendus. D. de transf.* ut inspiciendi & cognoscendi otium habuerit, tunc eam inspexisse, cognovisse & approbasse præsumitur. *l. 2. §. inspectio. D. Quemadm. testam. aper. l. si filius. 2. D. Ad. SC. Macedon.* Conf. Alciat. *ad d. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. n. 11. D. de Verb. Oblig.* Pfeil *cons. 39. n. 4. cent. 1.*

116 *Infertur* II. Chartam † vacuam à parte quidem ſubſignatam & ſubſcriptam, ſed non conſcriptã, loco Mandati non eſſe ſufficientem. Vid. infrà *verſ. Hinc quæritur. in fin. n. 143. cum ſeqq.*

117 *Quid † ſi autem Princeps, vel alij fidem ſuo Cancellario, Miniſtrisve habentes, Chartis ejuſmodi vacuis, vel ſchedulis albis ſubſcribant, an eo ipſo damnum incurrant, cum reputentur ea, quæ poſtea ſcribuntur, confirmare?* Negatur.

118 *Primò,* † quia omnis confirmatio conſenſum, conſenſus ſcientiam, quam error excludit, præſupponit. Nam confirmare non dicitur aliquis factum, quod ignorat. Alexand. *conſ. 2. n. 9. lib. 4.* Barth. Bertazzol. *de clauſ. inſtr. Clauſ. 4. Gloſſ. 14. n. 3. verſ. Et confirmatio per ignorantiam.* Cardin. Tuſch. *pract. concl. 17. n. 4. lit. J.*
119 *Verbo: Ignorans.* Sed † ſubſcribentes uni, vel aliquot chartis albis, ſcientiam eorum, quæ pòſt inſcribuntur, non habent. Ideò nec conſentire, nec confirmare poſt-inſcripta dicendi erunt.
120 Verùm † quo hìc contra fraudes & perfidiam utendum remedio? Bald. & Angel. *in d. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus.* Felin. in *cap. quoniã contra. De probat.* præcisè volunt, ſubſcribentes de ijs, quæ tali chartæ inſcribuntur, ſpecialiter præmonitos eſſe debere.

121 *Secundò* † ad hoc elegans textus eſt, *in l. diſtrahente. 2. C. de reb. alien. non alien.* ubi apertè dicitur: Si uxor ignorans inſtrumentum venditionis, quo maritus vendidit rem ejus, Sigillo ſuo ſignaverit, ſcilicet putans rem locari, non vendi, nihil ſibi nocet. Joan. Azorius. *Inſtit. moral. tom. 1. lib. 1. cap. 1. §. Si roges.* ubi ad hujus quæſtionis deciſionem ijſdem utitur fundamentis. At-
122 que † hæc ipſa præmonitio bonæ fidei magis convenit, ne ſub
123 ſpecie juris, re hodiè haud inſolitã, quis decipiatur. Semper † enim maleferiata & perverſa ingenia, quæ laudabiliter geſta irrita facere norunt, aliquam fraudi ſpeciem juris imponunt, ait valdè notabiliter in ejuſmodi hominum ſodalitium Livius. *decad. 1. lib. 9. cap. 11.*

124 Diſſentit † Angel. de Ubald. *conſ. 370. n. 1. & verſ. Et hoc de rigore ſine dubio. & n. ſeq. per tot.* quem ſequitur Berlich. *part. 1. pract. concl. 14. n. 95. & ſeq.* ubi ita ſcribit: Si quis blanceto illo ad alium finem, puta, ad pecuniam mutuo accipiendam, & ſuper hac clam

clam & inscio creditore ad faciendam obligationem usus fuerit, tunc Dominus meritò ex illo tenetur, & sibi imputare debet, quod tam incautus fuerit, & chartam vacuam alicui crediderit. Et ulteriùs declarat: in Mandatario, qui ad eiusmodi blancetum executionem impetravit, vel alium actum præjudicialem exercuerit, ac pòst sciente & cōsentiente domino blancetum compleverit, mandatum præstò erit, & actus valebit, per rationes & præjudicia ibidem per Berlich. adducta.

Limitatur † præmissa conclusio I. nisi Consuetudo tali 125
chartæ vacuæ sigillatæ fidem & probandi vim tribuat, cum sit, ac si sigillandi jus habens dedisset mandatum † generale, de hoc 126
si cōstet, & fine in quem Sigillum traditum sit, ut scilicet mandatarius ipse scribere possit, quodcunq; vellet, mandansq; observare promiserit, stabitur Sigillo, quoad ea, quæ sunt comprehensa sub generali mandato, ita tamen ne inde sequantur absurda. Non enim stabitur quoad ea, quæ mandans non fuisset in specie concessurus. *cap. veniens. & cap. Quintavallis. de jurej.* Francisc. Cardin. Zabarell. *in cap. Si scripta.n.19. de fid. instr.* Roman. *sing. 643.* Gabriel. *d. concl.4.n.35.47.& 48.* Franc. Cardin. Mantic. *lib.7. de tacit. & ambig. convent. tit.10.n3.* Nic. Everhard. *d. tract. de fid. instr. cap.12.n.2.* Honthem. *lib.4. de Art. Notar. cap. 11.n.70.* Vid. omninò suprà *cap. 4. vers. Declaratur VI.n.113.*

Verùm † cum talem Consuetudinem fides, gravitas & con- 127
stantia Germanorum non admittat, plenaq; sit falsi, perfidiæ & fraudis, cum juxta Innocentium relatum à Zabarell. *d. loc.* possit illa charta vacua usq; ad obitum sigillantis retineri & postea magni præjudicij contractus scribi, ut benè animadverterit Chil. König. *part. 2. Procesf. cap.39. in medio.* Und wo / inquiens, ein Sigel oder Pittschafft / auff ein Pappyr / Charta oder Membran gedruckt wird / daß darauff oder darein möge geschrieben werden / diese Versiglung ist nicht ohn Argwohn deß Falsches / hat wenig auff jhr / die Schrifft werde denn vom Herrn deß Sigels angenommen. Abbas *in cap. 2. de solut.* Innocent. Quoties † igi- 128
tur quis in proprium alteriusve commodum tali charta abutitur, toties juratam Principi & justitiæ datam fidem violat, Deum,

116 *Infertur* II. Chartam † vacuam à parte quidem subsignatam & subscriptam, sed non conscriptã, loco Mandati non esse sufficientem. Vid. infrà *vers. Hinc quæritur. in fin. n. 143. cum seqq.*

117 *Quid † si autem Princeps, vel alij fidem suo Cancellario, Ministrisve habentes, Chartis ejusmodi vacuis, vel schedulis albis subscribant, an eo ipso damnum incurrant, cum reputentur ea, quæ postea scribuntur, confirmare?* Negatur.

118 *Primò,* † quia omnis confirmatio consensum, consensus scientiam, quam error excludit, præsupponit. Nam confirmare non dicitur aliquis factum, quod ignorat. Alexand. *cons. 2. n. 9. lib. 4.* Barth. Bertazzol. *de claus. instr. Claus. 4. Gloss. 14. n. 3. vers. Et confirmatio per ignorantiam.* Cardin. Tusch. *pract. concl. 17. n. 4. lit. J.*
119 *Verbo: Ignorans.* Sed † subscribentes uni, vel aliquot chartis albis, scientiam eorum, quæ pòst inscribuntur, non habent. Ideò nec consentire, nec confirmare post-inscripta dicendi erunt.
120 Verùm † quo hîc contra fraudes & perfidiam utendum remedio? Bald. & Angel. *in d. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus.* Felin. in *cap. quoniã contra. De probat.* præcisè volunt, subscribentes de ijs, quæ tali chartæ inscribuntur, specialiter præmonitos esse debere.

121 *Secundò* † ad hoc elegans textus est, *in l. distrahente. 2. C. de reb. alien. non alien.* ubi apertè dicitur: Si uxor ignorans instrumentum venditionis, quo maritus vendidit rem ejus, Sigillo suo signaverit, scilicet putans rem locari, non vendi, nihil sibi nocet. Joan. Azorius. *Instit. moral. tom. 1. lib. 1. cap. 1. §. Si roges.* ubi ad hujus quæstionis decisionem ijsdem utitur fundamentis. At-
122 que † hæc ipsa præmonitio bonæ fidei magis convenit, ne sub
123 specie juris, re hodiè haud insolitâ, quis decipiatur. Semper † enim maleferiata & perversa ingenia, quæ laudabiliter gesta irrita facere norunt, aliquam fraudi speciem juris imponunt, ait valdè notabiliter in ejusmodi hominum sodalitium Livius. *decad. 1. lib. 9. cap. 11.*

124 Dissentit † Angel. de Ubald. *cons. 370. n. 1. & vers. Et hoc de rigore sine dubio. & n. seq. per tot.* quem sequitur Berlich. *part. 1. pract. concl. 14. n. 95. & seq.* ubi ita scribit: Si quis blanceto illo ad alium finem, puta, ad pecuniam mutuo accipiendam, & super hac

clam

lam & inscio creditore ad faciendam obligationem usus fue-
it, tunc Dominus meritò ex illo tenetur, & sibi imputare de-
et, quod tàm incautus fuerit, & chartam vacuam alicui credi-
lerit. Et ulteriùs declarat: in Mandatario, qui ad eiusmodi
lancetum executionem impetravit, vel alium actum præjudi-
ialem exercuerit, ac pòst sciente & cõsentiente domino blan-
etum compleverit, mandatum præstò erit, & actus valebit,
er rationes & præjudicia ibidem per Berlich. adducta.

Limitatur † præmissa conclusio I. nisi Consuetudo tali 125
artæ vacuæ sigillatæ fidem & probandi vim tribuat, cum sit,
si sigillandi jus habens dedisset mandatum † generale, de hoc 126
cõstet, & fine in quem Sigillum traditum sit, ut scilicet man-
atarius ipse scribere possit, quodcunq; vellet, mandansq; ob-
rvare promiserit, stabitur Sigillo, quoad ea, quæ sunt compre-
ensa sub generali mandato, ita tamen ne inde sequantur ab-
rda. Non enim stabitur quoad ea, quæ mandans non fuisset
specie concessurus. *cap. veniens. & cap. Quintavallis. de jurej.*
ancisc. Cardin. Zabarell. *in cap. Si scripta n. 19. de fid. instr.* Ro-
an. *sing. 643.* Gabriel. *d. concl. 4. n. 35. 47. & 48.* Franc. Cardin.
antic. *lib. 7. de tacit. & ambig. convent. tit. 10. n. 3.* Nic. Everhard.
tract. de fid. instr. cap. 12. n. 2. Honthem. *lib. 4. de Art. Notar. cap.*
n. 70. Vid. omninò suprà *cap. 4. vers. Declaratur VI. n. 113.*

Verùm † cum talem Consuetudinem fides, gravitas & con- 127
ntia Germanorum non admittat, plenaq; sit falsi, perfidiæ
fraudis, cum juxta Innocentium relatum à Zabarell. *d. loc.*
ssit illa charta vacua usq; ad obitum sigillantis retineri & po-
a magni præjudicij contractus scribi, ut benè animadverterit
il. König. *part. 2. Processf. cap. 39. in medio.* Und wo / inquiens,
Sigel oder Pittschafft / auff ein Pappyr / Charta oder Membran
ruckt wird / daß darauff oder darein möge geschrieben wer-
/ diese Versiglung ist nicht ohn Argwohn deß Falsches / hat
ig auff jhr / die Schrifft werde denn vom Herrn deß Sigels
genommen. Abbas *in cap. 2. de solut.* Innocent. Quoties † igi- 128
quis in proprium alteriusve commodum tali charta abuti-
, toties juratam Principi & justitiæ datam fidem violat,
Deum,

Deum, proximum, suamque conscientiam lædit, & ut verbo dicam, handelt nicht vff gut Teutsch vnd Bidermännisch/besondern schlägt Hand ein/da es sich nicht gebühret. Et qui poterit? Assidui-
129 tate † enim mali (quod sæpè ex provocatione nascitur. Livius *dec. 1. lib. 2. cap. 29.*) efferuntur animi. Idem *decad. 3. lib. 5. cap. 26.*
130 ægerque † ad honestatem recursus est his, qui jam gradum ex nequitia protulerunt. Nazarius *in paneg. Constant. Magn. pag. 591.*
131 Sanè † animus imbutus malis artibus haud facilè libidinibus caret; eò profusiùs omnibus modis quæstui ac sumptibus dedi-
132 tus est, Sallust. *de conjurat. Catilin. pag. 23.* Vitia † ei sub specie virtutis obrepunt, & latenter subintrant, Vid. *cap. 1. 2. & 6. dist. 21.* Pacian. *lib. 2. De probat. cap. 34. n. 37.* crudelitas sub severitate, solitudo pacis nomine. Michael Virdung. *com. in Tacit. de vita Julij Agricol. cap. 25. vers. Ignavi specie prudentum. pag. 151. Et cap. 30. vers. Auferre, trucidare, rapere falsis nominibus Imperium: atque ubi solitudinem faciunt, pacem appellant.* & ibi Virdung. *pag. 165. & seq.* Bernegg. *ibid. sect. 12. loc. comm. 2. pag. 222. & seq.*
133 Quid † modò virtute & justitia ita depressa (quæ improborum ars, Keller. *lib. 2. de Off. Jurid. polit. cap. 4. in prin.*) reliquum est? nil nisi charta blanca, nomen sine re, corpus sine anima. Oc-
134 currendum † igitur augescentibus vitijs & medendum est. Plin. *lib. 9. Epist. 37.*
135 *Limitatur.* † II. Quoad Cautionem de rato ad quam admittitur habens nudum in judicio Sigillum ab extraneo & non domestico Domini productum, post Innoc. & Joan. Andr. *in d. cap. 2. de Solut.* Ludov. Roman. *cons. 446. n. 12. & singul. 643. n. 4.* Rol. à Valle *cons. 46. n. 8. vol. 2.* ubi addit, & ita per judices tenendum esse, ne faciant litem suam: & in Syndicatu ad interesse partibus teneantur, juxta doctrinam Bart. *in l. fin. C. de pæn. jud. mal. judic.* Gabriel. *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 36. 37.*
136 *38. & 39.* Nicol. Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 70.* Licet † enim ex solo Domini Sigillo Mandatum ejus plenè non probetur, quòd Sigillum non loquatur, neque per Sigillum aliquid appareat, & propterea scriptura Sigillo obsignata requiratur; post Hostiens. & Joan. Andr. *in cap. 2. de solut.* Archid. & Joan. Andr.

Andr. *in cap. quamvis. de procurat. in 6.* & eundem Archidiac. *in cap. in nomine Domini. dist. 73.* Bald. *in l. 1. n. 11. C. de Procurat.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 10. n. 2.* Chilian. König. *part. 2. Process. cap. 39. vers.* Und wiewol daß die Sigel. Ut & quamvis charta vacua à parte quidem subsignata & subscripta, sed non conscripta, loco mandati sufficiens non sit, post Chassan. Boer. & Francisc. Marc. Berlich. *part. 1. concl. pract. 14. n. 91.* usque † 137
adeò, ut nec verba expressa in subscriptione subjecta, hoc esse mandatum in tali vel tali causa sufficiant, quòd & in hoc suspicio falsitatis militet, post Franc. Mar. *decis. Delph. 990. n. 3. sub fin.* Berlich. *d. concl. 14. n. 93.* attamen † quem cum cautione de rato, 138
l. si procuratorem. D. de procurat. cap. conquirente. de Off. Ordin. vel aliàs fide habitâ, *l. un. C. de satisdando. cap. 1. de procurat.* admitti sufficit; post Hostiens. Zabarell. *ad cap. 2. de Solut. n. 7.* Schrader. *cons. 32. n. 5.* quia traditio Sigilli & instrumentorum æquiparantur. *d. cap. 2.* Sicut † ergo sufficit traditio instrumentorum, ut quis ad- 139
mittatur tanquam procurator cum cautione de rato: *cap. coram. de Off. delegat.* ita etiam Sigilli traditio debet sufficere. Alex. *in l. 1. n. 7. C. de procurat.* Mantic. *d. lib. 7. tit. 10. n. 2. & 3.* Exemplo † 140
insuper sit mandatum ad citandum aliquem decretum, quod per solum illius Sigillum, cujus nomine citatio fit, probatur, & ita citationem fieri posse, post Gloss. & Dd. *in cap. significavit. Extra. de appell.* Hippol. de Marsil. *ad Rub. C. de prob. n. 323.* Schrad. *cons. 32. n. 5. in fin.* His † contrarium tenet Camillum Borellus. 141
lib. 2. de Magistr. Edict. cap. 13. n. 10. dum ita inquit: Quod mihi durum videtur, nescio an obtineretur in foro judiciali, per ea, quæ scribit Felin. *in cap. coram de Off. deleg.* de eo, qui habet instrumentum debiti, quòd non idcirco probetur creditoris procurator. De quo pleniùs Alciat. *tr. præs. reg. 1. præs. 33. n. 6.* & ibi Jo. Nic. Arelat. *in Apostill.* Hinc † quæritur; *an Notarius lite-* 142
ras vacuas, superscripto tamen citationis titulo sigillans, falsum committat? Innoc. *in cap. 2. vers. De his autem quos constat.* Notarium hunc falsum non committere putat, licet alij authoritatem ante factum ex certa scientia & cum causæ cognitione intervenire debere, velint. Verùm Bald. *ibid. vers. Quæro Notarius.* &

V Panorm.

Panorm. *quæst. ult.* sequuntur Innoc. in hoc, ut taliter scribens à vitio falsitatis excusetur, sed non à vitio nullitatis, nisi sibi data fuisset certa forma scribendi ita, ut committi fraus possit,
143 quoniam † (ut ipsi ajunt) talem dans chartam vacuam, potestatem dedisse videtur, quicquid voluerit scribendi, licet revera nihil scriptum est. *l. si binæ tabulæ. D. d. injusto rupt. test. cap. ad audientiam. de Eccl. ædif.* Nicol. Boer. *decis. 274. n. 4.* & faciunt huc ea, quæ tradidimus suprà hoc *cap. 6. §. 1. vers. Quintò. Quod*
144 *si commisit. cum seq. n. 32. & seqq.* Cùm stylus † & mos curiarum observandus sit, sciendum hodiè ita usu receptum, ut procuratoria plena, seu de potestate Domini aliquid constituentis, modico albo, sive unius lineæ ad ponendum procuratoris nomen, excepto, repleta, tàm ex stilo & generali consuetudine omnium Curiarum tàm secularium, quàm spiritualium, approbata valeant, sicut gesta & acta per procuratorem nominatum, & de potestate suâ certificatum, ante illius receptionem subsistunt, dummodò postea de mandato doceat, post Rotam, Barbat. Corset. Cornæum & alios, Boer. *d. decis. 274.*
145 *n. 5. per l. 1. C. Credit. evict. pign. non debere.* addens, † aliàs mandatum ex diuturnitate temporis etiam mille annorum non præsumi. *l. fin. D. pro Empt.* cum similibus alijs, ut & Dd. per Boer. *d. loc.* relatis

146 *Sublimitatur* I. † Ut mandatum interdum etiam ex solo Sigillo plenè probetur, ita, ut cautio de rato non sit necessaria, si ita se habeat consuetudo, sicuti Senis se vidisse practicatum dicit Domin. de S. Gemin. *in cap. quamvis. de procurat. in 6.* Man-
147 tic. *d. tit. 10. n. 3.* Ratio † esse potest hæc: quia in Sigillo imprimitur Imago Domini: *cap. principium. de pœnit. dist. in. 1.* vel ad minimum character, vel nominis literæ. *l. ad testium. 22. D. si quis. De testam. cap. inter. de fid. instr.* & ita tenet Goffred. quem refert Zabarell. *ad cap. 2. de Solut. n. 7.* Schrad. *d. cons. 32. n. 6.* ubi ad hoc elegans dictum Archidiac. cum Hipp. de Marsil. *d. loc. n. 322.* ad-
148 ducit. Imò † Sigillum alteri tradens, totam ei committere voluntatem videtur, post Hippol. *in Rub. C. de probat. n. 302.* Matth. Wesemb. *cons. 178. n. 13.*

Subli-

Sublimitatur II. † Si Sigillum solummodò sit determina- 149
tum ad signanda procuratorum mandata. post Bald. *in cap. coram. n. 7. de Off. deleg.* Imol. *in cap. 2. n. 11. vers. Quod autem dicitur de Sigillo. Extra. de solut.* Felin. *in d. cap. coram. n. 12.* Mantic. *d. tit. 10. n. 3.* Gabriel. *d. concl. 4. n. 46.* König. *d. cap. 39. vers.* Und derhalben.

Limitatur. III. † Quando ejusmodi partium præcesserit 150
conventio, quòd venienti cum Sigillo credi debeat, per superiùs dicta. Nic. Everhard. *tract. de fid. inst. cap. 12. n. 2. in fin.* Nam si in tali charta fuerit scriptum id, quod mandatum, vel conventum, tunc ipse mandans vel paciscentes propter Sigillum obligantur: sin contrà factum, falsi pœnæ locus est. Et ita intelligendum text. *in l. 2. de Solut.* scribit Everhard. *d. cap. 12. n. 78.*

Limitatur IV. † Quoties agitur de levi præjudicio. His e- 151
nim casibus sententiã Angeli *in l. consentaneum. 8. col. pen. C. Quomod. & quand. jud. poss. profer.* quòd etiam ex solo Sigillo voluntas ejus, cujus est Sigillum, probari possit, procedere dicit Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 2.*

Limitatur V. † In commissione speciali, quæ ex solo Sigillo nõ 152
probatur, cum illud res sit inanimata, mutus & incertus testis. Mager. *de Advoc. arm. cap. 14. n. 64.* Conf. *cap. 11. §. 4. concl. 6. n. 275.*

Limitatur VI. † Si charta adhuc pura subsignata, vel omni- 153
nò tunc signata non esset, tamen ea, ut nunc est perscripta sine contrariæ mentis testatione accepta, & per plures annos bonis & pensitationibus in illa consignatis retenta, in eaque acquietum fuerit. Pfeil. *d. cons. 39. n. 3. in fin.*

Limitatur VII. † Si subscribens vel suo Sigillo signans talem 154
chartam eorum, quæ postea scribuntur, habuerit notitiam, & specialiter præmonitus fuerit. Pfeil. *cons. 39. n. 4. cent. 1.* Besold. *in thes. pract. lit. H. Voc.* Hand-Unterschrifft. *15. Et lit. C. Voc. Charta blanca. 13.* Jo. Azor. *Inst. moral. tom. 1. lib. 1. cap. 5. §. si Reges per l. distrahente. C. de reb. al. non al. & Dd. ibid. relat.*

Conclusio III. † *Nunquam excipi potest, chartam fuisse vacu-* 155
am, quam quis signavit, nisi hoc manifestè probari possit, quia tunc rectè auditur. l. fin. C. plus valere quod agit. Innocent. *in cap. 2. de fid.*

de fid. instr. Franc. Pfeil. *consf.39.n.3. cent. 1. vers. Quamobrem.* Ru-
156 lant. *de Commiss. part.2.lib.5.cap.30.n.4.* ubi rationem † addit, quòd nisi causa appositionis Sigilli exprimatur, dubitari probabiliter possit, sigillantem ipsum causam hanc ignorasse & consequenter non consensisse: cùm ignorantis consensus nullus sit. Et in specie hac annotare Castrens. *in l. 2. C. de reb. alien. non alien.* Purpurat. *in l. admonendi. 177. D. de jurej.* & post Angel. addere: Principem non censeri confirmare scripta à se in papyro, priusquam sigillata scriberetur, tradit idem Rulant. *d. loc.* atq; ideò manet præsumptio, quòd sigillans viderit & legerit, onusque probandi, quod ignoravit ad negantem transferat. Menoch. *lib.2. præsumpt.57.n.12.* Pfeil. *d. consf.39.n.3.* Rulant. *d. loc.* Finckelthaus *obs. pract. 8.n.7. & seqq.* ubi in fin. præjudicia quædam, &
157 cautelam subnectit. Non † tamen hæc probatio ex eo attenditur, quod blanchetam, si cum scripta esset ad se quis solùm receperit, post Pfeil. *consf.78.n.34.* (qui tamen de hoc ibi nihil) & alij relati à Rulant. *d. loc. n.4. lit. h.*

CAPUT SEPTIMUM.
DE REBUS, QUÆ SIGILLIS firmantur.

SUMMARIA.

1. *Transitio.*
2. *Acta publica signari solita.*
3. *Acta qui olim obsignarint?*
4. *Acta sub Sigillo publico edenda.*
5. *Acta aperta, nec ordine conscripta admittuntur, si nihil opponatur.*
6. *Acta quando dicantur clausa & sigillata?*
7. *Actis in Camera Imp. non creditur, nisi sigillatis.*
8. *Tabellioni acta judicij scribenti sine subscriptione testium creditur: Litteris & Sigillo Episcopi non item, nisi aliter habeat Consuetudo.*
9. *Actorum sigilla habentur pro recognitis.*
10. *Acta non sigillata & manca si producantur, Procuratori reddenda sunt.*
11. *Apochæ Sigilli impressionem admittunt.*
12. *Cōtractus per Sigillū probātur.*

13. Tabel-

13. *Tabellio ubi deficit, Contractus per sigilla muniuntur.*
14. *In alienandis rebus Ecclesiæ, sigillum Capituli non sufficit, sed insuper Capitularium subscriptio requiritur.*
15. *Alienationi rerum Ecclesiæ Clerici ipsi subscribere debent.*
16. *Consilia sive Responsa sigillantur.*
17. *Origo & progressus hujus sigillationis.*
18. *Hodiè quoq; eadem sigillatio recepta.*
19. *Depositiones in vim testimonij factæ sigillantur.*
20. *Edicta, Leges & Rescripta anulo obsignantur.*
21. *De Legis sive Edicti essentia non est, quòd sigillentur, nisi ita habeat Consuetudo.*
22. *Epistolæ sive literæ etiam olim sua habebant sigilla: ad hoc Exempla.*
23. *Ratio reddita.*
24. *Litteræ Regis Galliæ sine subscriptione probant.*
25. *In Epistola an sigillum mittentis sit necessarium?*
26. *Mandata Procuratorum subscribi & sigillari certum.*
27. *Privilegia & Secreta sigillis confirmantur.*
28. *Cerarium quid Ciceroni?*
29. *Recessus Imperiales bulla signati.*
30. *Renunciationes Electorum Imperatore electo anulis roborat æ.*
31. *Sepulcra sigillis sarta tecta, per exempla.*
32. *Transactiones subscribuntur & sigillantur.*
33. *Testamenta signis obsignantur.*
34. *Signacula testium sunt necessaria ad testamenti validitatem;*
35. *Secus in Codicillis:*
36. *Item pluribus alijs testamentorum speciebus.*
37. *Citra Signacula testium validum est testamentum, in quo nullæ solennitates requiruntur.*
38. *Testamentum informe & dispositio innominata descripta.*
39. Anulo tantùm an signandum testamentum?
40. *Anulus olim signandi causa circumferebatur.*
41. *Anulus signatorius unicus, signa multa esse possunt.*
42. Anulum sigillarem non habens, sed signum aliud, an illo signare licitum? *Aff.*
43. *Signum id cujusq; proprium putatur, quod in anulo est: aliàs si signo careat, quod præterea habet signaculum.*
44. *Dd. in utramq; partem relati.*
45. *Constitutio Imper.* Von Notarien *huc facit.*
46. *Testator solum proprio: testes nonnunquã alieno sigillo signant.*

47. Subſcriptio manu alterius facta in imperito teſte admittitur.

48. Subſignatio facta, cum anulo alieno, quatuor modis eſt variabilis.

49. Breve teſtatum quid?

50. Breve teſtatum ſigillo Domini firmatum valet.

51. Res tàm propriæ, quàm alienæ: ſed hæ non indiſtinctè ſigillis firmantur. & n. 57.

52. An Sigillum rebus meis impoſitum, tollere poſſim?

53. Signare licet res noſtras:

54. Imò & alienas. & n. 60.

55. Contra reſignantem Interdictum unde vi, vel clam datur. & n. 56. 61. 62.

58. Rebus alienis titulum vel arma imponere impermiſſum, ſin contra fiat, evellere licitum: ita & ſigilla.

59. In re nobis obligatâ per alium detentâ ſignum ſuum ponere illicitum.

63. Spoliatus prædo reſtituendus.

64. Quod ſi rem meam non poſſideo, & alius eam ſignat, quaſi inibi jus ſibi competat, an propriâ auctoritate removere ſit licitum?

65. Non poſſidenti rem ſignare licitum haud videtur.

66. Signum illicitè impoſitum, tollere jure licet.

67. De arbore propriâ vel Judicis auctoritate cædenda. & n. 68.

69. Sigillum ſine denunciatione ſignanti factâ in re mea appoſitum, detrahere poſſum.

70. An Adminiſtrator ſuper alienatione rei ſuæ per alium factâ, ſigillum ſuum in modum Confirmationis apponens, ſibi præjudicet?

71. Cives hoc ipſo in omnia ſub ſigillo Civitatis exarata conſentiunt, quòd Conſulibus, Adminiſtratoribusve ſuis hoc ſigillum ſemel commiſerint.

72. Civitatum cauſæ duplices, parvæ vel magnæ: In illis oſtendens habere ſigillum præſumitur pro mandato, ſecus in his.

1 NOn † ſufficit ſcire, qui jus ſigillandi habeant & cuſtodiam Sigillorum, ſed etiam neceſſe eſt indagare res, quæ ex ſigillis robur accipiant. Ex his autem ſunt

2 I. Acta † publica, *cap. cum olim. 33.* ibi: ſigilla violavit illorum & ſcripta (paulo inferiùs Acta Pontifex vocat) quæ nobis fuerant præſentanda, non erubuit aperire. *Ext. de Off. deleg.* poſt Specul. *tit. de Citat. §. Jam de citat. n. 14.* Caſp. Ant. Teſſaur. *lib. 1.*

lib. 1. quæst. 100. n. 10. quæ olim † apud Romanos & adhuc hodiè 3
illi obsignant, qui à Secretis & Libellis Principum erant, eorumque curam habebant. Marcell. Donat. *in dilucid. Sueton. in Tiber. cap. 73. pag. 594.* Hæc † sub sigillo publico edenda, nec suf- 4
ficit, quòd Notarius publicus ea subscribat, & ita mandari solere testetur, Julian. Magenhorst. *ad Ord. Camer. part. 2. tit. 31. pag. 326. & seq.* ubi limitat, si ad † aperta, nec ordine conscripta 5
Acta & transmissa tantùm exhibita, nihil opponatur, ea admittimitti, quòd inferior judex propter paupertatem id fecisse videatur, uti in causa Langen contra Zehent Meyer factum. Conf. Eundem Magenhorst. *d. part. 2. tit. 31. ad §.* vnd nachdem sich *pag. 333.*

Hujusmodi † Acta tum dicuntur clausa & sigillata, sive 6
imprimatur sigillum chartæ, sive linteo, quo acta involuta sunt. post Bald. & Castrens. Jo. Dauth. *tract. de testam. ad l. ad testium 22. §. fin. D. de testament.* Nam † in Camera Imp. Actis non 7
creditur, nisi à Judice sint sigillata, & ita communis est doctrina. Berlich. *part. 1. concl. 50. n. 169.* ubi elegantes ad hoc adducit remissiones. Ideò notandum

1. Speciale † esse in Actis Judiciorum, quòd tabellioni si- 8
ne subscriptione testium credatur: Literis & sigillo Episcopi sine subscriptione testium indistinctè non credatur, quòd licet subscriptio testium adsit, attamen non videatur plenè provisum, quia possit apponi furtivum sigillum, & testes mortuos non ut viventes subscribere, ait Anton. Rambaud. in not. ad Guid. Papæ *decis. Grationop. 175. n. 1.* Imò esset durum, quòd per solius Episcopi literas quis à jure suo cadat, & hoc verum, quando literæ deveniunt ab uno Episcopo, secus si à pluribus, post Gloss. Archidiac. & Geminian. Franc. Marc. *decis. Delphin. quæst. 990. n. 16.* ubi tamen limitat, si Consuetudo aliter habeat.

2. Actorum † sigilla pro recognitis haberi, etiam in con- 9
tumaciam non comparentis, licet in reliquis probatorijs ad probandum admittantur. Ita factum 20. August. Anno 1567. Dn. R. in causa Hall. contra Kisedorn 10. Martij Anno 1557. Gilman. *tom. 3. Symph. Voc. Acta.* Ideò coram Deputatis Acta ab infe-

inferiore Judice edita clausa proferuntur, & Protonotario præsente illæsis Sigillis aperta recipiuntur. Ordin. *part. 3. tit. 31. §.* So also dem *Procurator* deß *Appellanten.* Roding. *lib. 2. Pond. Camer. tit. 10. n. 11.*

10 3. Acta † non sigillata & manca, si producantur, Procuratori producenti ea reddenda sunt, ut per judicem priorem sigillari curet, quò postea ratione juramenti præstandi fieri possit, quid juris. Gilman. *d. Voc. Acta.*

11 II. Apochæ † Sigilli impressionem admittunt, & in his quoq; fidem facit, post Castrens. Purpur. & Menoch. Pantschman *lib. 2. quæst. 2. n. 48.*

12 III. Contractus, † qui per Sigillum authenticum æquè ac instrumentum muniuntur & probantur, per notat. *in cap. 2. de for. compet. in 6.* Goden. *cons. 63. n. 12.* Fichard. *cons. 30. n. 9. tom. 2.* M. Wesem. *cons. 1. n. 131. n. 3.* modò etiam appositione perficiun-
13 tur. Idem Wesemb. *cons. 238. n. 11. & cons. 271. n. 153.* Nec † dubium est, Contractus probari per sigilla, ubi deficit tabellio, post Dd. *in cap. 2. de fid. instr.* Bald. & alios Uran. *cons. 27. n. 14. tom.*
14 *2.* Schurpf. *cons. 17. n. 13. cent. 1.* Verùm in † alienandis rebus Ecclesiæ non sufficit sigillum Capituli, sed omnium Capitularium subscriptio insuper requiritur. Panorm. *in cap. 1. n. 4.* De his,
15 quæ fiunt à Prælat. Thoming. *cons. 12. n. 48. vol. 1.* Imò † Clerici alienationem rerum Ecclesiasticarum manibus proprijs subscribere debent, nec per alios id fieri potest. August. Berojus *in cap. si quis Presbyter. n. 16. Ext. De rebus Eccles. non alien.* Nicol. Everh. Jun. *cons. 19. n. 67. vol. 2.*

16 IV. Consilia † sive Responsa. Res ita se habet. Tem-
17 pore Maufurij † Sabini, qui Octavij Augusti Imper. seculo vixit, primum ab ipsis Principibus jus publicè respondendi JCtis tradi cœpit, cum antè illi duntaxat, qui studiorum suorum fiduciam habebant Consulentibus responderent, neq; tantùm ea responsa signata *l. 2. §. Et ut obiter D. de Orig. jur.* id est sigillo obfirmata dabant, *l. videamus 11. §. qui unum. D. locat.* Alphons. à Carranza *tract. de part. legitim. cap. 2. n. 240. cum duobus seqq.* sed plerum-

rumq; Judicibus ipsi scribebant, aut testabantur, qui illos consulebant. *lib. 2. §. post hunc 47. D. de Orig. Jur.* Cum verò ab Augusto Imp. publicam cœperunt habere auctoritatem, Responsa scriptis evulgabantur, atque sigillis muniebantur: *d. loc. 2. §. Et ut obiter. vers. Prim. Divus Augustus.* Tib. Decian. *in Apolog. pro Jurisprudentibus advers. Alciat. cap. 4. n. 6. & cap. 6. n. 7.* Zasius *ad l. 2. §. Et ut obiter n. 3. de Orig. Jur. pag. 151.* Carranza *d. cap. 2. n. 141.* hoc est, propriâ manu subscribi, propriumque characteribus insigne adhibitâ cerâ chartæ imprimi solebat, quod & hodiè † usus servat. Solent namque Juris Candidati cum Docturæ 18
gradu, ut vocant, insigniuntur, anulo donari, quòd eo munere jus signandorum Responsorum acquirant. Joan. Coras. *ad d. l. 2. §. Et ut obiter n. 3. de Orig. Jur. pag. 153. & seq.*

V. Depositiones † in vim testimonij factæ. Tantæ enim 19
Nobilitas importantiæ est, ut Nobiles in quibusdam locis Germaniæ personaliter comparere non teneantur, sed sufficit, si per scripturam unter ihren Pittschafften und Handschrifften / absque corporali juramento deponant, & depositionem signatam Judici examinis transmittant, quemadmodum in Regno Bohemiæ, in Archiducatu Austriæ & Ducatu Bavariæ receptũ esse testatur Gail. *1. obs. 10. in fin. & obs. seq. n. 14. ac obs. 101. n. 4.* Hieron. Setzser. *lib. 3. de Juram. cap. 9. n. 16.* Virgil. Pingiz. *quæst. Saxon. 35. n. 26.* Speckhan. *cent. 3. class. 3. quæst. 16. num. prin. 2. n. 5.* Rosbach. *in prax. crim. cap. 57. n. 13.* Matth. Steph. *lib. 1. de Nobil. cap. 6. n. 19. & 20.* Nolden. *de Stat. Nobil. Civil. cap. 12. n. 29.*

VI. Edicta, † Leges & Rescripta, quæ anulo obsignan- 20
tur, uti docet Esther. *cap. 8. vers. 8.* Xenoph. *lib. 1.* Joseph. *lib. 11. Antiq. Judaic. cap. 6.* Brisson. *lib. 1. de Regn. Persar. pag. 141.* Verùm † de essentia Legis sive Edicti non est, quòd Principis Sigil- 21
lum interveniat, ut voluit Bald. *in Pace Constantiæ. §. Imperialis Clementiæ. in verbo, Sigillo. n. 7.* ubi hoc post Odoffredum firmat.

Declaratur: Nisi Consuetudo aliter observet, quæ in similibus servanda est. *cap. cum dilectus. de Consuet.* post. Specul. Chassan. & Joan. Fabr. Camill. Borell. *lib. 2. de Magistr. Edict. cap. 13. n. 55. & 56.*

22 VII. Literæ † & Epistolæ, Esther *cap. 3. vers. 12. & cap. 8. vers. 8.* Q. Curtius *lib. 6. de gest. Alex. Magn.* Brisson. *lib. 1. De regn. Persar. pag. 141.* Marcell. Donatus. *in Dilucid. Sueton. in Tiber. cap. 73 pag. 594.* Aldrovand. *lib. 1. De Insect. cap. 3. De cera Rubr. Usus ad sigillandum.* Sigillum enim obsignandis literis olim ostendebatur. Joan. Coras. *adl. 2. §. Et ut obiter. n. 4. de Orig. Jur. Thucyd. lib. 1. histor. pag. 38.* ibi: Xerxes verò lætatus est hac Epistola, & Artabazum Pharnaci filium ad mare misit, eumq; jussit accipere provinciam Dascylitin, Megabate, qui ei ante præfuerat, dimisso, eique vicissim Epistolam ad Pausaniam dedit, imperans, ut eum Byzantium quàm celerrimè mitteret, illiq; sigillum ostenderet, & si quid Pausanias de suis negotijs manda-
23 ret, quàm rectissimè & fidelissimè conficeret. Ratio † horum est, quod aperire literas Epistolamve non fuerit integrum, nisi soluto vinculo, signoque cognito fidei causâ, ut pleniùs dixi *cap. 14. Rub. 11. Literarum sigillo &c. vers. Nec aperire literas n. 46.*
24 Sic † literæ è Cancellaria Regis Franciæ emissæ, & Sigillo d. Cancellariæ authentico sigillatæ, probant sine subscriptione, quod ipsum Consuetudo operatur. Guid. Papæ *decis. Grationopol. 175.*
25 *n. 1.* Non † tamen appositio sigilli in epistola necessariò requiritur, cum sigillum per se nihil tribuat: Menoch. *de arb. jud. cas. 94. n. 21.* sed sufficit, si Epistola mittentis subscriptionem (cum illa totam scripturam repræsentet, Paris. *cons. 19. n. 108. lib. 2.*) habeat, ac insuper formam solitam, hoc est, nomen mittentis, & ejus cui mittitur, item narrationem & Datum contineat: Andr. Gilman. *lib. 1. decis. 26. n. 83.* quamvis non dubitemus, ut aliàs, per sigillum intensius de actus complemento constare & majorem fidem etiam in Epistola facere: post Specul. & Lanfr. Pantschm. *lib. 2. quæst. 2. n. 49.* ita, ut si Epistola careat sigillo, nihil probet, nisi literarum comparatione adjuvetur, post Bald. & alios Myns. *ad Rub. Ext. de probat. n. 54.*

26 VIII. Mandata † Procuratorum, in quibus præter sigillum insuper & subscriptio requiritur, ut si maximè imperitus sit literarum, Notarij operâ in eam rem opus. Bart. *in proœm. Dig. n. 5. & 7. vers. Est item & alia differentia.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 14. n. 37. & seq.*

IX. Pri-

IX. Privilegia † & Secreta. Hæc enim Sigillis ejusmo- 27
di cereis confirmantur & occultantur : atque ita quidem
confirmantur, ut nisi sigillo cereo Principis concedentis muni-
tum fuerit, nullius planè existat valoris. Ubi † illud quoque ob- 28
servandum est, *Cerarium* apud Ciceron. *lib. 5. in Verrem.* pro tali
munimine accipi, quod ceræ nomine penditur, cujusmodi in-
quam est, quod etiam hodiè pro Diplomatum sigillis exsolvi-
mus. Ex omni enim pecunia, *inquit*, quam Oratoribus solvere
debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primò
pro spectatione & collybo : deinde nescio pro quo cerario.
Aldrovand. *lib. 1. de Insect. cap. 3. de Cera. Rubr. Usus ad sigillan-
dum. pag. 174.*

X. Recessus † Imperiales. Hos olim soli Impp. sua si- 69
gnabant Bulla ac Sigillo. *arg. Reformat. Friderici III. de Anno 1442.
Ordin. Cam. Imp. & Constit. pacis de Anno 1445. ac Constit. de Anno
1497.* postmodum etiam Statuum signa appendi cœperunt.
Gerlach. Buxtorff. *dissert. in Aur. Bull. Caroli IV. concl. 1. lit. D.*
Latè & eleganter Kirchner. *lib. 4. de offic. Cancell. cap. 2. à n. 36.
usq; ad n. 61.*

XI. Renunciationes † Electorum, Imperatore jam 30
electo, eorum signis obsignantur, Thuan. *lib. 31. histor. pag. 644.
& seq.* & si justo impediti, secundum Bull. Aur. *tit. 19.* mittunt
Legatos, qui patentibus literis majori eorum sigillo signatis, ac
plenam & omnimodam potestatem ad eligendum Regem Ro-
manum promovendum in Imperatorem habentibus, instru-
cti esse debent. *d. tit. 19.* Quirin. Cubach. *lib. 2. Jurisp. Germ. publ.
cap. 12. n. 12.*

XII. Sepulcra. † Ita Judæi lapidem monumenti Domi- 31
ni nostri Jesu Christi, Matthæi *cap. 27. vers. 66.* exemplo Regis
Medorum & Persarum Darij, ejusque Potentiorum, lapidem
fossæ ostij, in quam Daniel dejectus erat, nequa adversus Da-
nielem exerceatur petulantia, injuriave, obsignantium, Daniel
cap. 6. vers. 17. sigillo sartum tectum habere voluerunt. Camill.
Borell. *lib. 2. De Magistr. Edict. cap. 13. n. 25.*

32 XIII. Tranſactiones. † Quæ enim ex his à partibus ſubſcriptæ & ſubſignatæ non inveniuntur, pro completis regulariter haberi non debent. Matth. Weſemb. *conſ. 106. quæſt. 1.*

33 XIV. Teſtamenta: † Sic Claudius Cæſar teſtamentum conſcripſit, ac omnium Magiſtratuum ſignis obſignavit. Suet. *in Claud. cap. 44.* Anulo enim ſignatorio teſtamenta claudebantur. *l. ad teſtium 22. de teſtam.* eoque utimur, ut ſignum imprimatur. *d. l. 22. §. pen.*

34 Hinc † illa nata eſt Concluſio: *Signacula teſtium eſſe neceſſaria ad Teſtamenti validitatem.* Fernand. Vaſquius *de Succeſſ. tom. 1. lib. 2. §. 15. requiſito 15. n. 1. & 42. per l. ad teſtium. §. fin. D. de teſtam. l. hac conſultiſſima in prin. & §. non ſignatum. C. Eod. tit.*

35 *Limitatur* † I. ut hæc ſolennitas in Codicillis neceſſaria non ſit *l. fin. cum ibi notat. C. d. Codicill.* Vaſq. *d. loc. n. 42.*

36 *Limitatur* † II. Ut non procedat in pluribus, quàm in XXX. teſtamentorum ſpeciebus, quæ informia eſſe dicunt Dd. quale eſt teſtamentum inter liberos; teſtamentũ militis: teſtamentũ Principis: teſtamentũ alterius cujuſq; coram Principe factum, & teſtamentũ Clerici: teſtamentum ad pias cauſas: omne teſtamentum inſpecto Jure Canonico: Teſtamẽtum commilitonum ad bellum pergentium, quod fit per pactum reciprocum in vi-
37 vos. *l. licet C. de pact.* Nam † in omnibus hiſce caſibus & ſimilibus teſtamentũ citra teſtium ſignacula valet; quia in illis teſtamentis nihil unquam ſolemnium deſideratur, præter legitimam voluntatis probationem, qualis eſt illa, quæ in actibus inter vi-
38 vos deſideratur: quia omnibus hiſce caſibus teſtamentum † informe eſſe intelligitur, & veluti diſpoſitio innominata, nulli legi, nullivè formæ ſubiecta, rudis, inerſque ut jacet, ſervatur. Fernand. Vaſquius de Succeſſ. *tom. 1. lib. 2. §. 15. requiſ. 15. n. 44.* ubi loca alia, in quibus hæc pleniùs planiùſq; tractat, adducit.

39 Sed, *an † Anulo tantùm ſit ſignandum teſtamentum?* Ita videtur per *d. l. ad teſt. 22. §. ſignum autem.* ubi Ulpianus docet: etſi homines variè ſignent, ad ſubſignanda tamẽ teſtamenta anulo tantũ habente charactera, & ſignatorio utendũ. Cujus reſpõſi auctorita-

rita-

ritate & argumento quidam in ea sunt sententia, anulo tantùm
signandum esse testamentum, ne si alia signa admittantur, Ve-
teris juris solemne, ejusque accurata observatio & certitudo
pereat. Nam † prisci, ut Macrob. *lib. 7. Saturn. cap. 13.* scribit, si- 40
gnandi causâ anulum secum circumferebant, qui & signato-
rius dicebatur. *l. signatorius 74. D. de Verb. sign.* cuius character
eo notior omnibus esse potuit, quòd semper in digito gestare-
tur, uti docet Duaren. *ad tit. de test am. sub Rub. De testamentis in
scriptis. vers. Quando præter subscriptionem.* Et † quidem eodem 41
Macrobio teste, non plus, quàm unum Anulum signatorium
habere licuit, majoris certitudinis causâ; Ast plura signa: varie-
que signare non sit inhibitum. Unde *d. textus* de anulo signa-
torio Gloss. accipit, quam sequitur ibid. Roman. & Cujac.
Duar. *d. loc.* Brisson. *lib. 6. De formul. & solen. Rom. verb. vers. Ca-
terum & de tabul. pag. 572. & lib. 7. vers. Alia postea Pratorum. pag.
654.* Viglius *in §. possunt. Inst. de testam.* Robert. *lib. 1. recept. lect.
cap. 21.* Cujac. *lib. 14. obs. 11.* quos etiam sequitur Dauth. *ad d. l. ad
testium. §. signum a. n. 12.* Nicol. Reusner. *de testam. part. 3. cap. 27.
n. 7.* Ulyss. Aldrovand. *lib. 1. De Insect. cap. 3. de Cera. Rubr. Usus
ad sigillandum. pag. 174.*

Verùm, † quòd si quis anulum in sua forma triangularem, 42
quadratum, vel rotundum non habeat? Imò si alieno anulo si-
gnari permittitur, multò magis signum suum, non in anulo,
sed qualibet alia re impressum apponere concedetur. Nam
sanctio legis id solùm intendit, ut testes testamentum suis anu-
lis signent, non quia in orbem flexi, sed quod cujusque signa in
eis sculpta erant, quibus tanquam notis seu proprijs chirogra-
phis utebantur. Qui ergo anulum signatorium & præterea si-
gnum aliud alij rei impressum habet, anuli signo tanquam ma-
gis noto & certo, ipsique magis proprio, signare debet testa-
menta, quàm alio quodam suo impresso, non tàm cognito,
ipsique usitato, ne fraudi præbeatur locus. Id † enim cujusque 43
proprium signum esse putatur, quod in anulo est. Ast si quis
haberet quidem anulum, sed nullis insculptum characteribus,
licebit illo, quod sine anulo sibi est signo, subnotare testamen-

 tum:

tum: quoniam proprio certo & noto consignasse signo testamentum dicendus, valebitque ad fidem testamenti tantum, quantum anuli obsignatio, quem luxus, ut *cap. 2. n. 28. cum seqq.* docuimus, fecit, gemmasq; solidas induit, violariq; nefas duxit.

44 Qua † in sententia etiam Bart. Angel. Imolam, Eguin. Baronem, Hotoman. *1. obs. 20.* & Francis. Connan. *lib. 9. com. Jur. Civ. cap. 2. n. 3.* subsistere deprehendo. Plura hac de re scire cupientem ad Henr. Bocer. *lib. 1. de bello & duell. cap. 25.* Andr. Gerhard. *de Testam. disp. 2. thes. 86. & 87.* Arumæum, Bachovium, Hoenon. Lyclamam, Ungepaur, Rimer. & infinitos alios theoricos ex parte à me *tract. de Jur. Insign. cap. 13. n. 235.* annotatos, remit-

45 to. Illud † *Primò* benè memoriæ tenendum esse duco, quòd Novella Imp. Constitutio von Notarien. *Rub.* Von Testamenten. *vers.* Nun die Form eines Testaments 2c. *& vers.* Es mögen auch 2c. Bartol. Angel. Imolæ & aliorum sententiam comprobarit, sufficere scilicet, daß ein Testament mit gewöhnlichem Insigel und Signet bezeichnet werde. Unde requiruntur Sigilla characteres habentia. Nam per signa tabellionum signatum testamentum non valet, ubi post Ruin. tradit Simon de Prætis *lib. 2.*

46 *Interpret. ult. volunt. Interp. 2. dub. 2. solut. 2. n. 11.* *Secundò* † sciendum, testatorem non nisi proprio suo Sigillo consignare testamentum posse: licet in testibus etiam alienum sit admissibile. Jason. *cons. 67. n. 7. vol. 3.* Roland. à Valle. *cons. 36. n. 4. vol. 1.* Ca-

47 strens. *in l. hac consultiss. in prin. vers. Decimò.* ubi † etiam subscriptionem, manu alterius factam, in imperito admittit. *C. de testam.* Marta *part. 5. Digest. noviss. tit. Testamentum. cap. 75.* Herm. Meier. *lib. 3. de Success. testam. tit. 1. n. 52.*

48 Notandum † tamen hîc, hanc solemnitatem quatuor modis esse variabilem; Nam singuli testes signare possunt. 1. suis signaculis: 2. Vel signo ipsius testatoris: 3. Vel signo alterius tertij: 4. Vel Unus testis cum signaculo alterius. *§. possunt autem Inst. de testam. l. si ad testium. §. si ab ipso. D. Eod. l. hac consultissima. C. d. t.* Fernand. Vasquius. *d. tom. 1. de Success. lib. 2. §. 15. requis. 15. num. 1.*

49 **XIV. Breve † Testatum: quod est instrumentum publi-**

cum,

cum, de Investitura feudi brevibus verbis, subscriptione interveniente exaratum. post Bald. *in usib. feud. tit. de Controv. invest.* Zasius *de Feud. part. 6. n. 4. & 5.* Schrader. *de Feud. part. 5. cap. 2. n. 4.* text. est *in l. inter. chartulas. 5. ubi Cujac. C. de convent. fisc. debitorib.* Hoc † ipsum si Sigillo Domini sit firmatum, licet Parium 50
subscriptione careat, Investituram novam probat, modò in eo mentio fiat, hanc Investituram Paribus Curiæ intervenientibus, factam esse. Schrad. *d. cap. 2. n. 12.* post Feudist. ibi relat. Rosenthal. de Feud. *cap. 6. concl. 4. n. 2.*

XV. Res † denique tàm propriæ, quàm alienæ: non 51
tamen ab alio detentæ, sibiq; obligatæ, vel litigiosæ. His enim sine judicis auctoritate Sigilla apponi non possunt, & si de facto ante sententiam apposita fuerint, propriâ auctoritate removere possim: non autem post sententiam, quæ in rem judicatam abiit, ac per appellationem emendari non potest. *l. 1. & 2. C. Ut nemini liceat sin. jud. auct.* & ibi Gloss. & Dd. communiter. Franc. Aretin. *ad Rubr. d. tit.* Castrens. *ad d. l. 1. n. 1.* Joan. Bodin. *lib. 3. de Republ. cap. 5. vers. Ac tametsi pag. 482.*

Casus † talis esto. Titius contra me vindicationem vineæ, 52
quam à Cajo bonâ fide emi, instituit: collectis inde uvis, duo dolia musto impleo. Titius antequam feratur sententia definitiva, quâ ipsi adjudicetur vinea, Sigillum suum istis duobus dolijs imprimit, quasi mustum ad se spectet, quæritur: *An Sigillum illud, quod dolijs meis impressum est, detrahere & characterem sive formam ac notam, quam expressam deprehendo, tollere possim?* Et dicendum videtur, quòd non. *Primò* † quia non tantùm res, 53
quarum dominium ad nos pertinet, signamus: *auth. dos data. C. de Donat. & l. quod si. 14. in fin. De peric. & comm. rei vendit. Bart. ad l. 1. C. Ut nem. privat. tit.* Alber. de Rosat. *ibid. ad Rubr.* Verùm † etiam rem alienam signare licet. *l. 1. §. si dolium. 2. D. de* 54
peric. & com. rei vend. l. fin. §. si adjanuam. 2. D. Quod vi aut clam. quia contra † resignantem datur interdictum unde vi, aut 55
clàm. Cujac. *lib. 16. obs. 12. & in Paratit. tot. tit.* Dionys. Gothofr. *in not. add. §. si januam. 2.*

Secun-

56 *Secundò.* † Quia cum nemo potest sibi jus dicere. *l. nulli. 14. C. de Judic.* etiam prædo, si ab alio possessione dejiciatur, quoniam habet interdictum unde vi. *l. 1. §. qui à me. 30. D. de vi & vi armat.* Franc. Aretin. *ad l. 2. n. 2. C. Ut nemo privatus tit. præd. suis vel alien. imp.* Ergo nec mihi Sigillum propriâ auctoritate impressum adimere licebit.

57 Verum † hisce non obstantibus, *Primò*, res clarè decisa est *in l. 1. C. Ut nemin. liceat sine auct. jud. sign. reb. impon. alien.* ubi Imp. Probus ita sancit: Sæpè rescriptum est, ante sententiam signa rebus, quas aliquis tenebat, imprimi non oportere. Et ideò ea rebus aut fructibus apud te constitutis, illicitè imposita, poteris ipse licitè detrahere, ut amotis his, causa, quæ ex officio tibi infertur, terminetur.

58 *Secundò.* † Quia quemadmodum rebus alienis non potest quis titulum, vel Arma alterius citra pœnam imponere, & si imposuerit, cuilibet licitum erit, sine metu processus, ea propriâ auctoritate evellere. *l. 2.* ibi: Rebus, quas alius detinet, imprimere signa nemini licet, etiamsi suas, vel obligatas sibi eas esse aliquis affirmet: *C. d. tit.* & ibi Bart. *in prin.* Jason. *ad Rubr. n. 1. lect. 2. Ibid.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 1. consid. 38. concl. 28.* Tessaur. *decis. Pedem. 270. n. 15. in fin.* Tusch. *pract. conclus. lit. A. concl. 516. n. 2. & 6. tom. 1.* Ita quoque nec Sigilla. *Novell. 144. cap. 2.* ibi: aut titulos sive signacula rebus præter Legum nostrarum placitum imponat.

59 *Tertiò.* † Quia nec in re nobis obligata, in qua quis signum suum, si alius illam detinet, imponere regulariter permissum est. *d. l. 2. C. Ut nemin. lic. sin. jud.* ut & litigiosa. *d. l. 2.* Alex. Salic. & Jason. *ad l. 1. C. d. tit. n. 1.* & si illic positum fuerit, potest per adversarium arripi, removeri & devastari. *d. l. 2.* Chassan. *d. part. 1. concl. 29.*

60 Non † obstant adducta in contrarium. Quod enim *primam dubitandi rationem* à re aliena sumptam attinet, Respondetur 1. licet rei suæ apponere Sigillum Titio permittatur. *l. quod si. 14. in fin. D. de peric. & com.* Imò & alienæ rei: *d. l. 1. §. si dolium. 2.* attamen quia Sigillum hoc alius possidet, & possessore dissentiente

tiente Titius signum ante sententiam juris asserendi gratia adhibet, potero detrahere signaturam, ut amoto signo causa terminetur, quæ ex officio mihi infertur. *d. l. 1. in fin.* Hoc est, tollitur signum per me, ut rei vindicatio contra me instituta ad exitum deducatur, ne adversarius meus per ejusmodi impressionem signi causam determinet. Ortholph. Foman. Sen. *in comm. MSC. ad l. 1. prin. C. ut nemin. lic. sine jud.*

2. Respondetur, † quòd etiam prædo ab extraneo possessione dejectus, restitui debeat. *l. 1. §. Qui à me. 30. D. de vi & vi ar.* Nam adversus extraneum vitiosa possessio prodest. *l. fin. D. de acq. poss.* id est, non quidem contra eum, quem prædo dejecit; tamen in illum, qui prædonem dejecit. *d. l. 1. §. qui à me. 30.* Quòd enim, ait Prætor, in interdicto, nec vi, nec clàm, nec precariò, ideò pertinet, ut si quis possidet vi, aut clàm, aut precariò, siquidem ab alio, prosit ei possessio; sin verò ab adversario suo possideat, non debeat eum vincere. *l. 1. in fin. D. uti possid.* Justa igitur, an injusta contra extraneum sit possessio, nihil refert. *l. justa. 2. D. d. t.* Hoc autem in casu possessor sua possessione per eum turbatur, qui signum suum imponit rei à se possessæ, nec dolia illa sunt extranei, ita, ut nec extraneus illud signum amoveat. 61

Ad *Secundam † dubitandi rationem*, quâ asseritur nemini licitum sibi jus dicere, Respondetur, factum in meo possum propriâ auctoritate tollere, *l. ult. §. januam. 2. D. Quod vi aut clam. l. ult. in fin. C. Ut nem. priv. tit. præd.* satisque est spoliatum, etiamsi ille prædo sit, à possessione dejectum esse, licet à deijciente vi, clàm, vel precariò posséderit. *§. 6. Inst. de Interd.* Imò & contra Dominum Prædoni Interdictum unde vi competit. *l. colonus. 12. §. sed si. 14. & l. cum fundi. 18. prin: D. de Vi & vi arm.* Spoliatus † igitur prædo restitui debet, non tantùm adversus extraneum, verùm etiam adversus eum, quem ipse prædo priùs dejecit. Zanger. *de Except. part. 3. cap. 11. n. 16.* Schneidvvin. *sub Rub. Interdictum Uti possid. n. 32. Inst. de Interd.* Vultej. *ad §. retinendæ. 4. n. 15. Ibid.* 62 63

Ulterius † dubitatur: *Quòd si rem meam non possideo, & alius* 64

eam signat, sigillatve, quasi jus inibi sibi competat, an propriâ auctori-
65 *tate removere sit licitum?* Et videtur dicendum, quòd † non liceat mihi non possidenti, vel signare, vel quid auferre ex re, quam non possideo, sed hoc solùm concessum esse ei qui possidet, ut tollat destruatve id, quod in suo positum vel ædificatum est. *l. quemadmodum. 29. §. 1. D. Ad L. Aquil.* Sed † quia si-
66 gnum, sigillumve contra fas & legis impositum tollere non solùm permittitur ei, ad cujus præjudicium quis signavit, sed omnibus tàm liberis hominibus, quàm servis. *l. 2. vers. Deponendi autem. C. Ut nemin. privat. tit. præd. suis.* sive quis rem sigillatam possideat, sive minus, dabitur ipsi licentia tollendi titulos & signa. *d. l. 2. & l. 1. Eod.*

67 Nec † impedit, quòd propter arborem, quæ ex vicini fundo à ventis in meum fundum inclinata est, agere debeo, jus ei non esse, ita arborem habere: *l. ult. D. Arbor. cadend.* Vel si arbor mea in fundum vicini radices produxerit, recidere eas vicino non licebit, *l. si plures. 6. §. si arbor. 2. D. Arbor. furtim cæsar.* sed actionem instituet. Judicis igitur auctoritate in cædenda arbore, vel alienis ramis opus est, & per cōsequens nec signum sine Magistratus auctoritate tolletur.

68 Respondetur † enim, Judicis auctoritate, quin liceat hoc facere, nullum est dubium per textus oppositos: Si verò denunciatur Domino arboris, ut adimat arborem sive ramos nocentes, *l. 1. §. ait. 7. D. arb. cadend.* & ille differt cędere, tunc vicinus potest propriâ auctoritate ramos, radices vel arborem ipsi nocentem incidere, *d. l. 1. in fin. C. Ut nem. liceat sin. auct. jud.* Costal. *ad d. l. 29. D. ad L. Aquil.* Schneidvvin. *ad §. si Titius. 31. n. 4. D. de Rer. divis.* Hotom. *lib. 1. obs. 10. & 5. obs. 14.* Harprect. *ad §. si Titius. 31.*
69 *n. 4.* In † casu autem *d. l. 1.* secus est, & licet mihi detrahere Sigillum, quanquam non denunciarim signanti; quia lex dat illam potestatem. Alex. ab Imola *ad d. l. 2. n. 2. C. Ut nem. liceat sin. auct. Judic.* Foman. *in com. MSC. ad d. l. 1. quæst. 13.*

70 Denique † dubitatur, *an Administrator super alienatione rei suæ per alium factâ Sigillum suum in modum Confirmationis apponens, sibi præjudicet?* Et dicendum quòd non. *per l. 2. C. de reb. alien. l. Cajus.*

l. Cajus. de pign. act. Gabriel. *lib. 3. com. concl. tit. de Alienat. concl. 2. n. 16.* Cives † tamen hoc ipso in omnia sub Sigillo Civitatis exarata consentiunt, quòd Consulibus vel Administratoribus suis Sigillum semel commiserint. Henning. Goden. *consf. De Jur. Universf. aliàs ex Ordin. 34. n. 3. in prin.* ubi in simili addit, prout nuncio sive cursori citanti creditur, qui habet Sigillum vel anulum Judicis, *juxta Gloss. 1. cap. significavit. & quæ ibi not. de appellat.* Verùm † quo hæc de Civibus meliùs percipiantur, idem Goden. *d. loc. n. 49. vers. Solutio.* causas Civitatum ita distinguit, ut sint duplices, ac quædam parvæ, quædam magnæ & arduæ habeantur. In illis quidem causis nuncius, vel alter ostendens Sigillum Judicis præsumitur habere mandatum: Verùm illa præsumptio in his, puta arduis & magnis causis non cadit. Parom. *in d. Gloss. cap. significavit.* Etenim in arduis causis ex præsumptionibus procedi non debet. Imò Civitas, Ecclesia & minor in hoc sunt privilegiati, ut contra eos non ex præsumptionibus, sed ex veritate agâtur. Goden. *d. consf. 34. n. 50.*

71 72

CAPUT OCTAVUM.

DE IMAGINIBUS, CHARACTERIBUS Inscriptionibus, Ligatura, & apponendorum Sigillorum Loco ac Ordine.

SUMMARIA.

1. *Apud priscos Germanos omnia integra & simplicia.*
2. *Hennebergicorum Gallina in Sigillis.*
3. *Sigilla olim cum simplici charactere.*
4. *In Sigillo Imago Domini.*
5. *Imago sive figura sigillanti valdè difformis, Sigillum & scripturam suspectam reddit.*
6. *Sigillum omne tale esse debet, ut in notionem sigillantem deducat.*
7. Conclusio: *Sigilli figura, sigillanti difformis esse non debet.*
8. *Sigilli Imperialis forma quæ?*

9. Sigillum omne præter debitam circumferentiam impressionem quandam continere debet.

10. Impressio Sigilli ex quibus constare debeat?

11. Character cum Imagine non est confundendus.

12. Imagines olim voluntariæ: non ut hodiè gentilitiæ.

13. Character sive forma sigillorum variata: idq́ exemplis edoctum.

14. Epistolis horarum momenta Octavianus Imp. addidit.

15. Sigilla hodiè quid continere debeant?

16. Sigillorum hæc forma res antiqua est, per exempla propriæ, majorum, vel bello devictorum Imaginis.

17. Simulacra Deorum & Animalium ad Sigilla tracta.

18. Hominũ Imagines Sigillis aptãtur, auctoritate Plutarchi.

19. Reginarum etiam Imagines Sigillis ostensæ.

20. Animalium & aliarum rerum species infinitæ anulos figurant.

21. Aquilâ Rex Arius obsignavit.

22. Canem ex prora navis caput inclinantem Galba detulit.

23. Corrigiâ an signari liceat?

24. Corrigia non præbet characterem, nisi sit loco insignium.

25. Equi figura in Sigillis insolita non fuit.

26. Lyram Polycrates Sigillum habuit.

27. Quadriga in anulis signum.

28. Scarabæum apud Ægyptios fortissimus quisque in anulo gerebat.

29. De Rana, Sphinge & alijs remissivè.

30. An Sigilla, qualia ea sunt, semper depingere ac describere debeat Commissàrius? *Distinguitur*

31 Insignibus sive Armis familiæ sculpta habere Sigilla ex vetustatẹ ortum.

32. Insignia Dignitatis sigillis quoque accommodata.

33. Imperiorum, Regnorum, Principatuum & Comitatuum Dignitatis Insignia hodie in Sigillis frequentissima.

34. Insignia Gentis Sigillis addita cum nominibus.

35. Pugnæ effigies, Historiæ rerum gestarum, spolia, anchoræ, symbola &c. Sigillis Veteres expresserunt.

36. Characteres ad Sigilla spectant.

37. Ceram loco Sigilli absque charactere addens, falsum non incidit.

38. Characteres suos Sigillum habere debet cognoscibiles.

39. Etiam

39. Etiam in circumferentia.

40. Literæ sigillorum cum nomine sigillantis apparere debent.

41. In impressionis forma non satis se ostendens sigillum, non probat.

42. Characteres, qui in orbita sunt, circumscriptio dicuntur.

43. Circumscriptio in literis consistit.

44. Inscriptio Sigilli Imperat. qualis? ad hoc exemplum. & n. 45.

46. Inscriptiones sigillorum piæ & Christianæ esse debent.

47. Ratio additur.

48. Sigilla sua sibi ipsis obloqui boni Principes voluerunt.

49. Franciæ Regis nomen debet esse in sigillo.

50. Inscriptio Sigilli Regis Tartarorum blasphema: ut & Muamedis Turcarum Imp. n. 51.

52. Sarracenorum Ducis Alis, ut & Muaviæ piæ Sigillorum inscriptiones.

53. De Sculptura & Cælatura remissivè.

54. Inter formam Sigilli unam & alteram nulla est differentia ad hoc, quin & sine inscriptione fidem faciat, si certum sit.

55. Certæ & demonstratæ rei non est demonstratio.

56. Ligatura ad sigillorum conducit fidem: unde illa? & n. 57.

58. Ligatura adversus falsarios inventa.

59. Filum sericum hodiè sigillis additum.

60. Exempla & Icones remissivè relata.

61. De Lino, filo, ejus colore & probandi jure plura remissivè.

62. Filorum hieroglyphicum.

63. Principes promissis suis in perpetuum sunt ligati.

64. Principes non decet labium mendax.

65. Ut Deus sua custodit pacta: ita quoque Principis est verbis robur addere.

66. Sigilli, quoad Imaginem, Characterem & Ligaturam descriptio elegans.

67. Sigilla ut probandi vim habeant, quæ requirant?

68. Locus apponendi sigilli, finis scripturæ est.

69. Textus & Dd. ad hoc adducti.

70. Locum apponendi sigilli usitatum Consuetudo assignat.

71. Camera Imperialis sigillum in superiore parte transversa Processibus addit.

72. Ordine & modo justo & legitimo sigillorum appositio facta esse debet.

73. Præcedentia quædam & in sigillando & subscribendo consistit.

74. Ordo & scriptura probant illum, posteriori loco scriptum, dignitatis esse minoris.

75. Digniores & Seniores primo loco. in instrumentis subscribunt.

76. Primicerius primus in foro cantor dignior.

1 Quamvis † ut omnia apud nusquam satis laudatos priscos Germanos fuerunt integra, sine fuco & simplicia:
2 ita quoque (uti nuda † Popponis XV. Comitis Hennebergici Gallina, qua in sigillando usus, & pars Insignium, quam similiter alij Principes, Comites, &c. usurparunt, satis evincit. Cyr. Spangenb. *lib. 3.* Henneberg. Chronick. *cap. 6.* Vid. me pluribus *tract. de Jur. Insign. cap. 2. n. 1041. cap. 6. n. 224. 225. 284. 299. cum*
3 *seqq. cap. 8. n. 121. & cap. 10. n. 136. & 142. cum ibi relat.*) sigilla † simplici aliquo charactere, nota, vel Imagine sculpta depromere
4 illis solenne fuit: *tum,* † quòd in ipso sigillo Imago Domini im-
5 primatur, ut dixi *cap. 6. §. 2. sublim. 1. n. 147. tum,* † ne aliàs scriptura suspecta reddatur, si figura in sigillo apposita, sigillanti valdè difformis esset, utpote si Episcopus, Doctor, vel Universitas haberet sigillum, in quo figura hominis armati impressa esset: Item, si Capitaneus, vel miles gestaret Sigillum, in quo esset im-
6 pressa figura Doctoris aut Episcopi. Tale † enim omne sigillum esse debet, ut in notionem sigillantem deducat: *l. stigmata. C. de Fabricens.* & ut nomen rei conveniens esse debet; *§. Est & illud Inst. de Donat.* sic & sigillum, post Porcum & Baverum *ad §. possunt. Inst. de testam.* Petr. Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. num. 43.*

7 Hinc † generalis oritur Conclusio: *Sigilli figuram sigillanti difformem esse non debere.* Quod animadvertens Speculat. *lib. 2. tit. de Rescript. præsent. §. 3. n. 2. & tit. de præscript. §. primò igitur*
8 *col. 2. vers. porrò.* Imperialis † sigilli formam ita describit: ut habeat in circulo orbiculares literas, has scilicet, S. N. Roma. Imperatoris & semper Augusti: in ipso verò circulo sit sculpta Imago Imperatoris in solio Imperiali cum paludamento regali sedentis, in capite regale diadema gerentis, ac in manu dextra Sceptrum, & in sinistra pomum rotundum deferentis, per text.

in cap.

in cap. inter dilectos. Ext. de fid. instrum. vers. Quia per tot. & in vers. Sed & ipsum. cap. hanc igitur. in fin. ibi: nostri impressione sigilli fecimus communiri, cujus tenor & series hæc est: Nos Roman. Imp. *&c. de pac. Constant. cap. signum.* ibi: Signum Domini Friderici Rom. Imp. inclytissimi &c. *Eodem* juncta *Clem. un.* ibi: Sigillo regio. *de Jurej.* Restaur. Castald. *de Imp. quæst. 47. n. 5. & 6.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 4.* Sigism. Scacc. *lib. 1. de Judic. cap. 64. n. 17.* post Papiens.

Quibus † ita præliminariter dictis manifestum est, omne 9 sigillum, præter debitam suam circumferentiam, & alia de quibus Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 7.* quandam impressionem continere debere, *l. 1. vers. Sin autem secus.* ibi: sigillo impresso. *C. Comm. serv. manum.* & ibi Bald. facit *l. decernimus C. de aquæd. lib 11. l. 2. §. si pecunia. D. Depos. cap. inter dilectos. de fid. instr. cap. præsentata. de testibus.* Erit † autem illa impressio facta 10 ex Imagine, sive simulacris & Armis, ac Charactere sive Inscriptione: Joan. Faber. *in §. possunt. Inst. de testam.* Sigillum, *ait*, habere debet Characterem, id est, Imaginem; vel nomen: vel arma sigillantis. *d. cap. inter dilectos.* Franc. Marcus *decis. Delph. quæst. 990. n. 16. & quæst. 991. n. 3.* Verùm † Characterem cum 11 Imagine hodiè non esse confundendum, infrà demonstravimus, & manifestè patet ex ijs, quæ ex Sichard. *ad l. si unus 12. num. 6. C. de testament.* suprà *capit. 2. §. 5. in fin. n. 102. cum seq.* retulimus.

§. I.

IMAGINES.

HAs † quod attinet, olim illæ voluntariæ & pro lubitu cujusque 12 factæ erant, plerumque aliquid occultæ significationis habentes: non ut hodiè gentilitiæ, vel familiares. Marq. Freher. *lib. 1. Parerg. cap. 20. in fin.* Besold. *in thes. pract. voc.* Pettschafft. Camill. Borell. *lib. 2. de Magistr. Edict. c. 13. n. 30.* Kirchner. *lib. 2. de Jur. Legat. cap. 8. num. 94.* Vid. me *tract. de Jur. Insign. cap. 10. n. 137.*

13 *n. 137. & seqq.* Etenim † character sive forma insculpta pro lubentia & ingenio variata fuit. Sic Julius Cæsar armatâ Venere, cujus origine sese ab Æneâ Trojano profectum jactabat: Octa-
14 vius Augustus (qui ad † omnes Epistolas horarum quoque momenta, nec diei modò, sed & noctis, quibus datæ significarentur, addebat. Pontan. *vol. 2. progymnas. 74. in annot. ad Voc. Ecquid hoc signum)* sphinge primum, mox Alexandri Mag. imagine, demum suâ: Mæcenas ranâ: Pompejus Leone ensifero: alij, tribus trophæis, quibus antea Sylla: Rex Seleucus anchorâ usi fuerunt. Dion. *lib. 42. & 43.* Alex. ab Alex. *lib. 2. cap. 10. (al. 19.)* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 3. & 4.* Freher. *lib. 1. Parerg. cap. 20. in fin.* Petr. Mexia. *in sylva variar. lect. cap. 1. part. 4.* Lips. *lib. 2. Tacit. Annal. pag. 80.* Pontan. *d. loc.* Kirchner. *lib. 2. de Jur. Legati cap. 8. n. 95.* Jacob. Bornitius. *part. 1. de Instrum. lib. 1. cap. 20. pag. 85.* Conf. me suprà *cap. 5. n. 9. & 13. & cap. 2. §. 5. n. 98. & per tot.*

15 Hodiè † Sigillum vel Imaginem Principis seu Rectoris: vel alicujus Sancti, aut simulacra, vel arma sive Insignia Regis aut sigillantis, & similia, uti ejusmodi impressionum Imagines in monetis videmus, continere debet. juxta. *l. fin. C. de Veter. numis. potest. lib. 11.* Bald. *cons. 376. vol. 3.* Pet. Rebuff. *tr. Nominat.*
16 *quæst. 10. n. 41.* Quæ † ipsa sigilli forma novi inventi res non est. Nam & Antiqui in obsignando utebantur vel *suis ipsorum* Imaginibus: Plaut. *in Pseud.*

Ea causa miles hic reliquit Symbolum
Expressam in cera ex anulo suo Imaginem.

Vel Majorum: Cicer. *3. Catalin.* Tum, *inquit*, ostendi tabulas Lentulo & quæsivi, cognosceret ne signum? annuit. Est verò, inquam, signum quidem notum Imago avi tui clarissimi Viri, qui amavit unicè patriam. De Augusti Imp. Imagine, quomodo subseqq. Impp. usque ad Galbam, pro sigillo usi fuerint, dixi suprà *cap. 5. n. 9. & seqq.* locisque alijs ibidem relatis, ac *tract. de Jur. Insign. cap. 10. n. 139. & seqq.* Sic superior Africanus Sardonycem, Lentulus avi sui Imaginem, Cicer. *in Catal.* Africanus filius patris sui effigiem habuit sigillaritij anuli figuram. Valer. Maxim.

Maxim. *lib.3.cap.5.* Propinquos, *ait*, è manu ignobilis Scipionis Africani filij, anulum detraxisse, in quo caput Africani sculptum erat. Casp. Ant. Tesaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n.9. in fin. ubi remissivè.* Marc. Lyclama. *lib. 7. Membran. Elog. 34.* post Alex. ab Alex. Vel *Bello devictorum.* Ita Syllâ prælio superato, Jugurtha ejus Imagine in anulo usus fuit. Plutarch. *in Vita Syllæ & Marij, uti & Politic.* & alij à me *tract. de Jur. Insign. cap. 10. n. 138.* annotati. In hac signandi ratione & illud mirum: Intercatiensem illum, cujus patrem Scipio Æmilianus ex provocatione interfecerat, pugnæ ejus effigie signasse: Vulgato Stiliconis præconij sale: Quidnam fuisse facturum eum, si Scipio à patre ejus interemptus esset? Adam Conzen. *lib. 7. Polit. cap. 5. §. 4.*

SIMULACRA.

De † Simulacris Deorum, Hominum, Animalium & Mon- 17
strosorum signatoriæ Gemmæ insculptorum, dixi *tract. de Jur. Insign. cap. 10. n. 137. & seqq.* Deorum tamen, Dearumque formas anulis insculpi signatorijs nefas esse, Attejus Capito, publici & privati juris peritissimus, sancivit. Macrob. *lib. 7. Saturn.* Coras. *ad l. 2. §. post hinc. n. 3. De Orig. Jur.* Hominum † Ima- 18
gines sigillis aptari, vel ex solo Imperatorio, modò recensito Sigillo patere potest. Pulchrè Plutarch. *lib. De Superstit.* Ergo, *ait*, fabris ærarijs, lapicidis, ac ijs, qui cerea sigilla fingunt, credentes humano corpori similia esse Deorum corpora, ac talia fingunt adorantque & adornant: Philosophos autem & civiles viros despiciunt, qui Deorum Majestatem docent, cum bonitate, magnanimitate, benignitateque & procuratione illi conjunctam. Aldrovand. *lib. 1. de Insect. cap. 3. de Cera. pag. 174.* Illud † si vero consonum, prætereundum hic non esset, quod 19
Kirchner. *lib. 4. de offic. Cancell. cap. 2. n. 61.* sine tamen auctore refert, Caroli VI. Regis Franciæ literas, non ipsius Regis, sed Reginæ imaginem retulisse, quòd nihil ille, extra se constitutus, consensus & voluntatis haberet. Animalium † & alia- 20
rum rerũ species infinitæ sunt, veluti Aquilæ, Canis, Equi, Cor-

21 rigiæ, Lyræ, Quadrigæ & Sphingis Imagines. *Aquilæ* † sigillo Draconem unguibus tenentem usus fuit Lacedæmoniorum Rex Arius, quando literas paginæ quadrangulæ inscriptas & ad Oniam Pontificem missas obsignavit. Joseph. *lib. 12. Antiq. Judaic. cap. 5.*

22 *Canem* † ex prora navis caput inclinantem, auctore Dione, Galba Imp. detulit, quòd signum illud ei à majoribus relictum esset. Freher. *lib. 1. Parerg. cap. 20. in fin.*

23 *Corrigiâ* † nunquid signari liceat, dubitatur? Joan. Faber. *in §. possunt. Inst. de testament.* relatus à Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. n. 41.* & Abb. Panorm. *in cap. 2. n. 14. de fid. inst. cap. 12. n. 3.* in eâ sunt opinione, quòd cum aliâ re ad signandum non destinatâ, puta Corrigiâ, fibulâ, vel alio quodam impresso sigillari
24 non possit. *l. ad testium 22. §. signum autem. D. de testam.* Ratio † quòd non habeat characterem, cum quo signandum non est. Rebuff. *d. quæst. 1. n. 41.* Et licet Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 33.* in eadem sit sententia: tamen hanc suam negativam ita vult intellectam, nisi quis Corrigiam ferat in Insignibus, quæ incisa sit in anulo. Vid. me *tract. de Jur. Insign. cap. 9. n. 89. & seqq.*

25 *Equi* † figura in sigillis insolita non fuit. Unde Hamelm. *part. 2.* **Oldenburg. Chronick.** *pag. 9. pag. 133.* ita scribit: **Es darff sich vber diß Sigel mit dem Pferd niemand verwundern / weil in Vorzeiten nicht vngewöhnlich gewesen / dergleichen zu führen.** Huic Equo armatus miles in manu vexillum, & ante pectus Insignia gerens, insidet.

26 *Lyram* † musicam Polycrates sigillum habuit teste Clem. Alexand. *III. Pædag.* Freher. *d. lib. 1. cap. 20.*

27 *Quadrigâ* † se in anulo usum fuisse refert Plinius Secundus *lib. 10. Epist. 78.* & de Amphitruone legitur, eum Solem cum quadrigis exorientem signum habuisse. Plaut. *in Amphit.* Pontan. *vol. 2. progymn. 74. in not. ad voc. Ecquid hoc signum. pag. 446.* Casp. Ant. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 5.* ubi Plauti verba ad hoc recitat. Freher. *lib. 1. Parerg. cap. 20. in fin.*

Scara-

Scarabæum † apud Ægyptios fortissimus quisq; sculptum gerebat, quia id sine fœmina animal est, post Ælianum Freher. *d. cap. 20. in fin.* Vid. suprà *cap. 2. n. 95. & seqq.* 28

De † Ranâ, Sphinge & similibus alijs dixi suprà *cap. 5. n. 29. & tract. de Jur. Insign. cap. 10. à n. 136. usq; ad n. 147.* 29

Sed *an † Sigilla, qualia ea sunt, semper depingere ac describere debeat Commissarius, quæritur?* Et respondetur, si id in Commissione, pro ut sæpè fit, exprimitur, dubium nullum habet, eum ad id teneri: Verùm si non expressa sigillorum fiat mentio, sed tantùm illa verba adijciantur: Schrifftlich Documenta auffzunehmen/ zu vidimiren/ vnd zu transsumiren/ hoc est, literaria documenta transsumendi & vidimandi, an tunc etiam ad descriptionem sigillorum teneatur? Si Ordinarium Stilum intuemur, id non observari videtur: sed ne Commissarius de potestate hac depingendi Sigilla dubitet, certus ex generali concessionis clausula esse potest, de qua, ut & alijs rationibus Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 2. 3. 5. 6. & 12.* 30

INSIGNIA SIVE ARMA UT & Res gestæ ac similia.

INsignibus † sive Armis familiæ sculpta habere sigilla à Veterum dimanasse videtur ritu, qui Imagine sua anulum signatorium honestabant. Plaut. *in Pseud.* 31

Eâ causa miles hîc reliquit symbolum
Expressam in cera ex anulo suam Imaginem,
Ut qui huic afferet ejus similem symbolum,
Cum eo simul me mitteret.

Et rursum in eadem Comœdia:

Eccum in tabellas porrectum: cera cubat.

Sunt † autem hæc Insignia vel Dignitatis, vel Gentis. *Dignitatis* arma sigillis accommodata fuisse tradit Nobilis Caspar Lerch/ ab & in Dürmstein *part. 1.* Reichs Ritterlichen Adels Herkommen. 2. Grundsatz/ *sum. 8. pag. 69.* Auch / ait, die alte Teutsche von Adel/ ihren gemeinen Burg- oder Ganerben-Häusern ein gemeinen 32

Schild/Helm oder Wappen angenommen/ vnnd dessen ein jedes Mitglied sich in Ernst vnd Schimpff/auch in eignen Wappen gebraucht/wie aller Dürmsteiner Ganerben/Thürn/ vnd andere/ als die Cronberg Burckmann/ von vnterschiedlich daselbst Linien gewesen/dergleichen geführt haben/ in Sigillis zu befinden. Confer me
33 Tract. *de Jur. Insign. cap. 5. Rubr. Offic. n. 29. & seqq.* Talia † ferè hodiè omnia Imperiorum, Regnorum, Principatuum & Comitatuum sunt Insignia, cum non tàm Imperatoris, Regum, Principum & Comitum sint Arma, quàm ipsarum Provinciarum & Territoriorum.

34 *Gentis* † Insignia sigillis adhibita fuisse,& adhuc addi testatur Herm. Hamelm. *in Geneal. Illustr. Comit. Infer. Saxon. lib. 1. in Voc. Altenborg.* ubi Rosam in Lippiensium, & quinq; trabes in Aldenburgicorum Comitum sigillis cerni dicit. Sic Viri Illustres,Generosi,Nobiles & Clarissimi plerumq; signi loco in Sigillis Gentilitijs Insignibus utuntur,Petr. Rebuff. *tract. Nominationum quæst. 10. n. 41.* Carol. Molin. *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 14.* Ant. Sola. *ad Constit. Sabaud. antiq. Rubr. de Donat. vend. Gloss. part. 5. 6.* post Franc.Marc. *decis. Delphin. quæst. 991. n. 1. & 3. ac quæst. 992. n. 5.* Sichard. *ad l. si unius 12. n. 6. C. de testam.* Anton. Tessàur. *decis. Pedemont. 270. n. 1. & per tot.* Casp. Anton. Tessàur. *lib. 2. quæst. forens. cap. 100. n. 3. & 5.* Camill. Borell. *lib. 2. de Magistr. Edict. cap. 13. n. 30.* Chilian. König *part. 2. Process. cap. 39. vers.* aber dem Siegel. Matth. Wesemb. *cons. 178. n. 17.* Ern. Cothman. *resp. 38. n. 33. & 104. vol. 3.* Kirchner. *lib. 2. de legat. cap. 8. n. 96.* Besold. *in thes. pract. Voc.* Pettschafften/& ego plenè *d. tract. de Jur. Insign. cap. 10. Rubr. Annuli signatorij n. 136. cum seqq.* Iisque cum nominibus integris, vel primâ literâ notatis, vel in gemmas, vel metalla insculptis. Joan. Petr. Surdus *decis. Mantuan. 137. n. 3.* Bornitius *tract. de Instrum.*
35 *part. 1. lib. 1. cap. 20. pag. 85.* Nec † his solùm contenta veneranda antiquitas,sed & pugnæ effigies, rei gestæ historiam, detracta hostibus spolia, anchoras,symbola,varijs ex causis quæsita & inventa dicteria & id genus alia sigillis expresserunt. Borell. Besold. & alij supra relati *dd. loc.*

§.II. CHA-

§. II.

CHARACTERES.

Characteres † cumprimis ad Sigilla spectare, vel inde pate- 36
scit, quòd si aliquis literas alieno nomine conscripserit, illisque Ceram † loco Sigilli, absque tamen characteris & Sigilli 37
impressione, apposuerit, quoniam is scriptor conatus quidem sit falsum facere, non tamen falsum illud perfecerit, pœnam falsi non incidere, prout latiùs defendit Cravetta. *cons. 46. n. 4.* quem in hoc sequitur Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 3.* Debet † igitur Sigillum suos habere characteres cogno- 38
scibiles, vel saltem literas significativas & intelligibiles unde innotescere queat, cujus illud sit & dici mereatur. post Specul. Abbat. Felin. Decium & Gloss. Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 3. & 54.* Surd. *d. decis. 137. n. 8.* Zabarell. *in Clement. 2. supers. notab. Vt lit. pend. nihil innov.* per *cap. inter. Extra. de fid. instr.* Anton. Sola. *ad Constit. Sabaud. antiq. Rubr. De Donat. vend. Gloss. part. 5. n. 6.* Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 30. in fin.* Joan. Lupus *ad L. Tauri. 3. §. 54.* ubi addit; & hoc vocari Sigillum cum quo est sigillandum. Quod ipsum quoque sentit Rebuff. *d. tract. Nominat. quæst. 10. n. 41.* Item, *ait*, † debet continere characteres seu literas cir- 39
cum, ut Sigillum Universitatis, vel Sigillum Regis, vel alias literas apertas Sigillo convenientes. *text. in cap. significavit. de appell.* & ibi. Dd. *cap. inter dilectos. de fid. instr.* & illæ † cum nomine 40
sigillantis apparere debent, ut sit forma. Gloss. *in d. cap. inter dilectos. verbo. dimidia. de fid. instr. l. decernimus. C. de Aquæduct. lib. 11.* Chass. *ad Consuet. Burgund. Rubr. Nous auons faict mettre nostre. n. 5.* Casp. Ant. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 2. & seqq.* Marq. Freher. *lib. 1. Parerg. cap. 20.* Nam † Sigillum, quod non satis se 41
ostendit in forma impressionis, vel literæ non satis conspicuæ & legibiles nihil probant. Cravett. *cons. 46. n. 6. per cap. inter dilectos. de probat.* Prückman. *d. cons. 12. n. 105. vol.* Farin. *cons. 60. n. 46. vol. 1.* & *cons. 109. n. 21. vol. 2.* Menoch. *lib. 2. de arb. Jud. quæst. 113. n. 12. & 13. & lib. 2. præs. 57. n. 45.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 17.*

§. III.

INSCRIPTIONES.

42 CHaracteres † verò, qui in orbita Sigilli sunt, rectiùs hodiè IN-
SCRIPTIONEM, vel, ut alijs placet, Circumscriptionem
43 appellamus, & consistit † in literis, nomine scilicet & verbis. Ni-
col. Boer. *decis. 82. n. 1. & 2.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 3 text. in*
cap. inter dilectos. 6. ibi: in ipso Sigillo *cum vers. seq.* ibi: sed cum
proprium nomen. *Extra. de fid. instr.* ubi *n. præced. 1.* unum pri-
44 mò † esse notandum dicit, quòd in Sigillo Imp. circumcirca in-
serta esse debere hæc verba: JUSTE JUDICATE FILII HO-
MINUM. post Bald. *cons. 278. vol. 3.* Kirchner. *lib. 4. de Off. Cancell.*
45 *cap. 2. n. 64.* Et hanc † Inscriptionem in Sigillo Henrici VI. Imp.
se Bononiæ vidisse testatur Restaur. Castald. *tract. de Imp. quæst. 89.*
46 *n. 6.* Innuere † autem hoc ipso Impp. voluerunt, pias & Christia-
nas debere esse Inscriptiones, verbo divino & Psalmis conve-
47 nientes, ut † Cancellarij, Sigillorum principalium Custodes, hęc
tanquam justitiæ divinæ instrumenta, & sancta signacula, quæ
iniquitati, falsitati & injuriæ ulli protegendæ adhibere, nefas sit,
48 in manibus suis versari, meminerint. Quin † & boni Principes
Sigilla sua sibi ipsis obloqui & refragari voluerunt, ut si quid
fortè aliter, quam ea edicerent, nullius momenti hac ipsa ra-
tione haberentur, quòd divinæ Sigilli sententiæ ac jussioni re-
pugnarent, *essetque ipse sibi Imperator contrarius, quòd secus in*
49 *literis consignatis scriberet, quàm Sigillum præciperet.* Unde † in
Sigillo Regis Franciæ hæc sunt scripta verba. Et nomen sigil-
lantis debet esse in Sigillo. *cap. inter dilectos,* ibi: in ipso Sigillo.
cum vers. seq. de fid. instr. Boer. *d. decis. 82. n. 2.* Kirchner. *d. cap. 2.*
50 *n. 66. & seq.* Quare † reijcimus impiam & blasphemam Tartaro-
rum Regis Sigillo appositam inscribendi formulam: *Deus in cæ-*
lo & Chuichuth Cham in terra: Dei fortitudo & omnium hominum
Imperator. Joan. Boëmus. *lib. 2. de omnium Gent. morib. cap. 11.* Hen-
51 ric. Farnes. *lib. 1. de Simulach. Reip. panegyr. 2. cap. 9. pag. 23.* Ut † &
illam Muamedis Turcarum impiissimi, argenteo Sigillo pen-
dentes litteras principibus dantis, ut suæ religioni adhærerent,
in

in quo hæc ſcripta erant: *Muamedes Dei nuncius.* Aliter † Sar- 52
racenorum Dux Alis, in cujus Sigillo hæ litteræ: *Corde ſincero* DEUM DOMINUM *veneror.* Et Muavias eorundem Sarracenorum Dux: *O Deus ignoſce mihi.* poſt Cæl. Auguſtin. *lib. 1. Hiſtor. Sarrac.* Camill. Borell. *lib. 2. de Magiſt. Edict. cap. 13. n. 32. & ſeqq.* Plura ego hac de re *tract. de jur. Inſign. cap. 22. n. 28.*

His † quæ conveniat Sculptura & Cælatura, dixi ſuprà 53
cap. 2. n. 103. & 104. Illud † notatu digniſſimum, nullam inter u- 54
nam & alteram Sigilli formam eſſe differentiam, cum eandem fidem faciat Sigillum ſine ea literarum ſeu nominis circumſcriptione, ſi modò certum ſit, hoc eſſe ſigillantis Sigillum: ac illud, quod habet inſculptum nomen, prout tradunt Dd. relati à Menoch. *lib. 2. præſumpt. 57. n. 4. & 5.* Rationem † hanc ap- 55
ponente, quòd rei certæ & demonſtratæ fruſtra adjiciatur demonſtratio: *l. 1. D. de dot. præleg.*

§. IV.
LIGATURA.

Ligatura † denique ad Sigillorum fidem neceſſaria viſa eſt 56
Neronianis temporibus. Cum enim primùm ſigna iſta tabellis imprimerentur, voluit † poſtea Nero, ut lino appende- 57
rentur. Sueton. *in Neron. cap. 17.* refert, adverſus falſarios † tunc 58
primum repertum, ne tabulæ niſi pertuſæ, ac ter lino per foramina trajecto, obſignarentur: cautumq; ut in teſtamentis duæ primæ ceræ teſtatorum modò nomine inſcripto vacuæ ſignaturis oſtenderentur. Convenit cum his etiam Pauli *lib. 5. ſent. tit. 25.* doctrina: Ampliſſimus ordo decrevit eas tabulas, quæ publici & privati contractus ſcripturam continent adhibitis teſtibus ita ſignari, ut in ſumma marginis ad mediam partem perforatæ, triplici lino conſtringantur, atq; impoſitæ ſupra linum ceræ ſigna imprimantur. Briſſonius *lib. 6. De formul. & ſolennib. Rom. verb. §. cæterum. pag. 571* & de tabulis *lib. 7. verſ. Ad obſignanda autem teſtamenta. pag. 655.* Franc. Connan. *lib. 9. com. jur. civil. cap. 2. n. 4.* Jo. Dauth. *tr. de teſtam. ad l. ad teſtium. 22. §. fin. D. Eod.* Phil. Beroald. *in com. in Suet. Neron. cap. 17. ad verba. Ter lino trajecto.*

De

59 De Lino † quod diximus, simile est, quod hodiè in Diplo-
matibus regijs & aliorum magnorum Dominorum fit, in qui-
bus Sigillum Regis, Principis, Comitisve serico filo imponunt,
ex quo intelligi potest, quando Ulpian. *in l. 1. §. filinum. 10. cum
seq. D. de bon. possess. secund. tabul.* ait: Si linum, quo ligatæ sint ta-
bulæ, incisum sit, siquidem alius contra voluntatem testatoris
inciderit, bonorum possessio peti potest. Quod si ipse testator
id fecerit, non videntur signatæ, & ideò bonorum possessio pe-
ti non potest. Si rosæ sint à muribus tabulæ, vel linum aliter
ruptum, vel vetustate putrefactum, vel situ, vel casu, & sic vi-
dentur tabulæ signatæ: maximè si proponas vel unum linum
tenere. Si ter fortè vel quater linum esset circumdatum: di-
cendum est, signatas tabulas ejus extare, quamvis vel incisa, vel
60 rosa sit pars unius. Connan. *d. cap. 2. n. 4.* Exempla † & Icones
præstò sunt apud Martin. Crusium. *part. 2. lib. 10. Suevor. annal.
cap. 8. pag. 406.* Hamelman. **in Oldenburgisch. Chronick. Bün-
ting in Braunschw. vnd Lüneburg. Chron.** & similes alios.
61 Plura † de Lino & filo, ejus colore & jure probandi extant
apud Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 22.* & de filorum
62 hieroglyphico † apud Eliam Reusner. *in hort. histor. polit. coron. 2.
flor. 8. pag. 164. & seq.* qui eleganter in hæc verba scribit: Hinc in
symbolum fidei, in Codicillis Principum magnum Sigillum
apponitur, inseruntur fila, quæ pendent è charta, medio Sigillo
63 Principum, ut doceatur, Principes † suis promissis in perpe-
64 tuum esse ligatos, quos non decet labium † mendax, teste Salo-
65 mone Proverb. *cap. 17.* Quemadmodum enim Deus, † de cu-
jus fide dubitare nefas est, sua custodit pacta, nec illorum obli-
viscitur: ita quoque Principis, qui in potestate & auctoritate
sua Dei repræsentat Imaginem, verba & promissiones ad fir-
mitatem propemodum divinam accedere debent, postquam
fidem dedit, etiam cum rerum suarum jactura; atque ita hone-
stum semper præferendum utili. Conf. etiam quæ dixi infrà
cap. 12. §. 2. præsumpt. 13. n. 91. & 92.
66 Totum † hujus formæ Sigilli negotium, & quoad Imagi-
nem, characterem & ligaturam in descriptione Sigilli literis
funda-

fundationis Cœnobij Wengensis paucis comprehendit. Crusius. *d. loc. lib. 11. part. 2. cap. 13. pag. 484.* Sigillum, *ait*, quod literis fundationis Monasterij Wengensis apud Ulmenses ab Henrico Episcopo Constantiensi, ut veris, confirmando adjectum fuit, Characteres habuit, qui hoc ipso Episcopo Henrico ajente sonant: Sancta Maria, Dei genetrix. Ipsum Sigillum rotundum: & in medio ejus effigies sive Imago S. Mariæ est desculpta, & filium (filum) de sericis gilvis & rubris ipsi instrumento appensum est.

Hinc † JCti circa Sigilla, ut probandi vim habeant, nec 67
suo destituantur usu & fine, sequentia Impressionis voce comprehensa, requirunt.

I. Imaginem quandam, vel Insignia.
II. Inscriptionem sive literas in circulo.
III. Orbitam.
IV. Sigillantis nomen.

Pet. Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. n. 41.* Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 53.* Menoch. *lib. 2. de arb. judic. quæst. 113. n. 12. & lib. 2. præsumpt. 57. n. 3. & seqq.* Anton. Sola *ad Constit. Sabaud. antiq. §. 1. Gloss. 5. n. 6. tit. De donat.* Farinac. *cons. 109. n. 21.* Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 12. in fin. & seqq.* Honthem. *lib. 4. de art. Notariat. cap. 11. n. 19. & 20.* Besold. *in thes. pract. voc.* Sigel. *vers. Ut Sigillum.*

§. V.

LOCUS ET ORDO.

Locus, † in quo Sigilla apponenda veniunt, communiter est 68
scripturæ finis. Rulant. *d. cap. 30. n. 8. & 22.* Unde post Bald. *in l. contractus. col. 2. C. de fid. instr.* scribit Cæpoll. *cons. crim. 22. n. 13. vol. 3.* De natura sigillorum esse, ut in fine scripturæ apponantur. Et hoc † probat *l. hac consultissima; 21.* ibi: finem 69
autem instrumenti subscriptiones & signacula. *C. de testam. l. hac consultissima. 8.* ibi: & in fine subscriptio sequatur testium, nec non omnium signacula tàm testium, quàm tabularij. *C. Qui testam. fac. poss. l. jubl signatum. D. de Verb. sign.* Speculator. *tit. de fid. instr. in fin.* Rebuff. *comm. ad Constit. Reg. tract. de*

 literar.

70 *literar. oblig. Gloss. 5. n. 1. tom. 1.* ubi † benè subjicit: Idem tamen dicerem ubicunque fuerit, modò instrumentum factum sit sub Sigillo, id est, sigillatum esse appareat, sive in latere, sive in fine, sive pendeat, vel alio modo instrumento adhæreat. Sequi enim in hoc consuetudinem patriæ & secundum eam regi oportet. Usitatus igitur locus ubi Sigillum ponitur esse debet,
71 cui Consuetudo dat auctoritatem. Et † quamvis communiter infrà post scripturam in spacio vacuo imprimatur, vel appendatur, Camera tamen Imperialis, Cancellaria & Parlamentum Moguntinum, Sigillum in superiore parte transversâ Processibus addere solet, cujus rationem se multùm mirari scribit Nicol. Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 64.* Conf. quæ dixi *cap. 9. vers. Limita 1. n. 25. & 26.* Sit venia verbo; in illa ego sum opinione, Processus hos Litterarũ sive Epistolarum vicẽ obtinere, quæ cum Sigillum à tergo impressum habeant, remansisse morem; licet aspectus Sigilli litterarum clausarum cum apertis non respondeat. Ita ipse oculis meis Anno 1640. die 8. Maij Originales Ferdinandi I. Roman. Regis in Imp. Castro Fridburgensi litteras, ad Joannem Brendelium Burggravium Inspruġi 14. Januar. 1533. super aureo denario Judæorum, vulgò **dem gülden Opfferpfennig der gemeinen Jüdenschafft** datas, Sigillum Imperiale post aperturam in summitate extrinsecus in Unicipite Aquila, coronâque regia promentes vidi & inspexi.

72 Hæc † autem Sigillorum appositio non inconveniens, inordinata, ac non justo & illegitimo modo & ordine facta es-
73 se debet, uti docent Altorfens. *cons. 111. pag. 731. & seq.* Nam † & in sigillando & in subscribendo quædam consistit præcedentia; atque ideò Major priùs sigillare debet. Abbas. *in cap. 1. n. 2. de Major. & obedient.* & alij relati à Pacian. *lib. 2. de Probat.*
74 *cap. 26. n. 112.* Inde † fit, quòd scriptura & ordo probat illum, qui posteriori loco scriptus est, minoris esse dignitatis illo, qui priori loco scriptus reperitur. *text. express. in l. 1. D. de alb. scrib.* & ibi Dd. ad unum omnes. Decian. *resp. 21. n. 9. vol. 1.*
75 Petr. Gregor. *lib. 15. Syntag. jur. univ. cap. 22. n. 8.* In genere † enim

enim ita receptum, ut digniores & Seniores primo loco in Consilijs & Instrumentis subscribant. Gloss. *in cap. cùm olim. de Consuet. & in cap. Statuimus. 1. distinct. 61.* Sic Primicerius † pri 76
mus scriptus in foro cantor dignior. Petr. Gregor. *d. cap. 22. n. 1. & 8.* Goldast. *de Senioratu lib. 1. cap. 23. per tot.* Conf. de hoc ordine omninò infrà *cap. 14. n. 10. & seqq.*

CAPUT NONUM.

DE NUMERO, MULTITUDINE ET emolumento Sigillorum.

SUMMARIA.

1. Anuli signatorij hieroglyphicum fidem est indicare: ideò non ornatus, sed signandi causa unicus solùm gestabatur.

2. Luxus & ostentatio anuli usum turbavit.

3. Sergius nobilis unde Orata dictus.

4. Multitudinem Sigillorum suo quoque tempore Sigismundus Imp. improbavit.

5. Et Bertachinus notavit.

6. Pluralitas sigillorum ad usus diversos permissa.

7. Plures anulos signatorios olim Principes habuerunt.

8. Hodiè personis publicis, Regibus scil. Principibus, & Magnis Dominis plura sigilla in usu sunt.

9. Multitudo Sigillorum unde Originem duxerit?

10. Conclusio. I. *Omne Sigillum ut probet, ijs causis adjici debet, quibus destinatum est.* & n. 11.

12. Litteris cum Sigillo non creditur in his, quæ aliena sunt ab Officio sigillantis.

13. Limitata Sigilli causa, limitatum inter fines suos parit effectum. & n. 18.

14. Nominationes Beneficiorum quocunq; Sigillo sigillare non sufficit, sed solùm destinato sive deputato.

15. Re qualibet ad usum destinata utendum.

16. Nominationes parvo Sigillo sigillatæ, quæ magno signari consueverunt, non valent.

17. Deputatum ad unum actum Sigillum in alio non facit fidem.

19. *Plura diversa habens Sigilla, iisque promiscuè utens, doli fit reus, actioneve in factum parti inde læsa tenetur.*

20. *Exemplum ad hoc elegans.*

21. *Non destinatum causæ Sigillum appositum, statim rem reddit suspectam.*

22. *Multiplicium Sigillorum exemplum ab Oldenburgicis sumptum.*

23. *Oldenburgicorum Comitum Titulus sive inscriptio.*

24. *Magno & Parvo Sigillo promiscuè utens Universitas non reddit litteras suspectas.*

25. *In Montepelusano litteræ quomodo signentur: ut & Parisiis?*

26. *Contrasecret,* Rücksigel oder Gegen*secret quid?*

27. *Contrasecretum ad evitandas fraudes conducit.*

28. *Deputato Sigillo non utens causam in scriptura exprimere debet.*

29. *Inordinato Sigillo signans, ejus in subscriptione suâ mentionem facere debet.*

30. *Alieno Sigillo in magnis & arduis sigillare non licet.*

31. Conclusio II. *Pluralitas Sigillorum majorem scripturæ fidem conciliat.*

32. *Pluralis numerus in duobus verificatur.*

33. *Sigillum unum alteri præbet testimonium.*

34. *Prælati plures authentica su[a] Sigilla apponentes plenam litt[e]ris contra tertium dant fidem.*

35. *Prælatorum singulorum sigilla, singulas semiplenas faciunt probationes.*

36. *Conjunctio plurium sigillorum ad eundem finem tendentium, plenam & integram facit probationem.*

37. *Et hoc Consuetudo Germaniæ probat.*

38. *Cæsareo Sigillo, Statuum ceræ & Imagines Decretis additæ, nihil detrahunt.*

39. *Cum Universitate & nomine Universali multa transeunt, quæ sub particulari non admittuntur.*

40. *Anglorum Epistola centum sigillis adornata, ad Papam missa.*

41. *Senatus, Consilium vel Camera, quod Sigillum apponat?*

42. *Præfecti, Domini sui Sigillo utuntur, quod tamen non est perpetuum.*

43. *Duo Sigilla si apponi caveatur, & unum tantum sit additum, authentica nihilominus erit scriptura.*

44. *Pluralitas resolvitur in suas singularitates.*

45. Nota-

§. I.

NUMERUS, MULTITUDO.

Cum † præcipuum significatum, verumque anuli signatorij 1
hieroglyphicum sit, Ingenui hominis fidem indicare, ideò Veteres Anulum non ornatus, sed signandi causa circumferebant, nec plus quàm UNUM habere oportebat, nec cuique nisi libero. Laudatissimum hunc morem, succrescente postmo-
dum luxu † & divitiarum ostentatione, deliciosi populi labes 2
violavit, dum preciosis gemmis signacula insculpere cœperunt, usque adeò hæc imitatio omnes lacessivit, ut certatim & aliquantò studiosiùs lapides preciosos requirerent, pluribus se ad ostentationem ornarent, gemmarumque luxum in infini-

tum crescere facerent, signo tamen in uno tantum permanen-
3 te. Hac † de causa factum scimus, quòd Sergio cuidam, nobili alioquin viro, cognomen additum, ut Orata diceretur, propterea, quòd duobus anulis aureis grandibus uteretur. Vulgus enim aurum orum, ut nunc passim dicitur, appellabat. Macrobius *lib. 7. Saturnal. cap. 13.* Polyd. Vergil. *lib. 2. de Invent. rer. cap. 21.* Abrah. Gorlæus. *in Dactylioth. præloq. pag. 5.* Pierius *lib. 41. hieroglyph. Rubr. de Anulo pag. 302. col. 1.* Jo. Dauth. *tract. de testam. ad l. ad testium. 22. §. signum a. n. 12. D. de testam.* Pacian. *lib. 2. de pro-*
4 *bat. cap. 15. n. 17.* Quod † ipsum cum indecens esse suo quoque tempore Sigismundus Imperator animadverteret, ita de Sigillis constituit: **Item es ist auch/ eines jeglichen Will Insigel haben/ vnd vermeinen auch grosse Ehre dardurch zu erlangen/ Es ist aber nicht zimlich/ die Menge der Insigel hat sie vnglaubig gemacht in deß Pabsts Hof/ vnd in der hohen Fürsten Höfe/ die kehren sich nun nimmer an die Insigel/ sondern was auch jetzt trefflicher Sach ist/ die werden nun alle verinstrumentirt.** Goldast. *part. 1. Constit. Imper. Rubr.* Weltliche *Reformation* Käisers *Sigismundi. cap. 25.*
5 Huc † spectant, quæ Bertachin. *de Episc. n. 53.* apposite in eo, qui pluribus sigillis usus fuit, notavit.

6 Hodiè † inter omnes constat, unum aliquem Principem, aut Dominum, vel etiam privatum, plura & diversa, usibus & negotijs diversis destinata Sigilla habere posse. *textus in cap. significavit.* & ibi Abbas, Phil. Franc. Præpos. Decius & alij. *Ext. de appell.* Franc. Zabarell. Cardin. *ad d. cap. significavit n. 2.* Nicol.
7 Everhard. *tr. de fid. instrum. cap. 12. n. 7.* Quemadmodum † enim priscis temporibus Principes plures anulos signatorios habuerunt, quosdam, quibus Epistolas & Acta publica alia obsignarent, alios, quos digitis propriis assiduè gererent, quibus secretiores scripturas, gemmarum, pecuniæ, ac aliarum preciosiorum rerum arces obsignarent. Marcell. Donat. *in dilucid. Sueton. in Tiber. cap. 73. pag. 594.* exemplo Alexandri Magni, Augusti Imp. & aliorum suprà *cap. 5. vers. Reges. n. 22.* annotatorum:
8 Ita † quoque hodiè personæ publicæ, præcipuè verò Reges, Prin-

Principes, & Magni Domini utplurimum distincta sigilla habere consueverunt, quorum unum causis Judicialibus, alterum Feudalibus, tertium negotijs secretis, quartum causis Cameræ & Contractibus sive obligationibus ipsius Principis deputatum est, ac ita deinceps de reliquis Sigillis Judicium sumendum erit. Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 7.*

Hanc † sigillorum varietatem & multiplicationem negotiorum diversitas introduxit, ita, ut singulæ res & negotia aptam & convenientem, per quam indicentur, habeant notam, vel, ut de Alexandri Magni Anulis. Q. Curtius *lib. 6. pag. (mihi) 154.* loquitur, ut appareret unum animum duorum non capere fortunam. 9

Conclusio † I. talis esto. *Omne sigillum, ut fidem mereatur & probet, ijs negotijs sive causis adijci debet, quibus officij ratione destinatum sive deputatum est. text. in cap. significavit. de appellat.* 10

Et ibi Dd. in Lecturis & Commentarijs,

Veluti, Præpos. Felin. Decius & Zanger. *n. 7. ac in cap. ad nostram & cap. suggestum. Eod. l. fin. & ibi Bald. C. ad Maced. & l. fin. ubi idem Bald. C. de jurisd. omn. judic.* Bart. *in l. quæ datis. D. Solut. matr.* ubi de sigillo, quod non est deputatum ad sigillandum.

In Tractatibus & Processibus:

Speculator. *tit. de Citat. §. Jam de citatione num. 13.* Pet. Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. n. 43.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 2. 8. 11. 33. & 43. cum ibi relat.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 16. & 17.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 60.* Rulant. *tract. de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 12.* Nicol. de Passerib. à Janua. *de privat. script. part. 3. quæst. 22. n. 7. & seqq.* Joan. Althus. *lib. 3. Dicæolog. cap. 41. n. 20.* & ego infrà *cap. 11. §. 2. concl. 1. limit. 2. n. 115. & concl. 5. n. 190. cum seqq. & tract. de Jur. Insign. cap. 13. n. 235. per l. ad testium. 22. §. 5.* ibi: variè enim homines signant. *D. Qui testam. fac. poss.*

In Conclusionibus, Consilijs & Decisionibus,

Mascard. *de probat. concl. 626. n. 49. concl. 627. n. 5. & concl. 1302. n. 29. & 53.* ubi exemplificat. Tusch. *pract. concl. 238. n. 2. & concl. 240. n. 7. lit. S. tom. 7.* Bald. *consil. 464. in prin. lib. 1.* Purpurat. *cons. 462. n. 6. vol. 2.* Henning. Goden. *cons. 63. n. 15.* Francisc. Marcus. *decis. Delphin. part. 1. quæst. 992. n. 8.* exemplum insuper ponens in curia Parlamenti Delphinalis, quæ utitur duplici hoc sigillo: Parvo ad litteras Judiciales deputato: Magno ad sententias definitivas: Et pro hoc facere dicit *cap. significavit, de appell.* Goedd. *cons. Marp. 27. n. 952. vol. 4.* Matth. Wesemb. *cons. 238. n. 16. & cons. 178. n. 25.*

11 Ratio † conclusionis I. est, quòd quotiescunque unius Domini separata ejusmodi sigilla existunt, tunc ad hoc, ut sigillum in ijs casibus, in quibus aliàs probare solet, suam obtineat fidem, necesse est, ut ijs casibus quibus destinatum addatur; quo-
12 niam † literis cum sigillo non creditur in his, quæ aliena sunt ab officio sigillantis, cum sigilli auctoritas restringatur ad causam & officium, ad quod ipsum sigillum destinatum fuit. Bald. *in Rubr. C. de fid. instr. n. 40.* & alij, quos refert & sequitur Lancellottus Gallia *cons. 15. n. 27. & seq.* Conf. infrà *cap. 11. vers. Septima*
13 *conclusio. In his quæst. n. 200. cum seqq.* Limitata † siquidem sigilli causa, limitatum inter fines suos parit effectum. *arg. l. in agris. D. de acq. rer. Domin.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 9.* Zasius *ad l. cum lex. n. 13. & 14. D. de legib. & ad l. sed & plures. §. in arrogato. n. 7. D. de vulgar. & pupill. subst. ac cons. 15. n. 44. lib. 1.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 32. Gloss. 1. n. 49.* Paul. Picus. *ad l. age cum Geminiano 3. C. de Transact. n. 7.* Pacian. *lib. 1. de probat. cap. 32. in addit. lit. A. & cap. 63. n. 36.* Nic. Boër. *cons. 26. n. 18.* Tib. Decian. *resp. 8. n. 252. & resp. 51. n. 7. vol. 1. resp. 3. n. 22. vol. 2. ac resp. 38. n. 35. vol. 3.* Myns. *resp. 61. n. 9. cent. 1.* Matth. Wesemb. *cons. 4. n. 36. & cons. 15. n. 3. vol. 1.* Franc. Pfeil. *cons. 62. n. 15. cent. 1.* Sixtin. *cons. Marp. 14. n. 28. vol. 2.* Phil. Matth. *ibid. cons. 20. n. 33. vol. 1.* Goedd. *cons. 26. n. 219. vol. 1.* Ex-
14 emplum † ad rem accommodum suppeditat nobis Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. n. 43.* Quæro, *ait*, an sufficiat quocunq; sigillo Universitatis sigillare beneficiorum Nominationes? Re-

Reſpondeo,quòd non, ſed oportet, quòd ſigillo deſtinato ad
Nominationes,ſigillentur, ſi aliquid ſit, & non valeret,ſi eſſet
ſigillum deſtinatum ad nominationes & gradus,& alio diverſo
ſigillo ſigillarentur,*cap. ſignificavit.* ibi: Sigillum Capituli ad ci-
tationes tantùm. *de appellat.* quod eſt notandum,quia † quâlibet 15
re ad uſum ejus deſtinatâ utendum eſt, *cap. ad noſtram. & cap.*
ſuggeſtum. de appellat. Bald. Peruſin. *in d. cap. ſignificavit.* Et per † 16
hoc dixi,quod ſi Nominationes conſueverant ſigillari magno
ſigillo,& Rector appoſuit parvum Sigillum, quòd non valent,
per ſuprà adducta. Nam Sigillum † ad unum actum deputa- 17
tum,non facit in alio actu fidem. *d. cap. ſignificavit.* Nam limita-
ta † cauſâ,limitatum producit effectum.*d. l. in agris..D de acq.rer.* 18
domin. Aretin. in *d. cap. poſt ceſſionem.* Decius *in d. cap. ſignificavit.*
Hactenus Rebuffus.

II. Ratio † eſt, quia diverſa habens Sigilla, iiſque pro- 19
miſcuè utens,vel de dolo conveniri, vel ſaltem actione in fa-
ctum ad intereſſe parti, inde fortè læſæ, tenebitur. Nicol. E-
verhard. *d. tract. de fid. inſtr. cap. 12. n. 11. per ibi relat.* ubi taliter
exemplificat. Si mercator † literas Cambij ad remota loca ali- 20
cui datas ſigillo ad alios uſus deſtinato ſigillaverit, propter
quod literæ à correſpondentibus ejus non fuerint acceptatæ,
indeque is, qui pecuniam accipere debuerat, damnum paſſus
ſit: vel Telonarius literas ſolutorum vectigalium ſigillo ad
eam rem deputato non ſignaverit, propter quod merces in a-
lio loco tranſitu prohibitæ fuerunt, indeque juſto tempore ad
nundinas non venerunt, qua de cauſa Dominus mercium
damnum paſſus ſit,hujuſmodi intereſſe & damna ab iſtis Sigil-
latoribus recuperari poſſunt. Nam † ubi Dominus aliquis di- 21
verſa habet Sigilla & invenitur unum appoſitum ſcripturæ,
quod pertinebat ad alias cauſas, tunc res ſtatim incipit eſſe ſu-
ſpecta, quia vel ſigillum præſumitur appoſitum fuiſſe ab eo,
qui ad tales cauſas non habuit mandatum, & ei meritò credi
non debet,vel præſumitur appoſitum fuiſſe per errorem, qui
ſigillantis conſenſum excludit, ſine quo ſigillum ex teſtimo-
nio deſcendens,nullum eſt: aut ſubtractum & furtivè appoſi-

tum fuisse præsumitur, ut ex eo fides scripturæ magis vacillet, damnumque crescat. Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 43.* Nam sigillum ad causas deputatum, fidem in alijs actibus non facit. Francisc. Marc. *decis. Delphin. part. 1. quæst. 992. n. 8.*
22 Ejusmodi † diversa Sigilla & Insignia Comites Oldenburgicos alijs atque alijs temporibus, ac separatis in negotijs & ex causa olim habuisse, auctor est. Herm. Hamelman. *part. 2.* Oldenburg Chronick. *cap. 11. in fin.* Es hat auch/inquit, Graf Conrad der I. zu Oldenburg eben so wol als seine Vorfahren vnterschiedlich Sigel vnd Wappen geführet (utpote Rosas, Equitem armatum, & Arma gentilitia, sicuti passim ex d. Chronico manifestum,)
23 vnd sich bißweilen geschrieben: † Conradus Domicellus Dei gratia in Oldenborg: bißweilen auch also: Conradus Domicellus Dei gratia Comes in Oldenborg/wie solches viel vnterschiedliche Brieff von den Jahren 1340. 1344. 1348. 1350. 1351. 1355. mit nachgesetzten Sigeln gnugsamb bescheinen vnd bezeugen; quorum ibidem quatuor in Icone apponit.

24 *Limitatur* I. † superior Conclusio in Universitate, quæ promiscuè Magno & Parvo Sigillo ad actum aliquem utitur. Nam tunc literæ erunt validæ, & sic contra opponentem non esse rectè sigillatas, salvari poterunt, secundum Dd. *in cap. inter*
25 *dilectos. de fid. instr.* Sic † in Montepelussano literæ magno sigillo cum impressione minoris sigilli à tergo sive retrò sigillantur, quod ipsum si non observetur, non valet actus, quia ita fieri solitum est. *arg. l. certi condictio. §. si nummos. D. si cert. pet.* & ibi Jason. multa ad hanc rem facientia adducere, & idem in Civitate Parisiensi fieri consuetum esse, tradit Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. num. 43.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. num. 22.*
26 *& seq.* Hoc † sigillum Germani nostri Contrasecret Burck-Sigel oder Gegen-Secret, quod principali sigillo retrò annexum fuit, vocant. De quo Herman. Hamelman. *part. 2.* Oldenburg. Chronick. *cap. 9. pag. 133.* ita scribit: Es ist auch zu notiren, daß zwey Brüder jhrer Voraltern gewöhnliche Sigilla verschie-

schiedentlich gebraucht/ als der eine das Pferd vnd Contrasecret, aber der ander den alten Helm mit vielen fünff Stücken: qui † modus sigillandi multum conducit ad evitandas fraudes. Nicol. Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 22.* 27

Limitatur II. † Si sigillans ad causam deputatum sigillum forte secum non habeat, alio suo sigillo uti poterit, illudque tùm demum vim probandi obtinebit, si in scriptura vel subscriptione, cui sigillum apponitur, hæc ipsa causa exprimatur, quòd scilicet propter sigilli Ordinarij, quod tunc præ manibus non erat, Dominus aliud suum sigillum apposuerit, post Speculat. & Philipp. Franc. Nicol. Everhard. *d. tract. cap. 12. n. 10.* Francisc. Marc. *decis. Delphinat. part. 1. quæst. 992. n. 8.* post Panor. *in cap. significavit. de appell.* dicente, licitum esse habere plurima sigilla destinata ad diversos actus, & quòd non sit utendum uno pro alio, nisi ubi non habetur alterum præ manibus; idemque tenere Præpos. *in d. cap. significavit.* 28

Limitatur III. † Nisi sigillans de inordinato sigillo in subscriptione sua mentionem fecerit. Nam quemadmodum is, qui propter sigilli proprij defectum alieno signat anulo, ejus in subscriptione mentionem facere tenetur, per ea quæ suprà *cap. 4. vers. Declaratur I. n. 97.* pleniùs diximus: ita quoq; is, qui diverso & ad rem non deputato sigillo uti necesse habet, ejus mentionem faciet: ne sicut is, qui alieno sigillo contra legem signat, tanquam falsarius puniatur. post Franc. Marc. *decis. Delph. 994. part. 1.* Decium *cons. 175.* Clarum *in §. falsum. n. 26.* & ibi Bajard. *in addit. n. 186. & seq.* Boer. *decis. 82.* Grammat. *decis. 27.* Ploc. *cons. 95.* Afflict. *decis. Neapol. 404. n. 20.* Don. Garf. Mastrillus *ad Indultum generale. cap. 34. num. 1.* Idque † maximè verum in magnis & arduis negotijs, ut in privilegijs & contractibus magnarum quantitatum, quibus casibus alieno sigillo nunquam sigillari decet. Gloss. *in cap. inter dilectos. verbo, fuerant. & ibi Bald. n. 15. vers. sed oppono. Ext. de fid. instr.* 29 30

Felin. *in cap. 2. n. 35. Eod.* Mascard. *de probat. concl. 1309. num. 21.* Pruckman. *conf. 1. n. 35. vol. 1.*

31 Conclusio † II. *Quo plura sigilla & solemnia scripturæ adhibentur, tantò major & plenior fidei, certitudinis & veritatis detegendæ ratio habetur, tantoq; minor relinquitur erroris & falsitatis committendæ occasio, & aliàs scriptura improbabilis fit probabilis. Auth. Itaque. C. Comm. de success. §. hodiè. ubi Gloss. Instit. de Adopt.* Panorm. *in thes. singul. in Jur. Canon. decis. in Voc. Sigilla.* Carol. Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. sub. n. 12.* Franc. Vivius *com. opin. 387. n. 4. in med.* Regn. Sixtin. *conf. Marp. 11. n. 34. vol. 2.* Argentorat. *conf. 112. n. 66. vol. 2.* Casp. Anton. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. cap. 100. n. 7.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 56.* Andr. Knich. *Encyclop. cap. 2. n. 55. post cap. post cessionem. Ext. de prob.* & Borell. *conf. 40. num. 37.* Besold. *in thes. pract. Voc.* Sigill. *54. pag. 743. in fin. & seq.* Hier. Pantschm. *lib. 2. quæst. pract. 2. n. 46.* Sic literæ sigillatæ à pluribus Prælatis, atque sic
32 etiam à Duobus (cum pluralis † numerus in duobus verificetur *l. ubi numerus 12.* ibi: pluralis elocutio duorum numero contenta. *D. de testibus. cap. pluralis 40. de R. J. in 6.* Decian. *resp. 32. n. 85. vol. 2.* Surd. *conf. 31. n. 23.* Farinac. *part. 1. prax. & theor. crim. quæst. 47. n. 247.* Coras. *lib. 7. miscell. cap. 11.* Schrader. *de Feud. part. 10. sect. 2. num. 2.* M. Wesemb. *conf. 132. num. 25. & 27.*) plenam faciunt probationem: quod *Primò* non aliundè descendit,
33 quàm ex eo, quòd † unum sigillum alteri præbeat testimonium, & omnem suspicionis occasionem removeat, *arg. §. sed hodiè 2.* ibi; quia concurrunt in una persona & naturalia & adoptionis jura. *Inst. de adopt. Auth. Itaq. C. Comm. de success.* Felin. *in cap. post cessionem. n. 16. de probat.* Nicol. Everh. *d. cap. 12. n. 26.*
34 *Deinde*, quia † si plures Prælati authentica sua sigilla apposuerint, tunc tales literæ plenæ probant contra tertium, etiam in negotio non pertinente ad officium sigillantium, *arg. text. in cap. cùm olim. Ext. de dol. & contum.* Dd. *in cap. post. cessionem Ext. de prob.* &
35 ibi Fel. *n. 16.* Ratio † est, quia singulorũ Prælatorũ sigilla, singulas semiplenas faciũt probationes sive præsumptiones, Gilm. *decis.*
36 *17. n. 5. li. 2.* quæ † si conjungantur unam, ad eundem finẽ tendentem

tem probationé plenam & integram faciunt. Dd. *in l. admonendi. D. de jurejur.* Aretin. *conf. 42. n. 3.* Hieron. de Monte *tr. Fin. regund. cap. 53. n. 4.* Menoch. *conf. 284. n. 44. 45. & 48. ubi declaratur. conf. 402. n. 60. & seq. conf. 816. n. 50. conf. 692. n. 28. conf. 1101. n. 14. conf. 1108. n. 3. & conf. 1151. n. 14.* & ita † de consuetudine plurium 37
locorum, ut & ipsius Germaniæ observari testatur Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 26. in fin. & n. 39.* Hinc perspicuum est, neq; † 38
Cæsareo Sigillo auctoritatis, atque juris quicquam detrahi, neque officium Cancellarij Imperij imminui, si Decretis consensu Statuum ordinatis, obligationibusque publicis, majoris stabilimenti atque roboris causa Statuum ceræ & Imagines simul addantur. Pluribus Kirchner. *lib. 4. de Off. Cancellar. cap. 2. n. 60. & seqq.* cum multis præcedentibus contra Bodinum disputans. *Denique,* † quòd multa cum Universitate & nomine universali 39
transeant & concedantur, quæ sub particulari non admittantur. *l. quædam. 26. D. de Acquir. rer. dom. l. in modicis. 24. de contrah. empt. l. 1. D. de fund. dotal. cum similib.* Tiber. Decian. *resp. 109. n. 11. & 12. vol. 3.* August. Beroj. *conf. 204. n. 34. vol. 1.* Matth. Wesemb. *conf. 129. n. 41. & conf. 268. n. 52.* Schrader. *de Feud. part. 1. sect. 19. n. 48.* Menoch. *de arb. jud. quæst. 54. n. 48.* Matth. Coler. *decis. 229. n. 2.* Joan. Meichsner. *tom. 3. decis. Imp. 14. n. 121.* Pomposa † au- 40
tem magis, quàm necessaria est Anglorum Epistola, centum Sigillis adornata, de qua Matth. Westmonasteriens. *in histor. florib. in Anno Grat. 1300. pag. 433.* ita scribit: Concordati itaque Rex (Angliæ) & Barones, ordinarunt Domino Papæ elegantem Epistolam signatam centum Sigillis, petitoriam, ut jus Anglorum in Regno Scotiæ ab initio habitum, justè protegeret, & falsis suggestionibus perjuratorum Scotorum aurem minimè inclinaret.

Declaratur † hæc conclusio quoad Senatum, Consilium, 41
vel Cameram, quæ unicum Sigillum apponit, & quidem Imperatoris, sive Principis, quia literæ & expeditiones fiunt sub nomine Principis ex voto Senatus, vel Consilij, aut Cameræ, & sub nomine pariter Principis sententiæ proferuntur. Atque ita in omnibus Magistratibus supremis, qui sub nomine Principis

42 cipis judicant, observari solet. Præfecti, † si Senatoris vices sustinent, Principis Sigillo utuntur, licet hoc non sit perpetuum. Casp. Anton. Tesaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 11.*

43 Conclusio † III. *Quòd si in dispositione aliqua caveatur, duo sigilla apponi debere, appositumq; tantùm fuerit unum, nihilominus authentica erit scriptura.* post Joan. Fabrum. *in §. possunt. Inst. de testam.* Benedict. de Bened. *in cap. Raynutius, verbo, Mortuo itaque testatore. 1. sub n. 408. de testam.* ubi disputando per octo fundamenta concludit sufficere instrumentum ab uno levari
44 Notario. Alex. Raudens. *de Analog. lib. 1. cap. 32. n. 5.* Ratio † desumi posse videtur ex præced. *n. 3. & 4.* quia regulare sit, quòd pluralitas resolvatur in suas singularitates, *l. falsa. §. fin. D. de Cond. & demonstr. cum similib.* Dd. *in l. heredes mei. §. cum ita D. ad Trebell.* ubi latè Franchus. *in 8. part. sub n. 303.* & perinde
45 habeatur, ac si † quilibet ex Notarijs, se de instrumento conficiendo rogatum fuisse, dixisset. Gloss. *in verbo: Tabularijs. in fin. cap. Si verò absunt. Novell. de hered. & falcid.* Bald. *in l. fin. §. Cum igitur. sub n. 11. vers. E contra cum plures Notarij. C. de Jur. delib. & in cap. quoniam contra. n. 11. verbo: Duos. de probat.* Et facit text. *in l. 1. D. de Off. Consul. l. si quis decurio. in fin. C. ad L. Corn.*
46 Ideò † etiam si ex duobus, qui de instrumento fuerunt rogati, alter sit inhabilis, ex persona alterius instrumentum sustinetur. *l. 2. §. 1. vers. Quid enim. D. Quod fals. tutor.* Bald. *in l. Imperator. ad fin. D. de Stat. hom.* Alex. in *l. prætor. §. cogentur. n. 3. D. de Edend.* Decius *cons. 36. sub n. 4.* Alexand. Raud. *d. cap. 32. n. 3. & 4. li. 1.*

47 Conclusio † IV. *Privata scriptura nihilominus privata manet, & ad instar publicæ non probat, etiamsi multorum Nobilium Sigillis munita sit.* Carol. Molinæus *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 8. Gloss. 1. n. 12.* Joan. Goedd. *cons. Marp. 28. n. 9. & 18. vol. 1.* ubi *n. 22.* hoc verum esse dicit de jure communi: sed secus esse de Stylo Cameræ Imper. in qua privatis sigillis subsignata scriptura publici instar instrumenti haberi ex Tilman. de Benign. & Gilmanno probat. Pro declaratione tamen hujus Conclusionis vid. quæ dixi suprà *cap. 4. §. 1. De publico Sigillo n. 80. 82. & 83.* Licet
48 aliàs Dd. communiter Molinæum sequantur. Unde † Matth. Wesemb.

Wesemb. *conf. 178. n. 14. in fin. 15. & 17.* scribit, privatam tantum scripturam privati Sigillum efficere, quamvis sit alicujus Nobilis Vasalli, vel Domini feudi, eorumque ut & Patroni ac Clientis armis sive insignibus scriptura illa sigillata fuerit Sigillis: quæ non magis probat, ut subscriptio privata, nullius fidei, nisi sit recognita aut aliter verificata, existens.

§. II.

EMOLUMENTUM.

Cum † in Curijs multorum Prælatorum tanta pro Sigillo, et- 49
jam ultra omnes expensas, quas sigillatio requirit, fiat ex-
torsio, ut Prælati multi de Sigilli lucro modò mille libras, modò
duo millia & ampliùs habeant, non videtur hoc fieri posse sine
magno animæ periculo, cum ordinarij, qui sunt competenter
stipendiati, gratis ea, quæ sunt justitiæ exhibere debeant, post
Histor. tripart. *part. 3. in 2. Tom. Concil. cap. 5.* Joan. Wolffius
Lection. memorab. cent. 12. pag. 392. Auctor *comment. de regno rectè
administr. contra Machiavell. lib. 2. theor. 1. pag. 193.*

Verùm † quæstum hunc ex Sigillis promanantem com- 50
mendabilem non esse dicit Zasius. *tract. de Feud. tit. Quæ res in
feud. dar. poss. n. 18.* Joan. Martin. Uran. *conf. 5. per tot. vol. 1.*
ubi illam quæstionem pertractat: An Prælatus possit aliquid
temporale exigere pro Sigillo literarum spiritualium, vel
ejus connexa continentium? Et apertè sanctione † suâ nega- 51
tivam roborat Sigismundus Imper. apud Goldast. *part. 1.
Constit. Imper. Rubr.* Die Weltliche *Reformation* deß hochlöb-
lichen Käisers Sigißmund *cap. 15.* Von Insigeln. *pag. 193.*
Vmb die Warheit/ ait, nyme man nun Geld anzehencken/ das
ist offner Wucher / dann man soll kein Warheit (dann die
Brieff vnd Insigel sind die lautere Warheit der Sachen) ver-
kauffen. Wenn ein Sach gericht vnnd geschlicht wird / so soll
es mit dem Sigel bestättiget werden / Die Bischöff verkauf-
fen vnnd versetzen jetzt jhr Insigel / vnnd schlägt man auff
die Insigel allezeit mehr vnnd je mehr; vnnd gehet recht vmb die
Insigel/

Insigel/als umb die Zöll/ wer es besteckelt / ist offner Wucher / darumb Ihr Bischöff/Reichsstätt und Herrn/ wie sie genant seyen/ besehend/daß Ihr kein Geld von Insigel nemet / bey Beraubung deß Insigels Freiheit / Nemet umb rechte Warheit nicht / das ist Gott lieb/ und ist recht/ JEsus Christus ist die Warheit / der hat gevestnet den rechten Glauben/mit der Geschrifft seiner mannigfaltigen Wirden / und versigelt mit seinem Menschlichem Todt alles umbsunst: also wir stifften und bawen sollen die Warheit auch umbsunste.

52 Si qua † igitur pro Sigillis debetur merces, illa non pro quantitate rerum in instrumento contentarum, sed solius laboris & præstitæ industriæ constituenda, ut nec plus, nec minus solvatur, quamvis plures res comprehendantur: *cap. felicis. de Censib. in 6. & Extravagant. cum ad sacrosanctæ. unic. De sent. ex-*
53 *comm.* Uran. *cons. 5. n. 47. & seqq. vol. 1.* Ut † nec ex numero consortum augenda merces. Uran. *d. cons. 5. n. 47. in med.* Joan. de Platea. *in l. fin. §. Ut autem. C. de re milit.* Ideò in Aur. Bulla Caroli IV. *tit. 26.* super Investitura & receptione Feudorum Imp. ita constitutum: Sigillatori pro cera & pergameno, unum fertonem; hoc est, dem Siegler vor Wachs und Pergamen/ein
54 Vierdung. Hoc † sensu reditus, qui ex Episcopalium sigillorum quæstu præstantur, quando scilicet is legitimus est, in feudum concedi possunt. Zasius *d. tract. de Feud. tit. Quæ res in feud. dari possunt. n. 18.* Rosenth. *de Feud. cap. 4. concl. 3. n. 1.* Gothofred. Anton. *disp. 3. Feudal. thes. 4. lit. h.*

55 Sed † quæritur 1. *An emolumentum illud, quod pro interinatione gratiæ Præsidi dari solet, debeatur Præsidi, qui interinationi assistit, & qui subscribit, an verò Præsidi, qui sigillat, quotiescunque Præsidem primum tempore interinationis non adesse contingat?* Et resolutum fuisse per Dom. Præsides Senatus Sabaudici, mense Julio Anno 1594. scribit Casp. Anton. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 15.* emolumentum illud magis ad Præsidem assistentem & sub-
56 scribentem, quam sigillantem spectare. De substantia † enim interinationis non est, ut expeditio sigilletur, modò minuta subscripta per Secretarium levetur: ideò solere latâ sententiâ fieri

fieri interpellationem parti de parendo, fine Sigillo, ut sigilli emolumentum, quod Secretario Principis compețit, evitetur, & non esse conveniens, quod Præses ratione Sigilli illud emolumentum consequatur, quia sine illius assistentia actus expediri possit, & ipse velit vel nolit sigillare teneatur.

II. Quæritur, † *An Notarij teneantur Emolumentum Sigilli à partibus exigere?* Quod vigore Edicti Philippi II. Hispan. Regis, editi Anno 1586. negatur, ut non sit Notariorum illud à contrahentibus exigere, & deinde firmario, aut Conductori solvere, sed tantùm teneri suorum instrumentorum notas (quas vocamus Prothocole) Conductoribus edere & communicare, ut ipsimet à partibus contrahentibus illud exigant, ne officium sit damnosum. Joan. Grivell: *decis. Dolan. 91. n. 9. & per tot.* 57

III. Quæritur, † *An Sigilli emolumentum Conductori illius loci, in quo instrumentum redactum est in scriptis; an conductori loci, in quo res in conventionem deducta sita est, cedat?* Posterius affirmatur 1. *arg. l. unic. C. de mulier. & in quo loco mulier muner. sub. deb.* ubi munera realia ibi subeunda esse, ubi res sita est. 2. Quia † locus contractus is propriè dicitur, non in quo instrumentum fuit conscriptum, sed in quo Conventio suam recepit perfectionem *l. 3. D. de bon. auct. judic. poss. l. contraxisse. D. de Obl. & Act.* ubi contraxisse is non utique intelligitur, ubi negotium gestum est, sed ubi ut solveret se obligavit. Grivell. *decis. Dolan. 91. n. 6. & seqq.* 58 59

CAPUT DECIMUM.

DE USU, FINE, EFFECTIBUS, VI ET potestate Sigillorum.

SUMMARIA.

1. Sigillum per se res inanimata & muta est.
2. Fides Sigillis data servanda est.
3. Græcorum fides nullis Sigillis colitur.
4. Fides priscorũ pauculis lineis & aureis crucibus contenta erat.

5. *Anulis plus quàm animis credi turpe.*
6. *Vna fides nobilissimum ac tutissimũ humani generis pignus.*
7. *Sigismundi Imp. sanctio super fide & observatione Litterarum sigillatarum.*
8. *Fidem servare Germanorũ est.*
9. *Fides & virtus auxilium commendationis aliena aversatur.*
10. *Bona fidei nihil magis convenit, quàm ut pacta serventur,* und daß man Brief und Sigel nachkomme.
11. *Subscriptioni & ratificationi sua quis stare debet.*
12. *Fidem Sigilli infringere, turpe, maximè apud veteres Germanos.*
13. *Fracti Sigilli insimulatus esse non debet admittendus ad Tornéamenta.*
14. *Imago sive Signum ipsum à consignatione tabularum ruborem aliquando afferentium, revocare debent.*
15. *Sigillans Senatus vel Collegium omnia ex æquo se facturum innuit.*
16. *Factis an voce quid exprimatur non refert.*
17. *Voci expressæ potiùs, quàm facto tacito standum.*
18. *Forma tradita ubi reperitur, illa servanda.*
19. *Sigilla nuda voluntatis promissioni præferenda.*
20. *Privatum Sigillum non nisi approbatum fidem facit contra tertium:*
21. Sin v. scribentis concernat præjudicium, approbatione haud indiget, sed sola comparatio sufficit.
22. *Vsus sigillorum ad evitandas falsitates introductus:*
23. *Et ut rei fides & veritas omnibus pateat.*
24. *Sigillatio non pendet ex proprietate & materia Sigilli, sed ex fide testantis.*
25. *In Contractibus usus sigillorum patet.*
26. *Contractum probat Sigillum, ubi Tabellio deficit.*
27. *In Testamentis usus sigillorum apparet.*
28. *De Actus complemento intensiùs per Sigillum constat.*
29. *Privati Sigilli impressio facit, ut faciliùs scriptura verificetur.*
30. *In Delegationibus & Subdelegationibus probandis usus earum subsistit.*
31. *Delegationes non sunt Acta publica Judicij.*
32. *Delegationes ex solo Sigillo non probantur, ubi speciali Commissione opus.*

33. Delega-

33. *Delegatam jurisdictionem Sigillum non probat: quod exemplificatur.*

34. *Delegatio per productionem Sigilli à persona domestica factam non probatur.*

35. *In Ecclesijs Vsus sigillorum prostat.*

36. *Communis Sigilli usus: tractatus communes, aula, refectorium & dormitorium commune: introitus & arca cõmunis &c. quid importent?*

37. *In Personis usus Sigillorum cernitur.*

38. *Nomen auctoris ex Sigillo probatur.*

39. *Sigillum fidem & vim testium supplet.*

40. *Procurator quis esse ex Sigillo præsumitur: quod exemplificatur.*

41. *Dominus quis esse ex Sigillo arguitur: addito exemplo.*

42. *Exemptionem ex Sigillo Frisios probare Hammelman auctor est:* & n.43 *ubi, quòd ita indiscretè hoc non procedat.*

44. *Superioritatis jura ex Sigillis probari, eleganti exemplo illustratur.*

45. *Juramentum Consulis Fridbergici noviter creati.*

46. *In Sententijs usus Sigillorum consistit.*

47. An sententia in favorem Regis lata & Sigillo ipsius confirmata, pro Rege fidem faciat? *Affirm.*

48. *Judex in propria causa est Fiscus & Imperator.*

49. *Rex Franciæ in suo regno Imperatoris locum tenet.*

50. *L. Exemplo. 7. C. de probat. intellectus.*

51. *De alijs Sigillorum Vsibus remissivè.*

52. *Ob Causas, finesq́; varios Sigillum apponitur.*

53. *Sigillum in Vim Voluntatis, Consensus, Approbationis & Perfectionis apponi solet.*

54. *Sigillum scripturæ confirmationem, & sic Consensum, gestorum ratificationem & actus perfectionem operatur.*

55. *Sigilla cum scientia & voluntate Domini apposita quovis modo probant.* & n.58.

56. *Sigillans ipse scripturam videre, legere & intelligere debet, ut approbasse dicatur.*

57. *Lectio & cognitio scripturæ in dubio præsumitur.*

59. *Sigillum quo fine appositum sit, constare debet.* & num. 60.

61. *Dispositio qualibet ad causam suam finalem restringitur.*

62. *Sigillum in dubio potiùs au-*

thorisationis, quàm obligationis ratione appositum esse, habendum.

63. *Formula authorisationis.*

64. *Formula obligationis.*

65. *Sigillum qualiter impressum, ut exprimatur, valdè necessarium est.*

66. *Judex si apponat clausulam: In cujus rei testimonium sigillum meum interposui: quid operetur? remissivè.*

67. *Sigillum cujus sit, in subscriptione exprimendum.*

68. *Sigillans in rebus magni momenti non videtur consentire.*

69. *Sigillatio ultra tractata & instrumento contenta accipi non debet.*

70. *Sigillans an & quando consentire dicatur, remissivè.*

71. *Sigillum in signum testimonij scripturæ addi solet.*

72. *Sigillum testimonij privatum publicam scripturam inducit.*

73. *Sigillum septum fidei vocat Euripides.*

74. *Testes subscripti, vel ad minimum inscripti esse debent.*

75. An agnatus, qui se subscripsit, vel sigillavit, alienationis instrumento consentire dicendus sit. *Disting.*

76. Quid si Dominus Feudi alienationi à Vasallo factæ præsens sit, vel fuerit, sciens ac intelligens, quid agatur & non contradicat, an consensisse dicatur?

77. *Jactare suum nemo præsumitur.*

78. *Declaratio animi ab externis pendet.*

79. *Sigillum præstitæ auctoritatis symbolum habet.*

80. *Sigillum dat scripturæ auctoritatem, eamque authenticam facit.*

81. *Syndici plenaria potestas Sigillo Universitatis apposito confirmatur.*

82. *Sigilli auctoritas ad causam restringitur & officium.*

83. *Sigillum solemnitatis nota est.*

84. *Sigillum Custodiæ causa quandoque additum.*

85. *Sigillum Confirmationis nomine affigi etiam solet.*

86. *Sigillum robur, fidem & firmitatem tribuit litteris publicis:* & n. 89.

87. *Imò & privatis.*

88. *Scriptura privata ex authentico Sigillo robur sumit: quod exemplificatur.* n. 89.

90. *Mandato sine clausula quomodo inter alia Sigillum locum faciat?*

Cautela elegans in debiti liquidi

§. I.

USUS.

QUamvis † Sigillum per se res inanimata & muta sit, nihil sine 1
literis & subscriptione probans, tribuens operansve: Bald. *ad tit. de Pac. Constant. verbo: Imperialis. n. 8. ac verbis: Communi sigillo. In usibus Feudor.* Cravett. *cons. 46. n. 3.* Bertrand. *cons. 113. vol. 2.* Petr. Wesemb. *cons. 48. n. 20. in fin.* Nicol. Everhard. Præses *cons. 74. n. 10.* Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 8. Gloss. 1. n. 13.* Martin. Monter. *decis. Aragon. 12. n. 9.* Joan. Koppen. *decis. 46. n. 24. & 34. per ibi relat. alios.* Gilman. *decis. 26. n. 83. lib. 1.* Menoch. *lib. 1. de arb. judic. cas. 29. n. 21.* Tusch. *pract. conclus. 239. n. 11. lit. S. tom. 7.* attamen

Primò † ab ævo necessitate ita suadente invaluit, datam 2
sigillis fidem servandam esse. Est enim rebus & Imperijs nihil indignius, quàm de sigillis eorum idem prædicare, quod Polybius *lib. 3.* & cum illo Bodin. *lib. 5. de Republ. cap. ult.* de Græcorum † fide proditum reliquit, cum scripserit, Græcis, si vel 3
centum numos aureos mutuo acciperent, auctarijs publicis decem, sigillis viginti opus fuisse, neque tamen propterea eos fidem colere potuisse. Hæc † candida priscorum erat fides & 4
simplicitas, quæ pauculis lineis, & pauculis crucibus aureis omnia fidei firmamenta ponebat, inquit eleganter Guiliel. Camdenus *in Britannia tit. Trinobantes, Essex. pag. 340. & seq.* O † tur- 5
pem humano generi fraudis ac nequitiæ publicæ confessioné, anulis nostris plus animis credi! O vitam illam priscorum! O innocentiam, qua nihil signabatur! At nunc cibi quoque & po-

tus vindicantur à rapina. Senec. *lib. 3. de benefic. cap. 15.* Cicero *lib. 16. Epist. famil. ad Tyr.* Plin. *lib. 33.* Casp. Anton. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 5.* Camill. Borell. *lib. 2. de Magistr. Edict. cap. 13. in fin.* Franc. Connan. *lib. 9. comm. Jur. civil. cap. 2. num. 3.*

6 Joan. Deckher. *lib. 2. dissert. ac decis. jur. 13. in prin.* Una † fides nobilissimum ac tutissimum humani generis pignus, haud satis angustos ad hanc rem circumscribendam, determinandamque invenire potuit Cancellos, rarò tandem privatis, utplurimum verò, ac ferè semper publicis signis plenam, integramq; dedit auctoritatem: non quòd privato sigillo data fides inviolabiliter servanda, sed quòd malitia hominum hanc sæpè fallat

7 & infringat. Cui † malo, quò eò citiùs obviarent Legumlatores, Sigismundus Imperator apud Goldast. *part. 1. Const. Imp. Rubr.* Die weltliche *Reformation* deß hochlöblichen Käis: *Sigismund. cap. 1.* Von Insigeln *pag. 193.* ita sancit: Man soll wissen / daß es waar ist / daß die Geistlichen vnd Weltlichen Ståt alleding bevestiget vnd bestättiget sind mit dem Insigel / vnd es bezeichnet auch alle Warheit wann was verbrifft vnd versigelt wird, das soll waar seyn / aber man sihet viel vnd dick / daß man gröblich wieder versigelt Brieff redet vnd thut. Es ist aber von Angende nicht also angesehen / sie süllen stet vnd vest seyn / Brieff vnd Insigel sind bey Eiden erkent: darvmb sie auch bestehen süllen. Christoph. Lehman *lib. 4.* Speirisch

8 Chronick. *cap. 11. pag. 304.* Hoc † est, quod Ludovicum Palatinum Electorem dixisse refert Augustin. Brunnius. *in Triad. Elector. polit. pag. 57. & seq.* Germanorum esse, servare fidem: idque Matthes. *concion. 39. de Diluvio* sic exprimere: Ich will an meinem Brieff vnnd Sigel nicht zum Schelm vnnd vnwehrten

9 Mann werden. Et † ut stipulationem præclara merita non requirunt; sic fides & virtus sua luce conspicua aversatur auxilium commendationis alienæ. Q. Aurel. Symmach. *lib. 2. Epist. 65.*

10 Atque † inde credo factum, cum Anno 1629. 1. Calend: August. à Viro Strenuo & Nobilissimo Dn. Joanne Wolff à Weitelshausen dicto Schrautenbach / Equite aurato &c. debiti 4000. Imperialium Joachimicorum nomine contra Amplissimas civitates Stolbergam & Wernigerodam fidejussores consule-

fulcerer, a me exaratum Responsum inter alia Facultatibus Juridicis, Coloniensi & Marpurgẽsi, ad subscribendum transmitteretur: Illa 11. Octobr. d. Anni hunc in modum subscripsit: Existimamus cum Dn. Consulente & juxta ejusdem votum in omni foro decidendum ac judicandum esse, & quidem absq; ulla ulteriori dubitatione; *Cum nihil bonæ fidei magis conveniat, quàm ut pacta & Conventiones serventur*, vnd daß man Sigel vnnd Brieff nachkomme. Hæc verò 14. Septemb. præd. Anni ita inter alia respondit: sed ne videantur maluisse litigare, quàm solvere, teneri bonam fidem agnoscere, & ab antecessoribus sanctè promissa, adimplere. Etenim † ut ait M. Wesem. *cons. 52. n. 14.* 11
subscriptioni & ratificationi suæ (quæ cumprimis per sigillum fit) quis stare debet: Ant. Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 2. defin. 5. n. 2. in not*. Cum † nihil indignius sit, quàm sigilli impressi auctoritatem 12
infringere, fidemq; earum rerum prostituere, quas nomine & charactere tuo muniveris; Tanta hoc turpitudini ac pudori veteribus Germanorum visum fuit, ut inter extrema opprobria habitum fuerit, si quis sigilli sui fide non stetisset. Inde † 13
etiam articulus Nobilitatis Equestris ejusmodi proditus est, *ne, si quis fortè sigilli fracti insimulatus esset, ad militaris exercitij honores, admittatur*. Kirchner. *lib. 4. de off. & dign. Cancell. cap. 2. n. 72. & 73.* Sæpè etiam † ipsa Imago muta sive signum revocare quemq; 14
debet ab ijs literis & tabulis consignandis, quæ ruborem & detrimentum afferre aliquando possent, ut de Lentuli Sigillo Cicero *Catal. 3.* Orat. Si † Senatus vel Collegium aliquod publico 15
suo sigillo literas quasdam confirmans, omnia se ex æquo facturũ innuit. *arg. l. in his. ubi Gloss. Bart. & Dd. D. de condit. & demõstr. arg. l. si paciscenda. C. de pact.* Virg. Pingiz. *illust. quæst. Saxon. 38. n. 15.*

Non † obstat, si dicamus, nihil referre rebus ipsis sive fa- 16
ctis quis aliquid exprimat, declaretve, an voce, *l. certum 6. D. de reb. credit. l. fin. §. 2. de divort.* Dn. Wilhelm. Anton. *tract. de Rescript. morat. post fin. inter Corollar. sect. 2. Coroll. 4. posit. 15.* ubi eleganter exornat; & † siqua est differentia, potiùs voci ex- 17
pressæ, quàm facto tacito standum. *l. de quibus. D. de Legib. l. cum quid. D. de Reb. Cred.* Respondetur † enim 1. prædicta vera 18
esse,

esse, ubi forma tradita non reperitur, quemadmodum de Si-
19 gillorum ordinatione constat. 2. Dicimus merito sigilla † nu-
dæ vocis promissioni præferenda, quòd sigillatio in hac oppo-
20 sitione res magis authentica sit,& ideò si† privatum sit sigillum,
non aliter contra tertium,& in ejus præjudicium fidem facit,
& probat, quàm si sit approbatum *l. procuratorem absentem.* ibi:
literis ejus approbatis. ubi Gloss. *D: de procur.* Canonistæ *in cap.*
post cessionem, de probat. hoc est, subscriptione publici Notarij:
arg. auth. ad hoc C. de fid. instr. vel duorum, triumvè testium, *l. si*
21 *quis ex signatoribus. D. Quemadm. test. aper.* subnixum. Sin † verò
scribentis concernat præjudicium, veluti in Epistolis, quibus
sola literarum comparatione factâ, absque ullo etiam sigillo
mittentem illas scripsisse creditur, *l. cum tabernam. §. Idem quæ-*
siit. ibi: quamvis signatæ tabulæ non fuerint, licet in apochis &
antapochis sola comparatio fidem plenam non faciat. *D. de pi-*
gnor: l. comparationes. C. de fid. instr. approbatione nulla est opus,
sed sola comparatio sufficit. *d. l. comparationes. cum similibus*, quia
vim confessionis extrajudicialis in ijs facta assertio obtinet.
Tyndarus. *tract. de testibus: lib: 2: cap. 8. n. 5. in fin. & n. 6.*

22 *Secundò.* † Ex modò dictis perspicuum est, Sigillorum U-
sum ad evitandas falsitates potissimùm introductum esse. Non
enim tàm facilè sigilla, ac scriptura falsificari potest. Sueton. *in*
Nerone cap. 17: Adversus falsarios, *ait*, tunc primum repertum,
ne tabulæ, nisi pertusæ, ac ter lino per foramina trajecto obsi-
gnarentur. Veteres † enim ideò sigillo usi, ut rei fides & proba-
23 tio omnibus pateat, quasi, quòd sigillum ipsius rei fidem & ve-
ritatem denotaret ac conservaret, sive illud fiat per apochas, si-
ve per testamenta. Casp. Anton. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. 100.*
n. 1. 2. & 5. Christoph. Besold. *in thes. pract. Voc.* Sigill. *54. pag.*
24 *745.* Sciendum † tamen, signationem sive sigillationem non
pendere ex proprietate vel materia sigilli, sed ex fide testantis,
prout post M. Wesemb. *in §. possunt. Inst. de testam.* Ern. Coth-
man. *resp. 23. n. 11. vol. 4.* docet.

His præsuppositis agnoscimus Sigillorum Usum *Primò*
25 cerni in † *Contractibus*, quia sigillatio certissimam contra-
ctus

ctus perfectionem ejusq; conclusionem denotat, Bald. *in l. contractus 17. n. 5. C. de fid. instrum.* per quam quis in contenta instrumenti super hoc scripti consentire præsumitur. *l. tribunus. §. 1. D. de testam. milit.* Bart. *in l. quæ dotis. Solut. matr.* per text. *in l. 2. C. de reb. alien. non alien.* Matth. Wesemb. *cons. 238. n. 11.* post Chassan. Schrader. *cons. 32. n. 4.* Imò † probat contractum, ubi tabel- 26
lio sive Notarius deficit, post Joan. Andr. & Bald. Zasius *cons. 18. n. 19. & 20. lib. 1.* Schrad. *cons. 32. n. 4.* post Bald. & Schurpf. *ibid. relat.*

Deinde † etiam in *Testamentis* obsignandis usus Sigilli 27
apparet, ut videre licet apud Appian. *lib. 1. bell. Civil. pag. (mihi) 72.* Paulus *lib. 5. sentent. tit. 25.* Amplissimus, *inquit*, ordo decrevit eas tabulas, quæ publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summam marginis ad mediam partem perforatæ triplici lino constringantur, atque impositum super linum ceræ signa imprimantur, ut exteriores scripturæ fidem interiori servent &c. Casp. Anton. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 1. 2. & 5.* Tunc † enim intensiùs de actus 28
(veluti testamenti sigillo parentis muniti) complemento constat, majoremq; fidem facit, post Carol. Ruin. *cons. 71. n. 9. vol. 3.* subjungentem, privati † sigilli impressionem ejus esse auctori- 29
tatis, ut eò facilius & promptius privata scriptura verificetur. Hier. Pantschm. *lib. 2. quæst. pract. 2. n. 46.* Conf. pluribus suprà *cap. 7. vers. XIV. Testamenta n. 33. cum seqq.*

Tertiò † In *Delegationibus* & *Subdelegationibus*, 30
per sola sigilla Judicum ordinandis, quæ per sigilla Delegantium probantur, *id est*, quando delegatio facta est per aliquam scripturam, quæ scripta est manu alterius, & in ea reperitur appositum sigillum illius, qui delegare potest: tunc licet non appareat scriptam esse delegationem manu illius, qui delegandi habet potestatem: attamen per illud solum suum sigillum delegatio, sive jurisdictio delegati probatur. Gabriel *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 25.* ubi plurimos ad hoc refert. Jac. Schults. *in Loc. comm. Voc. Sigillum per ibi relat.* quibus addo Speculat. *lib. 2. tit. De Instr. edit. §. 5. n. 11.* Eberh. Speckhan. *cent. 1. quæst. jur. 91.*

n. 12. Schrader. *conf. 32. n. 5.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.* post Mascard. *de probat. concl. 491. n. 1.* Ludovicum Gilhaus. *in arb. jud. civil. cap. 4. part. 1. de probat. §. 178.* Unde & Commissionem probare dicitur. Tusch. *pract. conclus. 239. n. 11. lit. S.*
31 *tom. 7.* Ratio † est, quia delegationes non sunt acta publica Judicij, cum sine causæ cognitione & partibus præsentibus fiant, post Joan. Baptist. Caccialup. *in l. more n. 43. de jurisd.* Mascard. *de probat. concl. 491. (aliàs 492.) n. 1. 2. & 3.* Gilhaus. *d. loc.*

32 *Limitatur* † tamen I. in ijs, quæ specialem requirunt Commissionem, in quibus illa ex solo sigillo non probatur, post Riminald. Junior. *conf. 236. n. 30. & seq. lib. 3.* Tusch. *d. conclus. 239. n. 11.*

33 *Limitatur* † II. In jurisdictione delegata, quam sigillum non probat. Sic Sigillum Imperiale, quo Camera Imperialis Processus & Mandata decreta roborat, nullatenus jurisdictionem ejus delegatam esse probat. Guil. Roding. *lib. 1. Pand. Camer. tit. 3. n. 3.*

34 *Limitatur* † III. Non procedere, quando producens & ostendens hujusmodi sigillum sit persona domestica, vel habitet una cum eo, cujus asseritur esse tale sigillum: non enim tunc delegatio probatur per productionem sigilli delegantis: secus si cum ipso non cohabitet, nec sit persona domestica, ut notat Joan. Andreæ *in cap. 2. de solut.* Mascard. *d. concl. 491. n. 4.* Gilhausen. *in arb. judic. civ. cap. 4. part. 1. de probat. §. 178.* Speckhan. *d. quæst. 91. n. 13. cent. 1.* Gabriel. *lib. 1. com. concl. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 13.*

35 *Quartò* † Sigillorum Usus etiam in *Ecclesiis* prostat, quando eam collegiatam esse demonstrat. Nam Sigillum, ejusque
36 usum † communem habere inter alia, veluti sunt, Tractatus communes: *ut in cap. cum Ecclesia utitur. De causa possess. & propriet.* Aula communis: *ut in l. 1. D. Quod cujusq. univers. nom.* Refectorium & Dormitorium commune: ut *in cap. quanquam. De vita & honest. Cler. cap. cum ad monasterium. De Stat. Monach.* Communis introitus: arca communis & similia, quæ annotavit Barbat. *conf. 17. n. 3.* Cardin. Zabarell. *in cap. nobis de Jur. patron. quæst. 2. & 3.* faciunt. Quarum conjecturarum si quædam tantùm adsint

adsint, (potest nihilominus ex alijs eadē Collegij qualitas probari. Mascard. *de probat. concl. 584. (aliàs 585.) n. 12.* Tiber. Decian. *resp. 6. (aliàs 7.) n. 1. 2. & 9. vol. 2.*) Sigillum commune habendum.

Quintò † In *Personis* usus sigillorum cernitur, veluti 37
1. quando quis ex illo, ejusque charactere, Imagine & Inscriptione *se talem esse* docere vult, sicuti quendam, qui se pro Comite Flandriæ Baldevvino gessit, argutè fecisse scribit Albert. Abbas Stadens. *in Chron. in Anno Chr. 1224. pag. 205. & seq.*

2. Quando † exinde nomen auctoris probatur. Cum enim 38
Sigilla auctorum ex prærogativa eis data per Imperatores apponantur, ut per Pompon. *in l. 2. §. post hunc D. de Orig. Jur.* eo sigillo apertè probatur, verum esse nomē auctoris, quod etiam ipsi sigillo impressum est, non ementitū, ut habetur *in cap. inter dilectos §. sed contra. vers. sed cum proprium nomen. de fid. instrum.* Boer. *decis. 82. n. 2.* Decian. *in Apolog. pro Jurisprudent. adversus Alciat. cap. 10. n. 32.* Facit † enim sigillum fidem & vim testium supplet, ut notant omnes Canonistæ *in cap. post cessionem. de probat.* Jason. *in l. pacta novissima. n. 16. C. de pactis.* Cravetta *cons. 121. n. 70. & cons. 122. n. 10.* 39

3. Cum † Procuratorem quem esse præsumimus. Sic Senis 40
homines rusticos Castrorum sive Universitatum sigilla afferre, & ex ijs Universitatum seu Cōmunitatum Procuratores se esse credi post Domin. *in cap. quamvis. de procurat. in 6.* scribit Staccha *part. 2. de Mercat. n. 88.* Conf. me supra *cap. 6. vers. Limitatur II. n. 38. cum seq.* Et in specie, quòd ex sigillo mandatum præsumptivè tantùm probetur. post Innoc. Card. Zabar. & Ant. Gabriel. firmat Vivius *decis. 54. n. 2. lib. 1.* Schrad. *cons. 32. n. 5.*

4. Item † cum *Dominum* quem *esse* arguimus. Signa e- 41
nim & sigilla ballis Mercatorum apposita, dominium eorū arguunt & indicant, indeq; eorū esse præsumuntur, quorum sunt signacula, post Bart. Bald. & Jason. Arnold. Reyger *in thes. Juris Voc. Sigillum. n. 2.* quod tamē in vasis vini signatis non procedit, quia magis ne submitteretur vinū, quàm ut traditum cēseatur, designat *l. 1. D. de peric. & commod. rei vendit.* Vid. me plenè *tr. de Jur. Insign. cap. 13. n. 208. & seqq. ac n. 215.* & infrà *cap. ult. n. 87.*

 5. Cum

42 5. Cum † *nulli subjectos nos esse* indicamus. Sic in commune Frisios, hoc est, die gemeine Frijen / vnd also auch die Rüstinger / Ostringer vnd Wangerer / olim liberum fuisse populum, nec ab alijs, quàm à suis Judicibus & Advocatis rectos & gubernatos fuisse, ex sigillo eorum proprio, junctis alijs, demonstrare annititur Hamelman *part. 3.* Oldenburgisch. Chronick. *pag. 455. & part.*
43 *2. cap. 2. in fin. pag. 116.* ubi Iconem hujus sigilli ponit. Dico, † alijs junctis. Nam absolutè ex sigillo exemptionem probare velle, est corticem habere sine nucleo, per ea, quæ tradit Gilman. *part. 1. Symphor. tit. 2. vot. 1. n. 115. pag. 95.*

44 6. Quando † *Superioritatis jura*, Germanicè die Oberhand / *promere* volumus. Sic sigillum Judicij Castri Fridbergensis vetus, & consuetum, semper Aquila Imperiali (quam hucusque Castrum in omnibus sigillationibus, signis secretis & alijs Armorum loco in clypeo defert) ungue dextro commune Castrensium S. Georgium Equitem: sinistro Civitatis Fridbergensis Arma, clypeum nempe ex albo & nigro colore, rectà divisum tenente sine contradictione in Superioritatis signum adornatum, emicuit. Similiter pixis argentea Castrensium vetustissima, quam Nuncius, vulgò der Silberbott dictus, ab antiquo palàm in & extra Civitatem possit, Imperialis Aquilæ Insigni parte in superiori; Comitatus verò Kaichensis Leone albo, aurea trabe cæruleo in clypeo transversim injectâ, in inferiore ex una, ab altera vero Civitatis Fridbergēsis ex coloribus divisū, ac Equiti S. Georgio adjunctum habens scutū, in eundem superioritatis finem claruit, prout Commissariis Cæsareis loco Memorialis super vetustis Castri & Civitatis Insignium monumentis hæc cum similibus alijs XII. Novemb. Anno 1608. exhi-
45 bita sunt: quibus † apprimè succurrit Juramentum novi Consulis Fridbergensis, in verbis: vnd was jhm fürkompt Brieff vnd andere Sachen / daran icht gelegen ist / dem Burggrafen vnd Rath fürderlich anbringen / vnd was jhm von der Oberhand / oder im Rath befohlen vñ beschlossen würde / darob seyn / daß solches ohn allen Verzug vnd ohngeändert volnzogen werde. &c. Plura, quomodò ex insignibus arguatur superioritas, dixi in tract. meo *de jure Insign. cap. 13. n. 103. & seqq.*

Sextò

Sextò † denique *in Sententijs* per Bajulos Regum latis 46 & Sigillo regio confirmatis, Sigillorum usus consistit. Hinc quærit Cynus, *si sententia † per Regni Bajulos in favorem Regis lata* 47 *sit, illaque proprio Regis Sigillo sigilletur, an sicut cætera Regis sententiæ pro Rege fidem faciat?* Et videtur dicendum, quòd non, sicuti de Fisco *in l. exemplo. 7. C. de probat.* sancitum est. Sed contrarium de facto servari, ait Salicet. *ibid. n. 2.* & hoc probatur etiam de jure, quia Fiscus † & Imperator in propria causa sibi jus dice- 48 re possunt. *l. 3. D. De his, quæ in test. delent. l. Et hoc Tiberius. 41. D. de hered. instit. §. fin. Instit. de Vulg. substit.* Gail. *1. obs. 39.* & ibi Grævæus *in concl. pract.* Gilman. *decis. 46. n. 8. lib. 1.* Surd. *cons. 50. per tot.* Schrader. *cons. 2. n. 9. & cons. 26. à n. 4. ad n. 22. usque.* & per cõsequens Rex † Franciæ, qui suo in regno locum Imperatoris 49 tenet, eò fortiùs sententiam, seu scripturam sententiæ suo Sigillo roborare poterit. Nec † refragatur *d. l. exemplo. 7.* quia lo- 50 quitur quando Fiscus formam debitam & essentialem non servat in scribendo, juxta Salicet. *ad d. l. 7. n. 2.*

Alij † Sigillorum qui sint Usus, ex rebus, quibus accom- 51 modantur, innotescere potest, de quibus dixi suprà *cap. 7. per tot.* ubi de rebus egi, quæ Sigillis firmantur: & infrà *n. 90.* ubi latè docui, quando Sigilla Mandatis sine clausula decernendis locum præbeant.

§. II.

FINES.

NOn † est in obscuro, Sigillum varias propter causas & varios 52 ad fines scripturæ apponi consuevisse.

Primò † enim apponitur in vim Voluntatis, Consensus, Ap- 53 probationis & Perfectionis. *l. sicut. 8. §. non videtur. D. Quibus mod. pign. l. fidejussor. §. pater Seij. D. de pignor. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. ubi Dd. D. de Verb. Oblig. l. distrahente. 2. C. de rebus alien. non alien. cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. & cap. 1. de Procurat.*

Ita Dd in Tractatibus, & Observationibus practicis: Mascard. *de probat. concl. 1294. (aliàs 1300.) n. 26.* Menoch. *lib. 2. de*

arbit. Judic. quæst. 113. n. 9. Nicol. Everhard. *tract. de fide instrum. cap. 12. n. 12.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 3.* Wehner. *pract. obs. Voc.* Blancket, Jacob. Schults, *in loc. com: Voc. Annulus. vers. Annulus signatorius.* Arnold. Reyger. *in thesaur. jur. Voc. Sigillum n. 20.*

In Consilijs & Responsis:

Schurpf. *cons. 16. n. 13: cent. 1.* Matth. Wesemb. *cons. 6. n. 147. cons. 12. n. 11. cons. 42. n. 7. cons. 78. n. 4. cons. 271. n. 152. & 154. ac cons. 282. n. 7.* Mynsing. *resp. 1. n. 52. & resp. 3. n. 23. & seqq. decad. 11. cent. 2.* Nicol. Everhard. Jun. *cons. 10. n. 85. & seq. ac cons. 25. n. 15. & 16. vol. 2.* Vultej. *cons. Marp. 15. n. 298. & seqq. cons. 17. n. 118. cons. 19. n. 6. & 7. vol. 1. cons. 12. n. 63. & cons. 32. n. 142. ac 151. vol. 4.* Ludolp. Schrader. *cons. 32. n. 3.*

In Conclusionibus, Communibus Opinionibus & Decisionibus.

Card. Tusch. *pract. concl. 239. n. 1. & seqq. lit. S.* Vivius: *comm. opin. 387. n. 5. verbo: Instrumentum. & decis. 54. n. 1. lib. 1.* cum utrobiq; relatis.

54 Ratio † hujus finis principalior est, quòd Sigillum scripturæ sigillatæ confirmationem, & sic consensum, gestorum ratificationem & actus perfectionem sive absolutionem operetur & inducat. *l. in fraudem. §. 1. D. de testam. milit.* Reichs-Absch. *de Anno 1500. art.* Wie die Besiglung dieser Ordnung binden sollen. *p. 58.*

Ita sentiunt Dd. in Commentarijs & Tractatibus.

Bald. *in l. in fraudē. D. de testam. milit.* Matth. de Afflict. *lib. 1. Comm. Feudal. tit. de controvers. Invest. n. 20.* Pet. Rebuff. *com. ad Const. reg. tit. de Liter. oblig. in præfat. n. 28. tom. 1. & tract. Nominat. quæst. 10. n. 40.* Barthol. Chassan. *ad Consuet. Burgund. tit. Nous auons faict mettre nostre. n. 6. & 7.* Riminaldus. *in l. pacta novissima. in fin. C. de pact.* Hippol. de Marsil. *in Repet. Rub. C. de probat. n. 300. vers. His expeditis.* Cravett. *part. 1. de antiq. temp. §. quæritur. n. 44.* Sigism. Scacc. *lib. 2. de judic. cap. 11. n. 1160.* Knich. *Encyclop. cap. 2. n. 52. & 53.* Camill. Borell. *lib. 4. de Magistr. Edict. cap. 13. n. 7. & seqq.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 3.* Mart. Mager. *de advocat. armat. cap. 14. n. 47. 80. 81. 82.* Helfr. Ulric. Hunnius. *part. 2. Encycl. t. 18. c. 5. n. 5.*

In

In Decisionibus, Definitionibus, Votis, Conclusionibus & Quæstionibus:

Franc. Marcus *decis. Delphin. quæst 990. n. 27. & quæst. 991. n. 7. part. 1.* Boer. *decis. 282. n. 6.* Gilman. *decis. 17. n. 3. & 5. lib. 2. & decis. 51. n. 42.* *Eod. ac tom. 4. Symph. part. 1. vot. 3. n. 82.* Anton. Faber *in Codic. lib. 4. tit. 20. defin. 3. n. 2. in not.* Gabriel *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 1.* Hieronym. Pancschm. *lib. 2. quæst. 1. n. 23. per ibi adduct.* Virg. Pingizer. *quæst. Saxon. 38. n. 6. 7. & 8.*

In Consilijs & Responsis:

Ludov. Roman. *cons. 302. n. 2.* Decian. *resp. 42. n. 15. vol. 5.* Schurpf. *d. cons. 16. n. 13. cent. 1. & cons. 67. n. 3. cent. 2.* Paris. *cons. 19. n. 108. lib. 2.* Bursat. *cons. 39. n. 26. vol. 1.* Zasius *cons. 2. n. 23. lib. 1.* Francisc. Pfeil. *cons. 39. n. 1. & 2. ac cons. 78. n. 34. cent. 1.* Matt. Wesemb. *cons. 38. n. 67. cons. 42. n. 6. cons. 78. n. 2. & 4. cons. 178. n. 2. & 4. & cons. 238. n. 11.* Schrader. *d. cons. 32. n. 3.* Matth. Coler. *cons. 28. n. 220. & cons. 45. n. 43.* Vultej. *cons. Marp. 16. n. 23. cum ibi relat. vol. 1. & d. cons. 32. n. 142. vol. 4.* Goedd. *cons. 28. n. 13. vol. 1.*

Ac denique in Processibus,

Unde Chilian. König, *part. 2. Process. c. 39.* ita infit: Die Sigel / an jhn selbst thun nichts / es sey dann daß sie mit Wissen vñ Willen der jenigen der sie sind / angehengt vnd auffgedrückt werden. Innoc. *in cap. 2. Gloss. verbo. Sigilli. de fid. instr.* Darumb wird die Clausel gemeiniglich bey der Besigelung gebraucht / daß das Sigel mit Wissen vnd Willen angehenckt vnd auffgedrückt sey / Vnd wo einer also mit seinem Wissen vnd Willen besigelt / der nimpt das jenig / das er besigelt / damit an / vnd muß es gedulten / so es jhm auch zu Schaden gereicht / per Cynum *in l. distrahente. C. de reb. alien. non alien. facit l. fidejussor. §. si pater. de pignorib.* Vnd darumb so eines befihlet einem andern / daß er jhm sein Sigel anhenge oder auffdrücke / das beweiset wider jhn / *arg. l. si procuratorem. de proc.* Cyn. *d. loc. & in l. 2.* ubi Bald. *C. de reb. alien.* vnd darauß folget / daß ein Sigel ohn Wissen oder Bewust dessen / deß es ist / angehencket / oder gebraucht wird / daß jhm das kein Schaden thue / *ut in l. Cajus. de pignor. act.* vnd wo einer sein Sigel oder Pittschafft an einem Brieff oder Vrkunde findet / der nicht beständig ist / daß es mit seinem Willen oder Wissen daran kom̃en sey / dem thut es keinen Schaden / ꝛc. Hactenus König. Rulant. *de Commiss. art. 2. lib. 5. cap. 39. n. 3.* 55

Ut

Ut autem sigillatio vim & præsumptionem habeat approbationis & ratificationis, sequentia diligenter notanda sunt necessaria requisita.

56 1. Ut † ipse sigillans scripturam istam viderit, legerit ac intellexerit: non autem alij fidem habuerit. *cap. 2. de fid. instr. l. 2. C. de reb. alien. non alien. & ibi Gloss. in fin. l. fin. C. Plus valor. quod agit.* Bart. & Bald. *in l. 1. C. de reb. alien. non alien.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 42.* Rebuff. *de chirograph. recogn. in præfat. n. 102. & seq. part. 1.* Coler. *part. 3. de process. execut. cap. 1. n. 139.* Cothman. *resp. 39. n. 46. vol. 4.* Köppen. *decis. 46. n. 27. part. 1.* Gilman. *decis. 17. n. 20. lib. 2.* Arnold. Reyger. *in thes. pract. voc. Sigillum. n. 23. per ibi. relat.* Conf. suprà *cap. 5. n. 72. cum seqq.* & *cap. 15. Rub.*

57 *IV. Qui & quot subscribant? concl. 1. n. 48.* Hæc † autem scripturæ lectio & cognitio in dubio, & quando aliud ac contrarium ex alijs circumstantijs colligi non potest, facta præsumitur. Gabriel *d. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 3. n. 28. & 29.* Arnold. Reyger. *in thesaur. pract. voc. Sigillum. n. 24.* Coler. *d. part. 3. cap. 1. n. 130.* ubi benè ex hoc ipso ad chartam blancam infert. Ingolstadiens. apud Giphan. *tract. de Renunciat. cons. 6. vers.* Weil dann. *pag. 204.* Vid. suprà *cap. 6. vers. Ex quibus infertur. & seqq. n. 114. cum seqq.* ubi etiam limitatur.

58 2. Ut † vel ipse sigillans Sigillum suum scripturæ alienæ appenderit, impresseritve, aut de voluntate sua illud vel appensum, vel impressum fuerit. Trentacinus. *lib. 2. tit. de fid. instr. resol. 7. n. 7.* Coler. *d. cap. 1. n. 127. & seq.* Schrader. *de feud. part. 1. quæst. 6. n. 31. & cons. 32. n. 2.* Schurpf. *cons. 67. n. 3. & 4. cent. 2.* ubi, quod debeat esse appositum tanquam Sigillum principalis. *l. fidejussor. de pignor.* König *d. cap. 39.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 32. & seqq.* ubi *n. 37.* extendit, ut subscriptione hic opus non sit. Hunnius. *d. part. 2. Encyclop. tit. 18. cap. 5. n. 10.*

59 3. Ut † pro inducenda obligatione sigillantis sit appositum: non verò solùm ad finem testimonij, alioquin si non, tanquam à contrahente, sed tanquam à teste sigillata fuerit scriptura, nihil eiusmodi sigillatio præjudicabit sigillanti. *l. si pater. 6. C. de fidejuss. text. in l. fidejussor. 26. §. 1.* ibi: cum neque consensu

sensu accommodaverit patri, aut signo suo. *D. de pignor. l. Cajus Sejus. 39. D. de pign. action.* Carol. Molin. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 12. & seq.* Matth. Wesemb. *cons. 178. n. 4.* Anton. Faber. *in Codic. lib. 4. tit. 20. defin. 3. n. 2. in not.* Coler. *d. part. 3. cap. 1. n. 132. & cons. 28. n. 221. & 223.* Gilman. *decis. 17. n. 26. lib. 2.* Paul. Christin. *decis. Belg. 185. n. 19. vol. 1.* post Alvarott. *in cap. Praeterea. Quib. mod. feud. amitt.* Hunn. *d. cap. 5. n. 13. & 14.* Honthem. *lib. 2. de art. Notar. cap. 51. n. 18.* ubi idem in subscriptione dicit.
60 Imò † licet præsupponamus Sigillum cum voluntate sigillantis appositum fuisse, tamen hoc ipsum aliquam obligationem sigillantis intuitu non statim importat.
61 Quælibet † enim dispositio ad causam suam finalem restringitur. *l. cum pater. §. dulcissimis. de legat. 2.* Cravett. *cons. 16. n. 1.* Virgil. Pingizer. *ill. quæst. Saxon. 38. n. 44.* Talis causa esse solet magis authorisationis, quàm obligationis: veluti quando à Senatu sigillatio & consensus ob hunc potissimum finem præstatur, ut alicui jus prioritatis præ cæteris creditoribus tali hypotheca destitutis in bonis debitoris competat. Pingiz. *d. quæst. 38. n. 11. & 44.*
62 Ideò † semper in dubio quando aliud non apparet, Sigillum potiùs authorisationis, quàm obligationis ratione processisse intelligitur.
63 Quo † spectat illa testimonij in hac subsigillationis materia argumentum præbens formula: Daß wir als Zeugen uff Ersuchen dero Principaln unsere Pittschafft zu End dieses Briefs gedrückt und angehenget/ doch uns/ unsern Erben und Nachkommen ohnschädlich/ *hoc est*, sine nostro, nostrorumque heredum præjudicio, sive salvo jure nostro, nostrorumque; quæ ipsa clausula illud innuere videtur, non in vim consensus & obligationis, sed potiùs authorisationis & testimonij Sigillum appositum esse, & ob id protestationis loco esse. Coler. *d. part. 3. cap. 1. n. 135.* Honthem. *lib. 4. de art. notar. cap. 11. n. 40. & 50.* Hunn. *d. cap. 5. n. 13. & 14.*
64 Secus † esse videtur, si in fine scripturæ ita referatur: In cujus rei testimonium Sigillum meum interposui. Hart. Pistor. *obs. 173. n. 49.*
65 Ex quibus † colligimus valdè necessarium esse, etiam ob subscriptionis & sigillationis æquipollentiam in scriptura id exprimi, qualiter scilicet loco subscriptionis, vel testimonij

gratiâ ab hoc illove Sigillum impressum fuerit. Nic. Everhard.
66 *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 64.* Per † Judicem verò si apponatur hæc clausula, quanti momenti contra eum & pro eo sit, docet eleganter Berlich. *part. 2. pract. concl. 29. n. 82. 83. & 84.*

67 4. Ut † ad tollendam omnem dubitationem in subscriptione, ubi illa necessaria est, exprimatur, cujus sit Sigillum, ad hoc, ut constet illius esse Sigillum, cujus nomine fuit appositum, & quonam, ac ad quem finem sit additum. Schrader. *de Feud. part. 1. quæst. 6. n. 30.* Menoch. *lib. 2. de arb. judic. quæst, 113. n. 3.* Matth. Wesemb. *cons. 178. n. 18.* Goedd. *cons. Marp. 28. n. 30. vol. 1.* Coler. *d. cap. 1. n. 133.* Rulant *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 22.* Hunnius *d. part. 2. cap. 5. n. 15.*

68 5. Ne † res sit magni præjudicij. Hoc enim casu, nisi concurrentibus alijs adminiculis, sigillans consentire non videtur, post Felin. *in cap. tertio loco. post princip. de probat.* & Roman. *cons. 293.* Chilian. König. *part. 2. Process. cap. 39. in fin.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 44.*

69 6. Ut † consensus & obligatio non nisi de ijs rebus & postis, de quibus in illo congressu fuit tractatum, & de quibus cantat instrumentum, per sigillationem arguatur. Matth. Coler. *cons. 45. n. 98.*

70 Plura † super his, cumprimis, an & quando sigillans consentire dicatur vel non, qui inquirere cupit, adeat Gabriel. *d. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 4.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. Gloss. 9. n. 159. vers. Et præterea facit.* Bolognet. *in l. quæ dotis. n. 140. vers. Vltimò quæritur. D. solut. matr.* ad hoc etiam à Pacian. *lib. 1. de probat. cap. 30. n. 38.* annotatos. Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 38. & seqq.*

71 *Secundò*, † apponitur Sigillum scripturæ in signum Testimonij, sive fidei, ac ad probationem actus, non ad essentiam contractus, ut *in l. Cajus Sejus. D. de pignor. act. l. si qua per calumniam. C. de Episc. & Cler.* Petr. Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. n. 40.* Franc. Marc. *decis. Delphin. quæst. 990. n. 10. & 27.* Modest. Pistor. *cons. 35. n. 1. vol. 1.* Schrader. *cons. 32. n. 3. in fin.* Nicol. Everhard. *tr. de fid. instr. cap. 12. n. 12. & 20.* Schneidvvin. *part. 7. de feud. n. 90. & 91.*

Conf.

Conf. infrà *cap. 11. §. 2. concl. 2. decl. 3. n. 165.* Usque † adeò, ut etiam 72
in privatis hominibus tanti sit momenti, ut fidem & vim publicæ scripturæ inducere dicatur. Sixtin. *conf. 11. n. 30. per ibi relat. vol. 2.* Unde † Euripides autochirum, sive Sigillum, septum fi- 73
dei vocat Dn. Wilhel. Antonij *tract. de Rescript. morat. concl. 50. n. 4.* Ut † autem hoc Sigillum probet, & scripturam reddat au- 74
thenticam, testes subscripti, vel ad minimum inscripti esse debent, maximè in præjudicialibus. Roland. à Valle *conf. 2. n. 140. vol. 1.* Vid. infrà *cap. 11. §. 2. concl. 4. declar. 2. n. 185.* Aliàs Sigillum privatum non ad confirmandam scripturam, sed in testimonium tantùm apponitur, solamque subscriptionis vim habet. post Socin. & Roman. Ingolstad. apud Giphan. *tract. de Renunciat. conf. 6. vers.* Fürs ander. *pag. 195.*

Hinc † quærunt Feudistæ: *utrum agnatus, qui se subscripsit,* 75
vel Sigillum suum appendit, alienationis instrumento consentire dicendus sit? Et respondetur: *Aut* agnatus se subscribit, vel Sigillum suum appendi facit instrumento alienationis tanquam testis, vel auctoritatem præstans, & non intelligitur huic alienationi consentire; *arg. l. Cajus. de pign. act. l. Titia. 34. §. Lucius. de legat. 2. l. fidejussor. 26. §. pater. D. de pignor.* Alvarott. & Præpos. *in cap. 1. §. præterea. Quib. mod. feud. amit.* *Aut* se non subscribit, vel etjam Sigillum suum non appendit alienationis instrumento tanquam testis, vel auctoritatem præstans, & tunc videtur subscribere animo consentiendi alienationi feudi, atque hoc modo sibi præjudicat, *arg. l. sicut. 8. §. non videtur. l. Titius. 9. §. fin. Quib. mod. pign. vel hypoth. solvat. l. 2. §. pater. C. de reb. alien. non alien.* Joan. Schneidvv. *part. 7. de Feud. n. 90.* Schrader. *de feud. part. 8. cap. 5. n. 8.* Quod tamen ita, ut suprà *vers. 1. Ut ipse sigillans. n. 56.* annotavimus, intelligendum est procedere, si subscribens, vel Sigillum appendens, contenta in instrumento sciverit, eaque legerit; aliàs secus. *l. fin. C. Plus valer. quod agit. l. 2. & ibi* Bald. post Gloss. *C. de reb. alien. non alien.* Schneidvv. *part. 7. de Feud. sub n. 90. & 91.*

Sed † *quid si Dominus Feudi alienationi à Vasallo factæ præsens* 76

sit vel fuerit, sciens ac intelligens quid agatur, & non contradicat, an
77 *consensisse dicatur?* Et quia in dubio nemo † res suas jactare, aut jus suum remittere censeatur, *l. cum de indebito. 25. vers. Sin verò. D. de probat.* Zas. *cons. 6. n. 9. lib. 2.* Decian. *resp. 11. n. 33. vol. 1.* Fran. Pfeil. *cons. 18. n. 6. cent. 1.* Mynsing. *resp. 64. n. 32. cent. 1.* Sixtin. *cons.*
78 *Marp. 11. n. 91. vol. 1.* quidam hoc non admittunt, nisi † ad actum aliquem animi declarativum extrinsecè Dominus processerit, veluti, quòd contractum suaserit, aut loco taciti consensus Sigillo suo approbarit, post Bald. *in §. Præterea. Quib. mod. feud. amittat. & in cap. 1. n. 4. & 5. De prohib. feud. alien. per Lothar.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. memb 1. concl. 29. n. 1.*

79 *Tertiò.* † Habet Sigillum præstitæ auctoritatis symbolum; *l. Tribunus. §. 1. de test. milit. cap. inter dilectos. 2. de fid. instr.* Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. n. 40.* Franc. Marcus. *decis. Delph. quæst. 990. n. 27.* Pfeil. *cons. 39. n. 2. & cons. 78. n. 34. cent. 1.* Nicol.
80 Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 12.* Imò † dat eam scripturæ, eamque authenticam facit. Matth. de Afflict. *in Comm. feud. tit. de prohib. feud. alien. per Lothar. §. quoniam inter. n. 10.* Schurpf. *cons. 17. n. 13. cent. 1.* Borell. *lib. 2. de Magistr. Edict. cap. 13. n. 5. & seqq.* ubi de auctoritate sigillorum. Gilman. *tom. 1. Symph. part.*
81 *3. vot. 5. n. 21.* Sic † Syndici plenaria potestas priùs non confirmatur, quàm Sigillo Universitatis apposito. Gilman. *part. 1. tit. 2. vot. 1. n. 8. tom. 1. per ibi adducta.*

82 Hæc † autem Sigilli auctoritas ad causam restringitur & officium, quo Sigillum constitutum est. Mascard. *de probat. concl. 627. n. 7,* Conf. suprà *cap. 9. n. 10. ac seqq. & cap. 11. §. 2. concl. 5. n. 190. & seqq.*

83 *Quartò,* † Est & Sigillum solemnitatis nota, ut Sigillum testium in testamentis. *§. possunt. Inst. de testam.* ubi subscriptiones & Sigilla testium non solùm requiruntur ad probationem, sed etiam sunt de solemnibus sive formalibus testamenti. *l. ad testium. 22. §. si quis ex testibus. D. de testam. l. 1. juncta Gloss. in verbo: Solemnia. D. de injust. rupt. irrit.* Modest. Pistor. *cons. 35. n. 4. vol. 1.* Matth. Wesemb. *cons. 130. n. 23. & 24. per text. & Dd. ibid. relat.* Dixi pleniùs. *cap. 11. §. 2. Concl. 1. vers. Limitatur hæc ampliatio. n. 94.*

&

& rursum Limit. X. *n. 147. ac cap. 15. Rub. II. Divisio. Limit. 1. & seq. n. 27. cum seq. ac Rubr. V. Quæ scriptura. concl. 1. n. 92.*

Quintò † Additur etiam sigillum scripturæ, alijsque rebus 84
tàm mobilibus, quàm immobilibus Custodiæ causa. Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 2.* Conf. suprà *cap. 2. vers. signatorij. n. 78. & seqq. & sub Rubr. IX. Finis vers. Habebant. n. 151.*

Sextò † denique Sigillum, Confirmationis nomine, alijsq; 85
de causis affigi solet. Speculat. *§. videndum. n. 17. de probat.* Panorm. *in cap. 2. n. 16. de fid. inst.* Franc. Marcus *d. quæst. 990. n. 27.* Chassan. *ad Consuet. Burgund. tit. Nous auons faict mettre nostre &c. n. 3.* M. Wesemb. *cons. 14. n. 3. & cons. 218. n. 43.* Casp. Anton. Tessaur. *quæst. forens. 100. n. 9. lib. 2.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 12.* Conf. suprà *cap. 4. in fin. n. 157.* Unde † robur, fi- 86
dem & firmitatem tribuere dicitur literis in authentica forma constitutis, sive ordinarijs, cum aliàs nullam fidem fecissent, nisi parte citata extractæ fuissent. *cap. cum P. tabellio. de fid. instrum. Auth. si quis in aliqua. cum ibi notat. C. de Edend.* Hieron. de Federicis *resol. crimin. 1. n. 10.* Imò † etiam literis privatis trium testi- 87
um vel Notarij sigillationibus aut subscriptionibus, vel utrisq; pro natura rei authenticatis. *per text. adductos suprà. §. 1. vers. Respondetur enim n. 18. & seqq.* Tyndar. *lib. 2. de testib. cap. 8. n. 5.* Zasius *cons. 2. n. 23. lib. 1.* Scriptura † siquidem privata ex eo, 88
quòd authenticum illi sigillum appositum fuerit, robur sumit. Sic cum † Virginius & Pelitiani Comes contra fidem non ore 89
modò Regis Francorum confirmatam, sed in tabulas quoque relatam & Regis manu subscriptam, captivos se teneri quærentes, hoc responsi loco reportassent: Fidem Regiam, quamvis inchoatam, atque ab Rege subscriptam, perfectè tamen datam intelligi non posse, *nisi regio sigillo obsignata*, atque à Libellorum Magistris subscripta, eique, cujus interfit, tradita fuerit: huncque esse in omnibus privilegijs & publicis monumentis vetustissimis cujusvis Aulæ morem, idque in eum finem observari, ut si quid ab ore Principis, sive curis, sive negotijs occupati, sive parum de re edocti fortè cecidisset, corrigi posset. post Fr. Guicciard. *lib. 3. Histor.* Dn. Wilhelm. Anton. *de Rescript. morator. concl. 50. n. 4. lit. a.*

90 Ejusmodi † est, quando in debito liquido & Confessato adeò à Mandato sine Clausula incipere permissum, ut licet privato contra Electorem, Principemve Imperij in prima Instantia hîc agere non liceat: attamen quando debitum liquidum ac iteratò confessionatum est, & instrumentum Guarentigiatum, in quo omnium Privilegiorum renunciatio continetur, producitur, Processus decernuntur. Itá decretum Mandatum in causa Odenheimb contra Brüßel/ Schrader cōtra Braunschweig/ Brandis oder Schmidts Wittib/ contra Churfürsten zu Cöllen/ als Bischoffen zu Hildeßheimb 20. Febr. Anno 1588. Et propter ejusmodi Rei confessionem processus decreti in causa Spölin contra Eßlingen: Item D. Ringern contra Kupperheim vnd Stolshof Anno 1591. Cautela † itaque est, ad extrahendum hoc casu Mandatum sine clausula, ut supplicans Originalem obligationem exhibeat, deinde debitorem per litteras de solutione facienda interpellet; quòd si tunc rescribat reus, se debere quidem (uti plerumque fit) non tamen jam esse solvendo, atque ideo petere dilationem; tum talem Missivam cum supplicatione exhibeat, & procul dubio decernuntur processus, uti superioribus annis factum in causa Buggenumbischer Wittib contra Reutlingen. Ante omnia tamen videtur requiri, ne renunciatio fori sit generalis, Adr. Gilman. *tom. 3. Symph. inter decis. & praeju. Cam. pag. 170.* sed specialis. Deinde accedat Confessio partis adversae, „ non tamen sub manu, quae fortè dubia esse „ potest; sed SIGILLO ejusdem. Hinc cum in causa Hanß Adam vnd Philibert von Hoheneck/ contra Edoardum Fortunatum Marggrafen zu Baden/ 2c. renunciatio esset nimis generalis & confessio per chartam facta, cui tantum subscriptum, Die Cantzley zu Baden / sine sigillo probata; scripturae huic non fidendum esse Domini arbitrati sunt, ob defectum Sigilli, & Processus denegarunt 10. Decemb. 1591. Postmodum tamen cum Sigillum Principi extortum esset, & Confessio in Originali Missiva exhiberetur, processus in d. causa decreti sunt 24. Jan. Anno 1592. Item in causa Dalberg contra Sayn 8. Mart. 1592. Quin † etiam si super contractu solemne instrumentum non cre-

erectum, sed tantùm partis debitricis sigillo & manu signata sit obligatio: Imò etsi Originalis obligatio non adsit, sed exemplum fide dignum à Lectoria vidimatum, illud ad hoc, ut Mandatum sine Clausula decernatur, probat. Præjudicium est in causa Meyers Wittib contra Newburg 16. Febr. Anno 1588. & in causa Armbrüster contra Helmstadt 24. Jan. Anno 1592. Atque † modò dicta procedunt, non solùm quando per modum Emptionis, Venditionis, aut Mutui debitum contractum; sed etiam quando instar feudi Cameræ, Cammer Lehen / floreni aliquot concessi, vnd Jährlichen zu Lehen vffgetragen. Ita Processus decreti in causa Hoheneck contra Baden 13. Febr. 1592. propter Pensiones 2000. florenorum confessatas, sed de Feudo Cameræ non præstitas.

§. III.

EFFECTUS.

Hos, † quod attinet, potissimum in tribus subsistere videntur: 91
Agendo sc. Probando & Renovando.

Actiones, Sigillorum, eorumq; jurium gratiâ competentes, non sunt uniusmodi: Vel enim Remedia & Judicia Possessoria ac Petitoria: vel Actiones reales & personales: vel deniq; Fiscales & Pœnales spectant. Verùm cum de illis *in Tract. de Jur. Insign. cap. 14. per tot.* egerim, ac mutatâ solùm Insignium sive Armorum voce, pro eaq; sigillorum substituto verbo, omnia ferè illic dicta huc quadrent, tautologiæ vitando vitium, satis esse duxi, me ad talia remisisse: Interim, quòd Remedia possessoria & Actionem Injuriarum concernit, de his suprà *cap. 4. vers. 2. Notatu dignum n. 94.* quædam tetigi: ac de doli & in factum ad interesse actionibus, *cap. 9. vers. 11. Ratio est n. 19. & seqq. & cap. 11. §. 2. concl. 1. sublim. 2. in fin. n. 119.* quod verò pœnas eorum attinet, qui falsa sigilla conficiunt, adulterant, corrumpunt, supprimunt, deturpant & abradunt, infrà *cap. 14. n. 18. cum seqq.* opportunior de his agendi locus restat.

Probationes,† Præsumptiones & Recognitiones 92
Sigillorum, cum ferè totam hanc de Sigillis materiam absumant, sequentibus capitibus de his separatim tractabimus.

Re-

93 *Renovationes* † Sigillorum, cum etiam quandoque occurrant, formulam pro renovatione Sigilli, vel rescripto sigillato Vid. apud Gilman. *part. 2. Symph. tit. 9. suppl. 38. tom. 2.*

CAPUT UNDECIMUM.

DE PROBATIONIBUS Sigillorum.

SUMMARIA.

1. *Sigillum non est de substantia instrumenti, sed facit ad ejus fidem.* & n. 3.
2. *Sigilli imperfectio aliqua actum non vitiat.*
4. *Instrumentum publicum solenniter factum sigilli authentici appositione opus non habet.*
5. *Sigillum instrumento publico additum, si corruptum, rasum, vel deperditum, non officit.*
6. *Cautela abundans non nocet.*
7. *Dubitationis tollendæ causa Contractibus inserta, jus commune non lædunt.*
8. *Signatura omnis non ad Esse actus; sed ad faciliorem probationem & executionem spectat.*
9. *Sigillatio scripturæ publicæ auctoritatem instrumento tribuit.*
10. *Sigilli privati appositio juvat, in nescientescribere.*
11. *Sigillationem quando actus requirit, tunc sigillum est de forma.*
12. *Sigilla non faciunt fidem de Jure Civili.*
13. *Ob solum sigillum fidem instrumento adhibere fatuum est.*
14. *Hodiè sigilla publica & authentica fidem faciunt.*
15. *Juramenti vim habet sigillum.*
16. *Sigillum est de substantia Regiarum litterarum.*
17. *Sigillum, ut legitimam faciat probationem tria requiruntur.*
18. *Mutatio sigilli & similia alia illi contraria, semper consideranda.*
19. *Publica sigilla expressione ejus à quo adhibentur, opus non habent.*
20. *Custodes sigillorum habent Magistratus.*
21. *Magistratus sigillum proprium attestatione ejus; à quo adjectum, opus habet.*

22. Cau-

50. Opinio II. & *54.*

51. Non probat hoc esse, quod contingit ab eo abesse.

52. Probatio dubia & incerta nihil relevat.

53. Frustra quæritur, quod inventum nihil operatur.

55. Opinio III. & *66.*

56. Hæres cum justam appositionis sigilli ignorantiam habere possit, pro ejus negatione non præsumitur.

57. Opinio prior sequenda.

58. Conclusio: *Regulariter sigillum etiam privatum in dubio de voluntate ejus cujus est scriptura appositum, præsumitur.*

59. Intellectus cap. tertio loco Ext. de probat. & n. 65.

60. In Contractibus quilibet etiam Princeps consideratur ut privatus.

61. Princeps si ex contractu non obligaretur alijs, nec alij sibi, interdictum ei esset commercium.

62. Fiscus & Princeps jure privatorum utuntur.

63. Principes & feuda concedentes Domini secundum jus commune contrahunt.

64. Princeps non alio modo à contractu suo recedere potest, quàm quo privatus.

67. Authenticum & privatum sigillum in hoc non differunt, quòd illud ob fidam custodiam semper de voluntate appositum esse dicatur.

68. Intellectus l. 2. C. de Reb. alien. non alien.

69. Scripta in libro Mercatoris de voluntate ejus scripta dicuntur: ita & sigillata.

70. Sigillum utplurimum de voluntate eorum ad quos pertinet appositum præsumitur.

71. Fieri quod communiter solet, factum præsumitur.

72. Delicti præsumptio etiam circa sigilli appositionem vitanda.

73. De Consuetudine communi Germaniæ sigillum voluntate appositum intelligitur.

74. Intellectus cap. Ei qui. 2. de probat.

75. DD. auctoritates, aliorum & quidem plurium superantur & vincuntur.

76. Argumentum à communiter accidentibus valet. & probandi onus transfert in adversarium.

77. PUBLICUM SIGILLUM de Jure civili fidem non facit, nisi in his quæ modici sunt præjudicij.

78. Episcopi sigillum de Jur. Civ. per duos testes infirmatur.

79. Principis superiorem recognoscentis sigillum per se de Jur. Civ. fidem non facit.

80. Im-

80. *Imperator & Rex in regno suo fidem sigillo dare possunt: Rationes adducta.*
81. Conclusio I. *Publicum sive Authenticum sigillum hodiè de Consuetudine probat.*
82. *Allegati ad hoc Dd. omnis generis.* & *n.* 83. 84.
85. *Tabulis consignatis credere aquum.*
86. *Arcana Principum omnibus patere non debent.*
87. *Personarum jurisdictionem habentium sigilla magni sunt momenti.*
88. *Sigillum majorem ipsâ scripturâ fidem facit.*
89. *Litteræ sigillo publico confirmatæ probationem probatam, & non probandam inducunt.*
90. *Publicum sigillum contra sigillantem, non cōtra tertiū probat.*
91. *Litteris à Principe, vel Universitate sigillatis, ut instrumento publico creditur, quod restringitur remissivè.* n. *92.*
93. Ampliatur I. *Ut ad hoc attestatione opus non sit.*
94. Limitatur hæc Ampliatio, *si specialis designatio pro forma requiratur.*
95. Ampliatur II. *Quocunq; modo scriptura loquatur.*
96. Ampliatur III. *Non solùm in præjudicium aliorum sive tertij; sed etiam ipsorum Principum.*
97. Ampliatur IV. *Licet de probatione pro tertio contra tertiū facienda sigillum adducatur.*
98. Ampliatur V. *In sigillatis sigillo Episcopi quæ ad ejus officium pertinent.*
99. *Sigillum in his solùm probat, quibus inventum est.*
100. *Authenticari non potest, quod ad officium non pertinet.*
101. *Sigismundi Imp. Sanctio super inordinata sigillorū appositione.*
102. Limitatur hæc Ampliatio *remissivè.*
103. Ampliatur VI. *In Litteris Majorum Judicum.*
104(a) Ampliatur VII. *In Sigillis Principum secularium & Communitatum.*
104.(b) Ampliatur IIX. *In probando Notario.*
105. Ampliatur IX. *In antiquis.*
106. *Antiquitatis laus.*
107. Limitatur I. superior Conclusio, *nisi alia adsint adminicula.*
108. Conclusio. *Sigilla quantūvis publica sine subscriptione Domini, Cancellarij &c. si ita habet Stylus, non probant.*
109. Extenditur hæc Cōclusio, *In Contractibus Universitatū.*
110. *Sigillum solum, quantumvis authenticū, nō sufficit.* & n. 113.
111. *Authenticum omne sigillum.* in

in causa propria habetur pro privato.

112. *Sigillum adhiberi potest fraude interdum conquisita.*

114. Declaratur hæc extensio, *In Concursu plurium sigillorũ.*

115. Limitatur II. princ. Conclusio, *In sigillo non deputato ad tale negotium.*

116. Sublimitatur I. *Si in defectũ alterius sigilli appositum fuerit.*

117. Sublimitatur II. *Si aliter probetur.*

118. *In claris nulla debet esse hæsitatio.*

119. *Diversa habens sigilla, cavebit, ijs ad usus proprios se uti velle.*

120. Limitatur. III. *In sigillo incognito.*

121. *Ignota, dubia & incerta penitus sigilla nihil probant:*

122. *Licet mille sint.*

123. Declaratur. I. *Si speciale alterius subsit periculum.*

124. *Probationes claræ esse debent, ubi de præjudicio alterius agitur.*

125. *In probatione dubia se fundantem, contra eum judicandum.*

126. *Litteris quinq; sigilla habentibus creditur, si grave absit præjudicium.*

127. Declaratur. II. *In instrumentis antiquis.*

128. *Antiqua instrumenta ut probent, tria sunt necessaria.*

129. Declaratur III. *Quòd probato Tabellionatu, de fide instrumenti doceri possit.*

130. Limitatur IV. principalis Conclusio: *In sigillo ita facto, ut ex parte cognosci nequeat.*

131. *Paria enim sunt non esse, & non apparere.*

132. Limitatur V. *Si authenticũ sigillum ampliùs non extet.*

133. Illatio I. *Characteris defectus rei essentiam impedit, ut actus sine illius impressione nõ valeat.*

134. Illatio II. *Si appositum fuisse sigillum planè non appareat.*

135. Illatio III. *Sigillum in scriptura aliàs per se publica non ita vitiat, quàm vitiatur.*

136. *Ad Cautelam majorem instrumentis addita non nocent.*

137. *Dubitationis tollendæ causâ contractibus inserta jus commune non lædunt.*

138. Limitatur VI. *In sigillo suspecto.*

139. Limitatur. VII. *In sigillo non agnito, sed pro adulterino & falso habito.*

140. *Sigillum verè ad aliquem spectare, quomodo probetur?*

141. Limitatur IIX. *Si negetur de voluntate Domini adjectum.*

142. *Falsi pœnam incurrit, sine consensu Domini sigillans.*

143. *Pro authentico sigillo est præsumptio, voluntate Domini esse appositum: secus in privato.*

144. Fie-

ejus partis contra quam producitur, licet per se nihil probet, operatur tamen 1. *ut privata scriptura faciliùs verificari possit.*

225. *Ratio redditur.*

226. Ampliatur, *in scriptura approbata.*

227. Conclusio II. 2. *Privata Sigilla operantur, quòd Verificato Sigillo intensiùs de consensu contrahentium appareat.*

228. Declaratur *pro ratione finis, cujus gratiâ est appositum Sigillum.*

229. Conclusio III. *Privatum Sigillum* 3. *operatur, quòd, qui illud tali instrumento apposuit, contra Notarij potestatem opponere non possit.*

230. Conclusio IV. 4. *Privatum Sigillum idem operatur, quod alicujus privati hominis scriptura, vel ejus subscriptio.*

231. Declaratur, *Ut quemadmodum privata scriptura etiam ijs in casibus, quibus aliàs vim probandi habet, nisi sit recognita, plenè non probat: ita & Sigillum.*

232. Conclusio V. *Sigillum* 5. *licet sit privatum, tamen multum scripturam juvat contra sigillantem.*

233. Ampliatur I. *Si quis scripturam alienam suo Sigillo obsignet, contra sigillantem præsumere facit.*

234. Ampliatur II. *Licet Sigillum, vel contenta instrumenti negentur.*

235. Ampliatur III. *Etiam si sine die & Consule scriptum & sigillatum sit.*

236. Restringitur *hæc ampliatio.*

237. Limitatur, *quoad plenè probandum.*

238. Conclusio VI. *Sigillum privatum scripturæ appositum pro tertio contra tertium nihil probat.*

239. Limitatur I. *De Consuetudine.* & n. 241.

240. Sigelmässig *qui habeantur?*

242. Limitatur II. *juxta naturam scripturæ privatæ: cujus* 1. *Sigillum mediante juramento in judicio fuit recognitum.*

243. 2. *Si constat de mandato.*

244. Limitatur III. *Ut ex Sigillo non habeatur unius testis testimonium, fidem scripturæ perhibentis.*

245. Conclusio VII. *Litteræ privatæ subscriptæ & sigillatæ manu scribentis plenè probant.*

246. *Ratio reddita.*

247. Conclusio IIX. *Sigilla privata negata, non probant contra*

tra Dominum Sigilli, nisi voluntaria ejus probetur appositio.

248. *Ratio assignata.*

249. Ampliatur, *In Sigillo reddito suspecto.*

250. Conclusio IX. *Adjectio Sigilli privati in re propria, publicæ scripturæ fidem meretur.*

251. Conclusio X. *Scripturam privatam, publicam non faciunt multorum Nobilium Sigilla.*

252. DE UTRIUSQUE SIGILLI PROBATIONIBUS. Sigel vnd Brieff *in continenti probant.*

253. *Rationes additæ:*

254. *& Declaratæ.*

255. Conclusio I. *Sigillum omne plenè probat in præjudicium ejus, cujus est probare.*

256. Ampliatur I. *Licet in scriptura non sit dictum de voluntate Domini Sigillum appositum esse.*

257. Ampliatur II. *quando per propriam confessionem, vel aliàs de sigillante constat.*

258. *Sigillum in dubio semiplenam facit probationem.*

259. Ampliatur III. *Etiamsi nulla testium probatio, litterarumve comparatio præstò sit.*

260. Ampliatur IV. *Licet subscriptio desit.*

261. *Sigillatio de qua constat, præjudicat.*

262. Ampliatur V. *Etiamsi alieno Sigillo signatum fuerit.*

263. Declaratur, *ut alieni Sigilli appositio tum demum probet, si nihil dolosè factum sit.*

264. Limitatur I. *quando sigillans ut testis sigillavit.*

265. Limitatur II. *quando adest Sigillum, sed de voluntate sigillantis non constat: tunc utrumque & Sigillum & subscriptio requiritur.*

266. Limitatur III. *In alienis ab officio sigillantis.*

267. Limitatur IV. *quando non constat, Sigillum esse illius, de cujus præjudicio agitur.*

268. Conclusio II. *Omne Sigillum scienter scripturæ appositum, probat plenè in præjudicium sigillantis, etiamsi se non subscripserit.*

269. *Alienationem alterius super re sua scienter sigillans, sibi præjudicat.*

270. Conclusio III. *Utrumque Sigillum in proprio negotio facit fidem in his, quæ ex nuda voluntate pendent.*

271. *Ex nuda voluntate quæ pendere dicantur?*

272. Conclusio IV. *Sigillum voluntate sigillantis appositum esse*

esse debet, & si ita factum, absque comparatione & recognitione probat.

273. *Voluntate ejus, cujus est Sigillum appositum, probatâ, negatio non officit.*

274. Conclusio V. *Sigillum recognoscentis superiorem per se fidem non facit.*

275. Conclusio VI. *Sigillum per se sine subscriptione Cancellarij &c. nihil loquitur, sed est res inanimata & muta.*

276. *Repræsentatio notoria & abusiva, plerumq; falsa est, & incerta.*

277. Ampliatur I. *Specialis designatio ubi requiritur, Sigillum non sufficit.*

278. Ampliatur II. *In Sigillo noto & authentico.*

279. Limitatur I. *In Sigillo publico.*

280. Limitatur II. *Si tria in scriptura exprimantur.*

281. Limitatur III. *Si de voluntate Domini Sigillum imprimentis pateat.*

282. Conclusio VII. *Omne Sigillum non satis se in forma impressionis ostendens, nihil probat.*

283. Conclusio IIX. *Sigilla obscura, ignota &c. regulariter nihil probant, etiamsi mille sint.*

284. *Ratio reddita.*

285. Ampliatur I. *In Sigillo authentico.*

286. *Literæ Sigilli quando dicantur non legibiles?*

287. Ampliatur II. *In Sigillo, quod ex parte aliqua cognosci nequit.*

288. Ampliatur III. *Si grave præjudicium partis subsit.*

289. Ampliatur IV. *Quando Sigillantes & loca sunt remota, & ob id incognita.*

290. Limitatur I. *Si aliqualis Sigillorum sit cognitio.*

291. Limitatur II. *Nisi Sigilla obscura sint agnita.*

292. Limitatur III. *Quando Sigilla in aliqua regione satis sunt nota; vel etiam aliqualiter, tunc Comparationi locus.*

293. Limitatur IV. *Si contra hæc Sigilla, ut manca, non fuerit exceptum.*

294. Conclusio IX. *Sigillum vim subscriptionis habet.*

295. *Requiritur ad hoc certificatio.*

296. Ampliatur I. *Sigillum subscriptione plus operatur.*

297. Ampliatur II. *In Sigillo Regis & Principis.*

298. Ampliatur III. *Ubi de veritate Sigilli constat.*

299. Limitatur I. *Quando pro formâ*

§. I.

PROBATIONES SIGILLORUM *in genere.*

1 CUm † Sigillum non sit de substantia instrumenti dispositionis vel Privilegij, sed pertineat ad fidem ejus & probationem, quæ non dicitur deficere, si privilegium cum subscriptionibus & alijs necessarijs, Sigillo excepto, extare
2 præsupponatur, dicendum † aliquam ejus imperfectionem actum non vitiare, secundum Innocent. *in cap. inter dilectos. de fid. instrum.* Zasium *conf. 2. n. 37. lib. 2.* Menoch. *conf. 1. n. 206. & 336. lib. 1.* Fachin. *conf. 2. n. 3. & 11. lib. 1.* Matth. Wesemb. *conf. 14.*
3 *n. 6. & conf. 178. n. 46.* ubi † contrarium, esse sc. Sigillum de substantia instrumenti, asserit. Ern. Cothman. *resp. 26. n. 24. vol. 5.* ubi Sigilla & subscriptiones appendices scripturæ vocat, robur ei aliquod addentes, non autem substantiam rei conferentes, *l. Gajus Sejus. D. de pign. act.* Matth. de Afflict. *decis. Neapol. 253. n. 2. & passim.* ubi an & quatenus Sigillum sit regiarum literarum substantiale. Franc. Marc. *decis. Delphin. 990. n. 26. part. 1.* ante
4 omnia notandum venit, quòd † in instrumento publicâ manu & solemniter confecto appositione Sigilli authentici, vel Sigilli ipsarum partium opus non sit, cum hoc nullo jure cautum reperiatur. *arg. Nov. 18. cap. consideramus. 5.* tradente post Speculat. *§. Breviter. n. 12. tit. De instrum. edit.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 14.* Franc. Marcus *d. quæst. 990. n. 26.*

5 Hinc † *infertur*: quòd si Sigillum tali instrumento publicâ manu exarato additum fuerit, illudque postea ita corruptum, rasum, vel deperditum deprehendatur, ut agnosci nequeat: attamen ob id ipsum instrumentum ejusmodi publicam nihilominùs fidem mereri, nec officere, nec imminuere ejus fidem, quamvis Sigillum postmodum sufficiat, vel læsum inveniatur. post Innoc. *in cap. inter dilectos. verbo. Publica.* ubi & Panorm. *n. 3.* Felin. *n. 5. Extra. de fid. instrum.* Zasius.

Zasius *conf. 2. n. 37. lib. 1.* qui *num. seqq.* omninò videndus unà cum text. *in l. cum tabulæ. D. de bonor. possess. secund. tabul.* Franc. Marc. *d. decis. Delph. 990. n. 16. part. 1.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 28.* Quæ † enim ad abundantem cautelam adhibentur, ea, si 6
vitiata sint, vel insufficienter & vitiosè adhibita, actui vel scripturæ non nocent. *l. testamentum 17.* ibi: cum superflua non noceant. *& rursum* ibi: non abundans cautela. *C. de testam. l. si pupilli 6. §. 1. in fin.* ibi: quia ex abundanti. *D. de negot. gest.* Zas. *ad l. illud eleganter. 4. n. 13. D. quod quisq. jur. & conf. 1. n. 72. lib. 2.* Decian. *resp. 11. n. 64. vol. 1. & resp. 32. n. 65. vol. 3.* Gail. *2. obs. 1. n. 2.* M. Wesemb. *conf. 12. n. 25. & conf. 133. n. 45.* Sixtin. *conf. Marpurg. 12. n. 25. & 26.* Vultej. *conf. 29. n. 119. vol. 1.* Goedd. *conf. 28. n. 72. & seq. vol. 3.* Unde dici solet: † Quæ tollendæ dubitationis causa 7
contractibus inseruntur, jus commune non lædunt. *l. quæ dubitationis 81. D. de R. Jur.* Petr. Gilken. *tract. de præscript. part. 2. memb. 2. cap. 2. n. 93.*

Ratio † horum hæc esse videtur, quòd licet omnis signa- 8
tura à jure communi non ad Esse actus, sed ad faciliorem probationem & executionem reposcatur; *cap. Institutionis 25. quæst. 2. l. 1. C. de Mand. Princip.* post Coras. Enenckel. Vincent. de Franch. Costal. & Peckium. D. Wilhelm. Anton. *de Rescript. morat. concl. 50. n. 4. lit. c.* attamen † verè dicitur sigillationem scri- 9
pturæ publicæ auctoritatem instrumento tribuere, docentibus Salicet. Bald. & *Dd. in l. 1. verbis: Sigillo impresso. C. de comm. serv. manum.* Canonist. *in cap. post cessionem. Ext. de probat.* Hippol. *ad Rubr. de probat. n. 300. & seqq.* Molin. *ad conf. Paris. tit. §. 5. n. 11. per cap. 2. verbo: Sigillatio. de Offic. Ordin. n. 6.* Joan. Fichard. *conf. 40. n. 2. tom. 2.* Fran. Hotoman. *conf. 36. n. 8. pag. 851. inter ejus opera.* Goedd. *ad l. 39. n. 3. de Verb. Sign.* Usque † adeò ut 10
etiam sigilli privati appositio juvet, quando quis nescit scribere, dicente Fab. Anna *conf. 38. n. 66. arg. l. ad testium. §. 2. cum ibi notat. per Bart. D. de testam. cap. cum inter. de judic. ubi Panorm.* Hinc † illa JCtorum orta est maxima: Quod quando actus si- 11
gillationem requirit, tunc sigillum esse de forma. Alb. Brunus *tract. de form. & solenn. actus. Rubr. Ex quibus consistat*

forma solenn. vers. 48. Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. num. 42.*

12 Nec † impedit, quòd dicitur expeditum esse, sigilla instrumento appensa non facere fidem de jure Civili: Petr. de Bellapertic. *in repetit. cap. comparationes. C. de fid. instrum.* usque adeò, ut Chassanæus *in cons. Burgund. verbo: signe de aur. &c.* dicat fi-
13 dem † adhiberi instrumento ob solam sigillorum appositionem, esse contra regulam, ac fatuum haberi, qui hoc faciat. Gilman. *decis. 17. n. 16. & 17. lib. 2.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5.*
14 *cap. 30. n. 4. in fin.* Nam † hodiè de jure Canonico & Consuetudinario secus est, maximè si sit sigillum authenticum & publi-
15 cum, ut infra pleniùs tradetur: diciturque aliàs, † vim Juramenti sigillum habere, ac consuetudine Saxoniæ confirmatum esse: Daß die von Adel ober ihre Brieff vnd Sigel nicht sollen disputirn lassen. Gail. *1. obs. 4 n. 35.* Mynf. *1. obs. 17.* & ibi Arnold. Reyger de fide Nobilium pleniùs. Joh. Nolden. *de Stat. Nobil.*
16 *civil. cap. 12. n. 42.* Imò † sigillum esse de substantia Regiarum Literarum, probat Matth. de Afflict. *decis. Neapol. 21. n. 9. decis. 253.* & voluit Andr. de Isern. *in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar.* & ad hoc optimum esse text. *in l. Tribunus. §. ult. D. de test. mil.* scribit Covarr. *pract. quæst. cap. 22. n. fin. in fin.*

17 Ut † autem omne sigillum sua jam constans forma (de qua *cap. 8.* plenè diximus) rectam & legitimam faciat probationem, roburque scripturæ adijciat,

Primò in genere sciendum, in sigilli, maximè privati, appositione regulariter à Dd. tria requiri:

I. Ut in scriptura, sivè subscriptione exprimatur, cujus sit sigillum.

II. A quo sit appositum.

III. Propter quid sit appositum, sive ex qua causa adjectum.

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Bart. *in proœm. Dig. veter. n. 5. & l. ad testium. & l. si quis ex testibus D. de testib.* Innoc. *in cap. 2.* & ibi Panorm. *n. 17. de fid. inst.* Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 13.* Menoch. *lib. 2. de arb. jud. cas. 106.*

106. & cas. 113. n. 9. per tot. Nicol. Eyerhard. *de fid. instrum. cap. 12. n. 12.* Coler. *de process. Execut. part. 3. cap. 1. n. 95. & 133.* Schrad. *de Feud. part. 1. quæst. 6. n. 30. & 31. & part. 10. in præamb. n. 14.* Mart. Mager. *de Advoc. armat. cap. 14. n. 65.* Rulant. *de Commiss. & Comm. lib. 5. cap. 30. n. 22.*

In Consilijs & Responsis:

Francisc. Bursat. *cons. 39. n. 27.* Matth. Wesemb. *cons. 12. n. 50. cons. 178. n. 18. in prin. & fin.* Fachin. *cons. 2. n. 4. & 11. lib. 1.* Goedd. *cons. 28. n. 28. & 30. vol. 1.*

Antequam † autem hæ qualitates probatæ fuerint, sigilli 18
immutatio, vel quid simile, illi contrarium, considerari potest. Cravett. *cons. 46. n. 4.* Fachin. *d. cons. 2. n. 11. lib. 1.* De *primo* requisito *§§. seqq.* fusè egimus: *Secundi* requisiti circumstantias suprà *cap. 4. n. 43. ac seqq. & cap. 8. §. 2. & 3.* explicavimus, & pro hujus confirmatione *l. ad testium 22. §. si quis D. de test.* ut & Bart. & Dd. alij à Chassanæo *in Cons. Burgund. tit. Nous auons faict mettre nostre. n. 1.* adducuntur. Verùm hoc requisitum haud indefinitè procedit. Nam I. quod † publica attinet sigilla, minimè 19
necesse est, quòd in eorum impressione, à quo adhibitum fuerit hoc sigillum exprimatur: siquidem volente ipsius sigilli Domino ejusve Custode, appositum præsumitur. Habent † enim 20
Magistratus Sigillorum suorum custodes, ita, ut si alicui scripturæ, rescripto, vel actui sigillum imprimatur, primò volente & mandante ipso Principe, vel Magistratu; secundò volente eo, qui sigilli custos est, impressum præsumatur. Ita in specie publici sigilli scripserunt Innoc. Abbas & Cravett. locis à Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 7.* relat. Franc. Marc. *part. 1. Decis. Delph. quæst. 993.* II. Secus † est in sigillis ipsius Magistratus proprijs. Nam si 21
alterius, tunc expressà, à quo, & quare adhibitum fuerit, requiritur attestatio: quia alterius Sigillum dignitati Magistratus, si illud adhibeatur non convenit, sed quædam suspicio arguitur. post Abbat. Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 8.* Franc. Marc. *quæst. 993.* Circa *tertium* requisitum notandum venit, quòd † licet causam, ad evitandas Cavillationes, & ne dubitari pos- 22
sit, sigillantem ipsius Sigilli appositionis causam ignorasse,

sem-

23 semper exprimi, consultissimum foret: attamen † si hoc omissum fuerit, probatio à sigillo sumenda, non statim corruet, modò aliundè, puta, ex subjecta materia, testium depositionibus, natura & qualitate rei, aliisve circumstantiis sustineri possit, veluti, si narretur, certam rem feudalem hypothecæ obligatam fuisse Titio cum Domini consensu, eique scripturæ ejus sigillum appositum inveniatur, satis ex hoc probabitur & præsumetur, sigillum hunc in finem fuisse appositum, ut ex eo, de consensu Domini super hypothecatione præstito pateat. Atque ita de aliis ferendum est judicium, post Innocent. *in d. cap. 2. de fid. instr.* Molin. *d.* §. *5. n. 13.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 9. & 12. vers. Cæterum (ut prædixi)* Fachin. *consf. 2. n. 13. lib. 1.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 13.* post Abbat. & Bolognet.

24 *Secundò* † in genere observandum: Quoties recognoscendo negatur sigillum alicujus esse, Veritatis probationem fieri posse:

25 1. Per † Testes, qui aliquem sigillare viderunt, post Philipp. Franc. *in cap. significavit. Ext. de appell.* Cravett. *part. 1. de antiq. tempor.* §. *quæritur. n. 44.* post Castrens. Mascard. *de probat. concl. 1302. (aliàs 1308.) n. 55. ubi vide.* Joan. Fichard. *consf. 40. n. 2. tom. 2.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 45. 46. & 66.* Auctor Obs. Cameral. annexarum Julian. Magenhorst. *comm.*

26 *in Ord. Camer. obs. 35.* Ideò † licet testis apertè dicat, hoc meum sigillum non est, nunquam illud apposui: vel dico, non recognosco an sit meum, nec apparet ipsius esse, quia fortè alieno sigillavit anulo, vel suo quidem, sed non apparente ejus forma, ut necesse videatur decerni & suspectum declarari testamentum: attamen hæc tùm demum vera sunt & procedunt, nisi præter hunc testem non recognoscentem, vel negantem sigillum suum, alij adhuc, quot sufficiunt, remaneant: *Gloss. in l. 1. verbo: neget, juncta Gloss. seq. in* §. *fin. D. Quemadm. testam. aper.* quàm Bart. ibid. sequitur, Chilian. König. *part. 2. Processf. cap. 39. in prin.* vel aliter, ut mox dicemus, probari possit.

27 II. Fit † Sigilli Veritatis probatio per ipsius Sigilli, *arg. l. compa-*

comparationes. C. de fid. instr. Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 45. & 66.*
Auctor. *d. obs. Cam. 35.* & Literarum, si fortè sigillum non ha-
bens, manum abnegarit, Comparationem. Cravett. & Fi-
chard. *dd. loc.* quæ, ut † eò meliùs rectiusque peragi queat, eum 28
in finem editio sigilli peti, *cap. si quis igitur 1. Nov. de instr. caut. &*
fid. 73. Zasius *in l. 1. §. Editiones n. 27. D. de Edend.* Nicol. Everhard.
d. cap. 12. n. 66. & † aurifabri, & qui sigilla sculpunt, adhiberi so- 29
lent & debent, ad hoc, ut sigilla conferant. Rulant. *de Commiss.*
part. 2. lib. 5. cap. 38. n. 22. ubi Camera Imperialis in causa **Henri-**
chen S. und Clara Bernarden Wolffs Wittiben/ contra **Lucas**
Brockeln/ ut hi periti super sigillis renunciationis **Henrichen von**
der Leien judicarent, ut & in causa **Conrad von Steinheim** contra
Welroden/ Grafen zu Waldeck præjudicia citat. Quando † nunc 30
ipsius sigillantis, sive is testis, vel alius sit, sigillum esse apparet, ut
quia ibi ejus cernuntur arma, vel literæ idem docent, vel simili
modo constat, tunc non obstante sigillantis dubitatione, scri-
ptura, veluti testamentum &c. erit valida. *arg. l. ne satisdatio. D.*
Rem ratam haberi. d. Novell. 73. cap. Si verò moriatur. 7. **König** *d. cap.*
39. Comparatio † enim literarum unà cum recognitione Sigilli 31
in scriptura appositi, ad quam fit comparatio, plenè probat,
post Menoch. *lib. 2. de arb. jud. quæst. cas. 114. n. 21.* Farinac. *part. 1.*
Fragm. lit. C. n. 529. cum aliis ibi relat. quod † tamen de scriptura 32
privata facta in judicio cum Sigillo judicis intelligendum pu-
tat Fulgos. loco à Farin. expresso. Contra Bartol. *in Authent.*
At si contractus n. 10. C. de fid. instr. etiam in Epistolâ privato sigil-
lo sigillatâ prædicta vera esse opinatur, quem sequitur Sigism.
Scacc. *lib. 2. de Judiciis cap. 11. n. 1016.* & in hoc regulam limitat.

Hinc † illud olim in Camera Imp. motum fuit dubium. 33
An ad debitoris Confessiones & sigillatas scripturas, quibus post obli-
gationem primam debitum extrajudicialiter confitetur & quidem ite-
ratò, Mandatum sine clausula decernendum veniat, tanquam super de-
bito liquido & confessato? Et fuisse quosdam ex Cameralibus au-
ctor est Gilman *infrà relato loc.* qui affirmarint: † 1. Quòd indies 34
crescentibus malitiis in tempore obviandum. 2. Quòd nihilo-
minus in puncto exceptionum debitori adhuc sit integrum

Obligationem, vel etiam Confessionem impugnare. 3. Quòd non præsumatur, eum talem confessionem etiam extrajudicialem esse impugnaturum, cum hoc improbum existimetur. 4. Imò posse Judicem ex collatione manuum obligationis originalis & subsecutæ confessionis hoc casu satis certificari. 5. Atque aliàs Confessio authentica judiciali æquiparetur. 6. Denique quòd ejusmodi Mandata sine clausula debitoribus minus, quàm Executorialia præjudicent. Gilman. *tom. 1. Symphor. part. 3. dub. 17. pag. 136.*

35 Alios † contrà, quòd tales extrajudiciales non recognitæ, nec probatæ confessiones nullatenus pro sufficientibus habendæ sint. 1. Quòd solùm extrajudicialiter factæ. 2. Quòd judicem statim à principio in decernendis processibus non sublevent, aut decisionem præbeant. 3. Quòd nec postea in ipso processu nihil prosint, cum multa conformia sigilla & scripturæ produci poterint, quæ omnia æquè sint dubia, & disputationem admittere queant. 4. Ideò etiam sigilla & manus, debitore non comparente necessariò per testes comprobandæ erunt. Gilman. *d. loc.* Et hæc sententia posterior magis obtinuit, estque approbata & confirmata in Recess. Deput. *Anni 1600.* §. Ebners massen *35.* Petr. Denais. *in Jur. Camer. art. 182. §. 17.* Christoph.
36 Schvvanman. *obs. Cam. cap. 133. n. 7. & 8.*

Circa † hanc Sigillorum & Literarum Comparationis materiam illud Dd. nostri singulariter notant. *Primò:* Comparatio sive collatio hæc, cum sit subsidiarium remedium & subsidiaria quædam probatio, ad eam deveniendum non esse, nisi alijs probationibus deficientibus. *d. l. comparationes* ubi Bald. Natt. *cons. 632. in fin. lib. 3.* Joan. Sichard. *ad d. l. comparationes 19. (aliàs 20.) n. 1. & 2. C. de fid. instrum.* Casp. Anton. Tessaur. *lib. 1. quæst.*
37 *forens. 24. n. 5.* Joan. Petr. Fontanell. *de pact. nupt. claus. 6. Gl. 3. part. 7. n. 10. & 11.* neque † ad unguem serventur, quæ ad com-
38 parationem de jure requiruntur. Alvar. Valasc. *cons. 67. n. 15.*

Secundò. † Ad comparationem faciendam quem cogi posse, ut inspiciendi & comparandi gratia sigillum edat. Jason. *in l. 1. §. Editiones n. 27. D. d. Edend.* Zasius *ibid. n. 27.* latè Nic. Everh. *tr. de fid.*

fid.instr.cap.12.n.45.& seq. Jo.Petr.Fontanell. *de pact. nupt. clauf.6. Gl.3.part.7.n.7.& 9.*

Tertiò. † Quandò Reus non negat, sed sibi ignotum esse dicit Sigillum, comparatio facienda est. Videatur infrà *cap. 13. §. 2. concl. 4. decl. 11. n. 88.* 39

Quartò † Quòd etsi comparatio hæc plenè non probet, attamen aliquam præsumptionem, sive semiplenam probationem facere, si quis in judicio scribere cogatur. Menoch. *lib. 2. de arb. judic. caf. 114. n. 7.* ubi tamen arbitrio judicis subijcit; quem latè refutat Scacc. *d.lib. 2. cap. 11. n. 1000. & seqq.* & Idem Menoch. *conf. 809. n. 10.* Steph. Bertrand. *conf. 152. n. 12. vol. 6.* Zasius *lib. 2. sing. resp. cap. 25.* Casp. Ant. Tessaur. *lib. 1. quæst. forens. cap. 24. n. 6. in fin. & seq.* ubi etiam adminicula addit. Hercul. Marescot. *lib. 1. var. resol. cap. 80. n. 2. 3. 4. & 5.* ubi limitat, si omnimoda sit similitudo. Hier. Pantschman. *lib. 2. pr. quæst. 2. n. 18. 19. 20. 21. 40. & 52. cum ibi citat.* Nicol. à Janua de Passeribus *lib. 2. de privat. script. tit. De Apocha manu debitoris conscripta. n. 25. & multis seqq.* Bursat. *conf. 123. n. 21.* Surdus *conf. 187. n. 24. & decis. 137. n. 6.* ubi à similitudine literarum rationem, quòd quis facilè decipi possit, addit: *& conf. 187. n. 5. & 24.* Scacc. *d. cap. 11. n. 1004. & seqq.* ubi variè limitat, docendo quando Comparatio plenè probet. 40

Quintò. † Parum interesse Sigilla vel depingi curare, vel conferre, aut comparatione habita recognoscere, cum instrumenta etiam firmitatem absque ijs habeant, post Innocent. *cap. Inter dilectos, ubi Gloss. in verbis: publica manu. de fid. instrum.* & Zasium *conf. 2. n. 32. lib. 1.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 3. n. 2.* ubi hoc in gestis antiquis maximè obtinere, cum Capyc. *decis. 86. n. 3.* affirmat. 41

Sextò. † Quemadmodum non in instrumentis publicis, sed ijs, quæ privatam magis, quàm publicam sapiunt scripturam, comparatio locum habet, quamvis generali nomine scripturæ à Justiniano Instrumenta dicentur: Casp. Ant. Tessaur. *d. quæst. forens. 24. num. 24. juncto n. 2.* ita quoque non in sigillis publicis, sed privatis comparatione & recognitione opus est, juxta tradita *cap. 13. n. 50. cum seq.* 42

43 Quomodo † autem Comparatio hæc fiat, & quæ observanda requisita ut legitimè fiat videantur Dd. *ad l. comparationes 19. C. de fid. instrum.* comprimis Sichard. Gilken. & Donell. *lib. 25. comm. pag. 259. & seqq.* Surd. *conf. 187. à n. 25. usq; ad n. 31. ubi eleganter.* Menoch. *conf. 94. n. 24. & 26. conf. 199. n. 25. & conf. 248. n. 22. & de arb. judic. cas. 114. per tot.* M. de Afflict. *decis. 181.* & ibi Ursill. *in annot.* & alij Jo. Bapt. Costa *de remed. subsid. remed. 7. per tot.* Hercul. Marescott. *lib. 1. Var. resol. cap. 80. per tot.* Casp. Ant. Tessaur. *lib. 1. quæst. forens. 24.* Hieron. Pantschman. *lib. 2. pract. quæst. 2. à n. 1. usq; ad n. 17.* Speckhan. *cent. 3. quæst. & decis. class. 3. quæst. 14.* & alij Doctorum, qui de hac materia peculiaribus capitibus in genere tractant, veluti Rulant *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 38. per tot. & cap. 39. hinc inde, præsertim n. 8.* ubi etiam Cautelam ponit. *& in Formul. Commiss. part. 2. cap. 11.* Ilico Ummius *disp process. 17. thes. 6. n. 26.* Cunrad. Rittershus. *in expos. Novell. part. 9. cap. 25* Pet. Wesemb. *conf. 13. n. 31.*

44 III. Sigilli † veritas probatur per Juramentum. Hinc jure Saxon. constitutum, da einer nicht gestehen will/ daß auffgedrucktes vnd anhangendes Sigel mit seinem Willen sey hinankommen / der soll es selbdritte vermittels Aids abziehen. Gloss. Saxon. Lehenrecht. *cap. 19.* Chilian König *part. 2. Process. cap. 19.* Martin. Dobbercin. *in Reper. Jur. Rubr. De signo sive sigillo.* Arnold. Reyger. *in thes. Jur. Voc. Sigillum. n. 17.*

45 IV. Per † recognitionem Sigilli Veritas probatur. Nicol. Everhard. *tr. de fid. instr. cap. 12. n. 45. 46.* & nos infrà *cap. 13. per tot.*

46 *Tertiò* † in genere hic notandum: Convictum de Veritate Sigilli, quod primitus negavit suum esse, postea, si dicere velit, sigillum sua voluntate non fuisse appositum, non audiri: Imò sigillum contra ipsum, etiamsi privatum fuerit, plenè probare, *arg. text. cum ibi notat. in auth. contra qui propr. C. de non num. pecun.* & in terminis ita sentiunt, Carol. Molin. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 14. in fin.* Covarr. *pract. quæst. 22. n. 9. vers. Nisi quis.* Trentacinus *lib. 2. tit. de fid. instrum. resol. 7. n. 9.* Nicol. Everhard. *d. tract. de fid. instr. cap. 12. n. 67.*

Sed

Sed † de hoc maximè omnium dubitatur: *Cui*, nempe, *eo* 47
casu, quo unus in Sigillo se fundat, alter negat, suâ voluntate appositum
esse, onus probandi ex his deferendum sit?

I. Opinio † est, quòd Sigillum præsumatur appositum 48
de voluntate ejus, cujus est Sigillum, & ob id neganti voluntate
suâ appositum, probandi onus incumbat, per regulam, quâ † 49
traditur juris præsumptionem eum, pro quo est, relevare ab o-
nere probandi & jurandi, illudque in adversarium transferre.
*arg. l. ab ea parte. D. de probat. cap. quia verisimile, cum ibi notat. Ex-
tra. de probat.* Menoch. *cons. 2. n. 85. cons. 21. n. 5. cons. 54. n. 6. & plu-
rimis locis alijs.* Schrad. *cons. 3. n. 103.* Jac. Thoming. *decis. 45. n. 5.
cum ibi relat.* Et in terminis nostris vid. infrà *§. 2. concl. 1. Limit.
11. n. 148.* Jam verò Sigillum præsumi appositum voluntate
ejus, cujus est, communiter Dd. censent, *per cap. tertio loco. Ex-
tra. de probat.* & nos infrà hoc *cap. 12. vers. Verum. 58. cum seqq.* la-
tè probavimus.

II. Opinio † est, quòd ei, qui in Sigillo se fundat contra 50
dominum, id suum esse negantem, incumbat probatio, id ab
eo, vel ejus voluntate appositum esse, sive illud publicum, sive
privatum fuerit, *arg. l. ei, qui. D. de probat.* nec necesse erit, pro-
bari, sua esse arma vel Sigilla: cum alieno Sigillo vel anulo quis
signare possit. *l. ad testium. 22. §. si ab ipso. D. de testam.* nec suf-
ficiet dominum confiteri, vel aliter probari ejus esse arma &
Sigilla, si neget suâ voluntate apposita, quòd ex eo certò doce-
ri non possit, ejus voluntate appensa fuisse, cum ab alio furtivè
subtracta, & sic scripturæ impressa, additave haberi poterint.
arg. l. un. §. sed ne furandi. C. de Latin. libert. toll. Nec † probat 51
hoc esse, quod ab eo contingit abesse, juxta *l. nec naturales. 10.
cum ibi notat. per Bald. C. de probat.* Joan. Sichard. *ad d. l. 10. n. 2. &
seqq.* Goedd. *cons. Marp. 28. n. 152. vol. 2.* Nicol. Rücker *inter cons.
divers. 27. n. 24. in fin. vol. 1.* Petr. Royzius *decis. Litvan. 1. n. 16.* Jo.
Meichsner. *decis. Camer. 14. n. 100. tom. 3.* Jacob. Schultes, *quæst. pract.
44. n. 23.* Ideò, † ut concludens sit probatio Dd. specificè de- 52
monstrari volunt, quòd ab eo, vel de voluntate ejus, cujus est

Sigillum, appositum fuerit: cum constet, dubiam & incertam probationem nihil relevare. *cap. in præsentia. cum ibi notat. Extr. de probat. cap. cum contingat. 36.* de *Offic. deleg. l. ad probationem. 21.* ibi: licet probetur factum, tamen intentioni nullum præbeat adminiculum. ubi Bart. *C. de probat.* Speculat. *lib. 1. tit. de testib. §. 5. n. 4.* Matth. Wesemb. *cons. 200. n. 20.* ubi hanc subjicit ratio-
53 nem: † Frustra quæritur, quod inventum nihil operatur, *arg. l. hæc stipulatio. §. Ejus. D. de legat. nom. cav.* & in materia probationis. *arg. l. matrem. ubi Dd. C. de probat.* Gilman. *decis. Camer. 32. n. 9. & 10. lib. 1.* Vultejus *cons. Marp. 15. n. 111. & cons. 30. n. 58. vol. 1.* Domin. Arum. *decis. 2. n. 12. lib. 2.*

54 Et hanc † Opinionem sequuntur Alb. de Rosat. Paul. Castrens. Guil. Cuneo & alij relati à Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 67.* Molin. *ad Cons. Paris. tit. 1. §. 5. n. 14.* Covarr. *tom. 2. pract. quæst. 22. n. 9.* Menoch. *lib. 2. de arb. jud. quæst. cas. 113. n. 3.* Hippol. Riminald. *cons. 236. n. 32. & seqq.* Matth. Wesemb. *cons. 178. n. 18. & 19. per tot.* Schrad. *cons. 32. n. 32.*

55 III. Opinio † est distinguentium, ut nempe prior opinio procedat, quando ille ipse, cujus est Sigillum, negat, hoc voluntate sua appositum. Prior verò obtineat, si heres vel successor neget de voluntate defuncti sigillatum fuisse, uti latiùs apud Molinæum *d. tit. 1. §. 5. n. 14. & seq.* quem sequitur Covarr. *d. quæst. 22. n. 9. & d. cas. 113. n. 3. & 8.* Idque ex hac diversitatis ratione, quòd principalis ipse negans suâ voluntate Sigillum fuisse appositum, non videatur id negaturus fuisse, nisi id ita se habere sibi constitisset, propter calumniæ juramentum à se præstitum, ratione cujus præsumendum est, quòd veritatem dixerit, ne si aliud præsumamus, perjurij ipsum arguamus, contra ea, quæ habentur *in l. meritò. D. pro socio.* Quæ ratio ces-
56 sat in herede, † qui etsi de calumnia juraverit, tamen ut heres justam ignorantiæ causam habere potest, *juxta l. qui in alterius. D. de Reg. Jur.* Ideoque pro ipsius negatione, tunc non præsumitur, sed potiùs pro Sigillo, ne si aliter dicamus, maximâ ex parte sigillorum usus tollatur, & difficultas probationum aucta, etiam impedimenta contrahendi adversus ea

generet,

generet, secundum *l. quoniam. C. de her.* Nicol. Everhard. *d. tract. cap. 12. n. 67.*

Verùm † in hac Opinionum diversitate prior sententia, 57 quam etiam Nicol. Everhard. *d. n. 67.* sequitur, de jure verior videtur, *Regulariter* † scilicet, *Sigillum etiam privatum in dubio de* 58 *voluntate ejus, cujus est, scripturæ appositum præsumi. cap. tertio loco. Extra. de probat.* Cravet. *de antiq. temp. part. 1. §. quæritur 5. n. 46.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 58.* Jac. Puteus *decis. 359. lib. 1.* & alij infrà *cap. 12. concl. 1. n. 12. relat.*

Quæ † sententia confirmatur *Primò*, per textum *in d. cap.* 59 *tertio loco.* ubi Capitulum negans instrumentum sua voluntate confectum & sigillatum fuisse, absolutionem meruit propterea, quòd probaverat, semper alienationi rerum illatarum, de quibus fiebat mentio in scriptura adversarij, una voce contradictum fuisse. Ex quo apparet, quod Capitulum negans sua voluntate fuisse Sigillatum, non habuerit præsumptionem pro se, sed potiùs contra se; aliàs enim non ipsum Capitulum, sed Adversarius ejus probare debuisset.

Nec obstat 1. si arguatur, ibi Sigillum Capituli fuisse appositum, quod cum sit authenticum, regulariter præsumatur de voluntate ejus, cujus est, appositum. Castrens. *in l. si procuratorem. D. de procurat.* Aliud verò in Sigillo privato, de quo hîc agimus, sit habendum.

Respondetur enim, quòd postquam illa scriptura, de qua habetur *in d. cap. tertio loco.* concernebat contractum, qui per Capitulum dicebatur super rebus suis cũ aliquo privato gestus, ideò ibi de illa scriptura & Sigillo, nõ ut de publico, vel authentico judicatur, sed tanquam privato: siquidem † in cõtractibus, 60 quos quis celebrat cum alijs super rebus proprijs, quilibet etiã Princeps consideratur, non ut Princeps, sed ut privatus, *arg. l. 2. §. 1. D. Ne quid in loc. publ.* Bart. *in l. in fraudem. §. neque D. de Jur. fisc.* Felin. *in cap. 1. col. 2. cir. med. Extra. de probat.* Purpur. *cons. 462. n. 4. & seq.* Matt. Wesemb. *cons. 260. n. 91. & cons. 271. n. 52.* Petr. Ant. de Petra *tr. de potest. Princip. cap. 32. quæst. 3. n. 61.* Nam † si Princeps ex 61 contractu suo non obligaretur alijs, ita nec alij sibi, ex natura correlativorum, & sic esset sibi interdictũ commerciũ & esset

Exul,

Exul, ubi debebat esse Præsul, prout sunt verba formalia Bald. *in l. Princeps: D. de Legib. & l. 2. C. de Servit. & aqua. col. 3.* faciens
62 insuper regulam, † quod Fiscus & Princeps jure privatorum utatur, & contra. *l. item 22. §. ait Senatus. ubi Gloss. Verb. in publica. de petit. hered. l. 1. C. Eod. tit. l. 1. §. quibus. D. Quod cujusq. Univers. l. de contractu. C. de rescind. vend. l. idem. D. de Compens.* Wesemb.
63 *d. cons. 260. n. 91.* Ideò † etiam Principes & feuda concedentes Domini, secundum jus commune contrahere, Phil. Cornæus *cons. 190. in prin. lib. 3.* P. Costal. *in l. si duo. n. 3. & 4. D. de acq. hered.* & feuda per Investituras concedere, post Bald. & Jacob. We-
64 semb. *cons. 292. n. 3.* † Nec alio à contractu suo recedere modo dicuntur, quàm quo privatus potest. Petra *d. cap. 32. quæst 3. n. 56.*
65 Cum † verò nihilominus illud Sigillum privatum non obstante Capituli negatione præsumebatur fuisse appositum de voluntate ipsius Capituli, ita, quòd Capitulo neganti incumberet onus probandi, jam evidenter patet, quòd etiam in casu, ubi Sigillum privatum alicui scripturæ invenitur appositum, non obstante sigillantis negatione, regulariter præsumendum sit, Sigillum fuisse appositum de voluntate ejus, cujus est. Et observari hoc loco debet, quòd tàm *in d. cap. tertio loco.* quàm *in l. 2. C. de reb. alien. non alien.* (de quo textu paulò post agemus) loquatur textus non de herede, vel successore, sed ipso Capitulo, ipsaque uxore, cujus Sigillum fuerit. Et nihilominus ibi præsumptio erat contra eum, cujus Sigillum producebatur. Quapropter hic manifestè patet, suprà relatam Molinæi distinctionem inter principalem & heredem non esse veram, sed regulariter in utroque idem jus obtinere secundum prædicta. Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 67. vers. Non obstat si dicatur.*

66 Similiter † non obest II. pro illa distinctione superiùs considerata diversitatis ratio: quia respondetur, illam in proposito nostro non esse attendendam, ex quo una pars non minus de calumnia juret, quàm altera, & sic utriusque par sit conditio, respectu præsumptionis ex tali juramento desumendæ. Itaque rejecta illa distinctione standum est generaliter sententiæ hactenus comprobatæ. Nic. Everhard. *d. loc.*

Secun-

Secundò. † Idem confirmatur ex eo, quòd modò *sub n.59. vers. Nec obstat.* reddita à Dd. diversitatis ratio inter Sigillum authenticum & privatum, non sit vera; cum videamus etiam privatos homines sua sigilla diligenter custodire, ac fortè non minus sollicitè custodiantur, quàm publica, per ea quæ suprà *cap. 6. vers. Ex hac fida. n.25. cum seqq.* Quapropter cum eadem sit ratio, meritò idem jus in utroq; Sigillo statuendum est. *arg. l. illud. D. Ad L. Aquil. l. à Titio. D. de Verb. obl.* Everhard. *d. cap. 12. n. 67. vers. Nec obstat ratio.* 67

Tertiò. † Ad hoc text. est *in l.2. C. de Reb. alien. non alien.* ubi Sigillo Uxoris contra ipsam propterea non creditur, quòd probaverat, fraude à marito conquisitâ ipsius uxoris Sigillum venditionis scripturæ appositum fuisse, quòd Sigillum illud sua voluntate fuit appositum, id quod ex eo apparet, quòd Imperator suam decisionem ibidem non fundat super negatione & allegatione uxoris, sed super commento & fraude conquisita per maritum, sicque de ea sibi constitisse per probationes, ostendit. Et hanc Interpretationem coadjuvat etiam conditio, imprimis verbis ejus legis apposità, dum inquit Imperator: Si consensum ei nō accommodasti, quasi dicat, se non credidisse mulieri neganti se consensum accommodasse marito, nec etiam Imperatorem pro ipsâ præsumere voluisse, sed tum demum allegationem ipsi prodesse debere, si appareat, hoc est, *si* probetur, quòd non consenserit, sed decepta fuerit. Nam conditionem dispositionis extitisse probandum est ab eo, qui in ipsa se fundat, juxta *l. ex his. C. Quand dies legat. cedat.* 68

Quartò † probatur hæc sententia Gloss. & Dd. supra adductorum auctoritate: cumprimis verò Baldi, *qui in Rubr. Cod. d. fid. instr. col.9. vers. Sed hic quæro.* ita argumentatur: Quicquid reperitur scriptum in libro Mercatoris apud eum existere, id de voluntate ipsius scriptum præsumitur. Quare simili ratione dicendum videtur, quicquid reperitur sigillatum Sigillo alicujus, id præsumi sigillatum de voluntate ejus, penes quem est Sigillum, tradente Decio *in d. cap. tertio loco n.2. de probat.* 69

Quintò. † Quòd docente experientia, optima rerum Ma- 70

Ii gistra,

giſtra, *cap. cum ſit. Extra. de Elect.* utplurimum Sigillum de voluntate eorum, ad quos pertinet, apponatur. Quare in caſu, ubi invenitur appoſitum Sigillum, præſumi debet de voluntate
71 ejus, ad quem ſpectat, id fuiſſe appoſitum. Id † enim, quod communiter fieri ſolet, factum eſſe, præſumitur. *cap. 1. cum ibi notat. Extra. de Cleric. non reſid. cum ſimil.* Everhard. *d. loc.*

72 *Sextò.* † His & illa addi poteſt ratio, quòd ſequendo hanc ſententiam delicti præſumptionem evitamus, ſcilicet, ne Sigillum cenſeatur furtivè appoſitum, & ne producens cenſeatur, vel videatur falſo inſtrumento uti. Quare hæc ſententia præferenda eſt alij contrariæ. *arg. l. meritò. D. pro Socio. cum ſimilib.* de quibus Alciat. *tract. præſumpt. regul. 3. præſumpt. 1. cum ſeqq.*

73 *Septimò* † denique hæc ſententia, de communi ſolùm Conſuetudine Germaniæ noſtræ recepta eſt: & ob id ab ea non recedendum. Nicol. Everhard. *tr. de fid. inſtr. cap. 12. n. 67. verſ. Non obeſt ratio. per l. ſi de interpretatione. cum ibi notat. de Legib.* & Dd. *in cap. cum dilectus. Extra. de fid. inſtr.*

Priore opinione ſic confirmata, non obſtant, quæ pro ſecunda & tertia ſententia adducta fuerunt.

74 Non † refragatur *Primo* loco oppoſitum *cap. Ei qui. 2. de probat.* Reſpondetur enim regulam ejus legis non procedere ubicunque pro una parte eſt præſumptio juris, ut hîc. Nam tunc adverſa pars probare debet, etiamſi in negatione ſe fundet, ut notat Gloſſ. *ibid.* & ſequuntur Dd. communiter.

75 *Secundò*, † Æquè non impediunt Caſtrenſis, Alberici, & aliorum auctoritates. Quia reſpondetur, illas non eſſe attendendas, cum ab alijs pluribus ſuperentur, & melioribus rationibus vincantur, ſicuti partim ex ante dictis, partim ex infrà dicendis, apparet. Everhard. *& cap. 12. n. 67. verſ. Cui quidem.*

76 *Tertiò* † non facit remoram, quòd licet conſtet, certi hominis Sigillum eſſe, non tamen ideò certò conſtare, de voluntate ejus appoſitum eſſe. Reſpondetur enim, quòd imò ſatis pateat ab ipſo ſigillatum fuiſſe, præſumendo à communiter

niter accidentibus. Quòd præsumptionis genus satis necessariò concludere dicitur, quoad hoc, ut onus probandi in adversarium transferat, post Card. Parisi. Bald. & alios Everhard. *d. cap. 12. n. 67. vers. Similiter non obstat.* ubi ad illa, quæ contra talem præsumptionem opponi possunt, respondet.

§. II.

PUBLICI SIGILLI PROBATIONES in specie.

Publicum, † quod dicimus nunc Sigillum, de Jure civili fidem non facit, nisi in his, quæ sunt modici præjudicij. *l. si qua per calumniam. & ibi Gloss. C. de Episcop. & Cleric.* Alex. *in l. quæ dotis. 34. n. 38. D. Sol. matr.* Jason. *ad l. pacta novissima. n. 16. C. de pact.* Conf. suprà. *§. 1. vers. Nec impedit. num. 12. & 13.* 77
Hinc † dici solet, Episcopi Sigillum per duos testes infirmari: *l. in exercendis. C. de fid. instrum. & cap. Cum Joannes. Extra. Eod. tit.* Ludov. Fasch. *inter consil. illustr. JCtor. cons. 20. n. 8. tom. 2.* Conf. infrà *concl. 4. n. 176. & seq.* & de † Sigillo Ducis vel alterius Principis superiorem recognoscentis traditur, illud per se fidem non facere, cum hoc sit speciale in Imperatore, † vel Rege in regno suo, *cùm*, quòd non agnoscant superiorem, & Rex in suo regno sit, quod Imperator in Imperio: *tùm*, quòd in propria causa judex esse possit. *l. proximè. D. de his, quæ in testam. l. Et hoc Tiberius. ubi Bart. D. de hered. instit.* post Petr. de Bellapertic. & Bald. Schurpf. *cons. 90. n. 27. & 28. cent. 3.* Vid. tamen, quæ huc paulò post, *vers. Unde illæ Practicorum. n. 88. cum seqq.* annotavimus, ubi hæc declarantur. 78 79 80

Sit † igitur generalis Conclusio Prima: 81

Hodie publicum, sive authenticum Sigillum de Jure Canonico, & totiùs Orbis Consuetudine publicè receptâ, sine alio adminiculo ac subscriptione communiter, Experientiâ quotidianâ sic comprobante, plenam inducit probationem. cap. post cessionem. de probat. cap. 2. de fid. instrum.

82 Et ita † statuunt Dd. ad unum omnes, in Lecturis, Tractatibus & Commentarijs: Bald. *in Rub. Cod. de fid. instr. n. 76. & circa fin.* ubi, quòd quolibet in foro Sigillis fides adhibeatur, tradit. Panorm. Felin. Fran. Aretin. Bellamer. & alij *ad cap. post cessionem. de probat.* Alex. ab Imola *ad l. quæ dotis. 34. n. 38. D. Sol. matr.* Jason. *ad l. pacta novissima. n. 16. C. de pact.* Specul. *tit. de probat. §. ult. n. 13. vers. 10. ibi: Statutum.* Carol. Molin. *ad Consuet. Paris. part. 1. tit. 1. §. 8. n. 15.* Benven. Stracch. *part. 2. de Mercat. n. 88.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 22.* Mascard. *de prob. conclus. 1302. n. 11. 34. & 44. vers. Sextò limitanda.* Coler. *de process. Exec. part. 3. cap. 1. n. 88.* Nic. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 40.* Mart. Mager. *de Advoc. armat. cap. 14. n. 87. & seqq.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 3. & 4.* Nicol. Betsius *tract. de pact. famil. illustr. cap. 3. pag. 47. in fin.* ubi post Menoch. & Wesemb. in publicis Sigillis sufficere docet, si ex circumstantijs absque nominis subscriptione colligi possit, à quibus sint apposita. Frider. Hiltropius *part. 3. process. judic. tit. 12. n. 6. 7. & 8.*

83 In † Decisionibus, Resolutionibus, Quæstionibus & Conclusionibus: Guid. Papæ *decis. Grationop. 175. n. 1. vers. Et hoc operatur consuetudo.* Anton. Rambaud. *in not. ad Guid. Papæ decis. 481. n. 3. in verbo: Sigillatæ.* Francisc. Marcus *part. 2. decis. Delphin. quæst. 511. n. 4.* Ant. Faber. *in Codic. lib. 4. tit. 14. n. 6.* Joan. Koppen. *decis. 46. n. 41.* ibi: Et ex consuetudine totius Orbis plenam fidem facit. *& n. 42.* Covarr. *pract. resol. cap. 22. n. 9. tom. 2.* Virg. Pingiz. *illust. quæst. Saxon. 38. n. 9.* Gabriel *com. concl. tit. de præsumpt. conclus. 4. n. 35.* Berlich. *part. 1. pract. concl. 14. nu. 83. & 84.* Verum *n. 86. & 87.* quoad Sigilla Comitum, Baronum & Civitatum hoc ipsum de Jure Saxonico limitat, ac ita in Camera judicatum scribit. Et quod subscriptio hîc, ab ipso judice & testibus ex communi consuetudine non fuerit necessaria, post *d. cap. post cessionem. de probat. & cap. inter. de fid. instrum.* sua decisione Dnn. Camerales in causa Berthæ Weiland Heinrichen S. & Claræ, Weiland Bernharden Wolffs

Wolffs Wittiben/contra Lucas Bröckeln apud Rulant. *d.part.2. de Commiss.lib.5.cap.30.n.4.* comprobarunt.

In † Consilijs & Responsis. 84

Zasius *cons.1.n.2.& cons.18.n.19. lib.1.* Henning. Goden. *cons. 63.n.13.& cons.109.n.7.* cujus auctoritas allegata est à Dnn. Cameralibus in causa Rheingrafen / contra Antonium von Heppenheimb. Schurpf. *cons.7.n.6.cent.1.* ubi de observantia & Consuetudine Alemanniæ attestatur, cujus auctoritatem secuti sunt Dnn. Camerales in causa Conraden von Steinheim / contra Wolraten Grafen zu Waldeck. Rulant. *d. cap.32.n.4.* M. Wesemb. *cons.12.n.3.cons.14.n.61.& 63.vers.Sed hæc impugnatio.cons. 42.n.9.cons.164.n.34. cons.211.n.123.cons.217. n.4.cons.218.n.40. & cons.271.n.21.* Menoch. *cons.1.n.332.333.& 334.lib.1.* Mynſ. *resp. 21.n.25.& 29.cent.1.* Vultej. *cons.Marp.15.n.84.cum ibi relat.vol. 1.& cons.23.n.46.vol.4.* Fichard. *cons.4.n.2.in prin.tom.2.* Ludov. Fasch. *inter cons. illustr.JCtor.cons.20.n.2.& 3. tom. 2.* Anton. Galeatius Malvasiæ *cons. 109. n. 11.* Nicol. Everhard. Jun. *cons.25.n.4.vol.2.* Sixtin. *cons. Marp.11. num.32.* ubi de personis honestioribus *vol.2.* Jo. Goedd. *cons.28.n.4.5.6.7.9.13.30.& 31.vol. 1.& cons.ult.n.7.vers.* wann demselben *vol.2.* Ern. Cothman. *cons. 45.n.13.& seqq.vol.1.*

Quæ Conclusio semper, & ab ævo optimis subnixa fuit rationibus: *tum*, † quòd æquum sit tabulis consignatis crede- 85
re: Plaut. *in Bacchid.* Coras. *lib.3.Miscell. cap.4. n.5.* *tum*, quòd
† Principum arcana omnibus patere non debeant, solum eorũ 86
sigillum sufficere invaluit. Menoch *cons.1.n.334.lib.1.* *tum*,
quòd † Sigilla personarum jurisdictionem habentium, Cravett. 87
cons.46.n.5. post Innoc. Socin. & Dd. ac ego supra *cap.4.per tot.* plenius, magnæ efficaciæ esse dicantur in probando, ubi deficit tabellio, post Bald. *in cap. de pac. Constant. in verb. Imperialis Clementiæ n.6.& 7.* Schurpf. *cons.17.n.13.cent.1.* Gilman. *decis.Cam. 17.n.6.lib.2.* Majorem † enim ipsa scriptura fidem facit. M. We- 88
semb. *cons.135.n.10.*

Unde illæ Practicorum natæ sunt Conclusiones, Philosophis Maximæ dictæ:

89 Prima: † *Literæ sigillo publico confirmatæ probationem probatam & non probandam inducunt.* Joan. Faber. *in §. possunt. Inst. de testam.* Franc. Marcus. *decis. Delph. quæst. 990. n. 16. part. 1.* Vultej. *cons. Marp. 15. n. 84. vol. 1. per ibi relat.* nec requiritur alia probatio per testes & comparationem literarum, sed tota vis in probanda sigilli veritate posita est, post Castrens. Cravett. *tr. de antiq. temp. part. 1. §. quæritur. n. 44.* quem in hoc sequitur Fichard.

90 *cons. 40. n. 2. tom. 2.* ita † tamen hæc intelligentes, ut hæc procedant quoad sigillantem & contra eum, & in ejus præjudicium, non quoad tertios. Quod advertens Schurpf. *d. cons. 90. num. 28. cent. 3.* ita scribit: Et sic est, sine dubio, quòd sigillum Ducis vel alterius Principis recognoscentis Superiorem suum non possit aliquid per scripturam suo sigillo roboratam pro se & contra alium probare, licet forsan aliud esset, quando scriptura Episcopi vel Ducis sigillo roborata, non pro se, sed ab alio contra tertium produceretur, de quo *in cap. 2. cum ibi notat. Ext. de fid. instrum.*

91 Secunda † est: *Creditur literis à Principe, Civitate & Universitate sigillatis, ut instrumento publico, cui etiam æquiparantur. cap. 2. in prin. verbo: Sigillorum & verbis:* in instrumento, aut patentibus literis. *de off. Ordin. in 6.* Card. Zabarell. *in cap. post cessionem. n. 5. de probat.* Schurpf. *cons. 17. n. 13. cent. 1. & cons. 67. n. 4. cent. 2.* M. Wesemb. *cons. 35. n. 8. cons. 113. n. 27. cons. 136. n. 9. cons. 148. n. 42. & seqq. cons. 211. n. 123. cons. 212. n. 56. & cons. 218. n. 40. & 53.* Gilman. *decis. 51. n. 40. & seqq. lib. 2.* Conf. infrà. *concl. 4. vers. Idque.*

92 *Tum maximè. n. 177.* Quæ † tamen conclusio sive regula in proprijs Principis & aliarum publicarum personarum negotijs officium perdit, ut dixi infrà *Limit. 1. vers. Extenditur. n. 109. cum seqq. & concl. 3. in prin. n. 171. & seq.*

93 *Ampliatur* † Superiùs posita principalis Conclusio I. Ut non sit necessarium, quòd sigillans scripturam attestetur, se illud sigillum apposuisse. Et quamvis Innocent. *in cap. 2. de fid. instrum.* quem etiam refert & sequitur Bertachin. *part. 3. Repert. verbo, Sigil-*

Sigillatio verſ. Sed advertendum. 57. talem atteſtationem requirere videantur: attamen cum Innocentius duas opiniones referat, prima eſt, quòd requiratur talis atteſtatio: ſecunda, quòd non requiratur, & hanc ſolùm ſequi videtur, quando nempe ſigilla ſunt Epiſcoporum, aut aliorum Prælatorum juriſdictionem habentium, atq; ſic quando ſigilla ſunt authentica, referens ad hoc Abbatem Panorm. qui ibidem vult, quòd etiamſi eſſet ſigillum privatarum perſonarum, puta, contrahentium, non ſit neceſſaria talis atteſtatio: dummodo ſit ſigillum proprium earum, non alienum. Abbatem ſequitur Decius *in d. cap. 2. cir. fin.* Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. quæritur. n. 47. & 48.*

94 *Limitatur* † hæc Ampliatio, quòd ſolum ſigillum non ſufficiat, ubi ſpecialis deſignatio, vel ſcriptura, aut ſubſcriptio pro formâ ad ſolemnitatem actus requiritur. *Auth. Quod ſine. & ibi Natta, quæſt. pen. C. de teſtam.* Roman. *conſ. 303. per l. cum antiquitas. §. fin. C. de teſtam.* Cravett. *d. part. 1. §. quæritur n. 49.* qui tamen, ut ex *num. præced. 46. & 48.* patet, hanc limitationem de privatis ſigillis accipit, ut & Koppen. *deciſ. 45. n. 33. part. 1.* poſt Weſemb. *conſ. 90. n. 9.* (Vid. interim eundem *conſ. 130. n. 24.*) & Hart. Piſtor *loc. ibid. relat.* Conf. ſuprà *cap. 10. §. 2. verſ. Quartò. Eſt & ſigillum n. 83.*

95 *Ampliatur* II. † Principalis Concluſio, ut procedat, quocunque modo ſcriptura loquatur, ita, ut nihil referat, ſive in perſona ejus, qui ſe obligat: an verò in perſona ipſius ſigillantis concepta ſit. poſt Butrigar. & Hoſtienſ. Nicol. Everhard. *tract. de fid. inſtr. cap. 12. n. 41.*

96 *Ampliatur* III. † Ut talibus literis credatur non ſolùm in præjudiciũ aliorum, *cap. 2. in verbo, ſigillum. cap. dilectus de fid. inſtr.* ſive alicujus tertij; (quo caſu dicitur ſemiplenè probare, Gabriel. *lib. 1. tit. de præſ. concl. 4. n. 2.* Honthem. *lib. 4. de art. Notariat. cap. 11. n. 66.*) Jo. Bapt. Schvvartzenthal. *lib. 2. proceſſ. Judic. act. 8. cap. 5. n. 7.* ſed etiam abſq; omni dubio in præjudicium ipſorum Principum. Schurpf. *conſ. 7. n. 6. cent. 1.* & dixi pluribus infrà. *concl. 2. n. 151. & ſeqq* Ingolſtad. apud. Giphan. *tract. de Renunc. conſtit. 6. verſ.* Man will. *pag. 197.*

97 *Ampliatur* IV. † Quatenus de probatione pro tertio contra ter-

tertium facienda sigillum adducitur, ut procedat conclusio
non tantùm si sigillaverit ille Ordinarius, ad quem spectat sigil-
lum, sed etiam si sigillum apposuerit is, cui ab Ordinario id est
concessum. Everhard. *d. tract. cap. 12. n. 42.* Vid. supra *cap. 6.*
vers. 5. Quod qui n. 32.
98 *Ampliatur* V. † In literis sigillatis sigillo Episcopi in his, quæ
ad ejus officium, ut Consensum, testimonium seu solemnita-
tem operetur, pertinent, ut & in ijs, quæ fiunt extra judicium
plenè probet sigillum, utpote in collatione Beneficiorum, Or-
dinum & similium, post Geminian. *cons. 57. n. 4. in fin. vers. Non*
obstat si dicatur. & n. 5. Cardin. Tusch. *pract. concl. 238. n. 2. & con-*
clus. 239. n. 7. tom. 7. lit. S. Ludov. Fasch. *inter Cons. Illustr. cons. 20.*
n. 2. & 3. tom. 2. ubi ita etiam observare Palatium Apostolicum
dicit post Panorm. Conf. suprà *cap. 4. vers. 5. Ut sit ejus n. 30. &*
99 *seqq.* Sigillum † enim in his solum probat, quibus inventum
est, *cap. significavit Ext. de appellat.* Bald. *ad l. fin. C. ad SC. Macedon.*
100 Unde † authenticari non potest, quod ad officium non perti-
net. post Felin. *in cap. Petrus Fullent. ult. Ext. de homicid.* Henric. à
Bila *inter responsa Germanorum in causa Petri Scalichij contra Albert.*
101 *Truchs. pag. 209.* Severè † Sigismundus Imperator apud Goldast.
part. 1. Const. Imp. Rubr. Die Weltlich. Reformat. deß hochlöblichen
Käis. *Sigismund. cap. 15. in fin. pag. 193:* animadvertens inordina-
tam sigillorum appositionem, ita sancit: Man soll wissen / daß
man das lauter vnd gantz abthun soll / daß Clöster mit keinem Insi-
gel-Merck versigeln süllen / dann was ihren Orden / oder deß Ordens-
Personen anrühret / vnnd anders nicht. Kein Weltliche Sachen
süllen sie nicht versigeln / noch kein Geistlich Person. Es süllen sich
sicher in allweg lauter scheiden / das Geistlich vnd das Weltliche / als
es was von Angende von vnsern Vordern geordnet / vnd die Recht
noch heut bey Tag weisen.
102 *Limitatur* † hæc Ampliatio juxta quinque Fallentias su-
prà *cap. 4. post d. vers. 5. Ut sit ejus n. 35. & seq.* ordine positas.
10 *Ampliatur* VI. † De Jure Canonico in literis Majorum Ju-
dicum, puta, Episcoporum &c. quibus est permissum Authen-
tica habere sigilla, quoad illa, quæ sola eorum auctoritate ni-
tun-

tuntur, ut scilicet in his eis fides adhibeatur: *cap. post cessionem. ubi Canonist. Ext. de probat.* ut & *in cap. 2. de fid. instr.* aliàs secus. *cap. significante de appell.* Alex. & Jason. *in l. pacta novissima n. 16. C. de pact.* post Bart. & Ludovic. *in l. si publicanus. §. 1. de publican.*

Ampliatur. VII. † In sigillis Principum secularium & Communitatum, quæ instrumenta faciunt esse publica. Bald. Salicet. & Dd. comm. *in l. si qua C. de Episc. audient.* Lanfran. *in cap. quoniam verbo, instrumentorum n. 2. de probat.* Schurpf. *cons. 7. n. 6. & cons. 17. n. 12. ac 13. cent. 1.* Conf. suprà *cap. 4. n. 41. cum multis seqq.* a104

Ampliatur. VIII. † Quòd quando sigillum instrumento appositum publicum est, & authenticum, per hoc probari, illum, qui instrumentum scripsit, verè esse Notarium, ita, quòd contra ejus auctoritatem pars apponere non possit, post Chassan. & Innoc. Nic. Everhard. *d. tr. de fid. instr. cap. 12. n. 16.* b104

Ampliatur. IX. † Si antè tàm longissimum tempus sit appositum, quod per se instrumentum publicum faciat, sic ut ei plenè credatur, & subscriptione plus operetur. Matth. Wesem. *cons. 12. n. 3.* Tanta † antiquitatis vis est, & reverentia, ut tantò præstantiora quæq; judicentur, quantò antiquiora esse creduntur. Specul. *lib. 1. tit. de Exord. Advocat. §. 1. n. 32. Et in proœm. lib. 1. n. 15.* Nicol. Reusner. *class. 2. symb. Impp. 13. pag. 59.* Marc. Anton. Majorag. *Orat. 24. pag. 546.* 105 106

Limitatur I. † Superior principalis Conclusio ita, ut sigillum authenticum nihil probet, si non adsint præterea alia requisita de Stilo vel Consuetudine Curiæ apponi solita, veluti, subscriptio Domini, aut Cancellarij, Secretarij, Actuarij, vel alterius alicujus, aut similia. Hinc talem formamus Conclusionē: 107

† *Sigilla quantumvis publica, sine subscriptione Domini, vel ejus Cancellarij, Secretarij, aut Actuarij, si ita habet Curia Stilus, observantia & consuetudo, vel de gravi agatur præjudicio, causave & commodo ipsius sigillantis, non probare, aut de jure fidem ullam facere, tàm in judicialibus, quàm extrajudicialibus, maximè quando contra tertium agitur.* 108

Atque ita sentiunt Dd. in Lecturis & Tractatibus: Jason. *in l. admonendi n. 132. D. de jurejurand.* Speculat. *tit. de Instrum. Edit. §. postremò. n. 19.* Carol. Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 15.* Joan. Asin. *tract. de Execut. in prolegom. cap. 6. n. 6. vers. Praterea. ubi alios refert.* Nicol. Everhard. *d. tract. cap. 12. n. 44.* Goedd. *ad l. 29. n. 2. & seqq. D. de Verb. signif.*

In Consilijs & Responsis:

Socin. *cons. 258. n. 7. vers. 3. & seq. vol. 2.* Steph. Bertrand. *cons. 70. n. 3. & 4. vol. 1. part. 1. cons. 133. n. 5. & seqq. vol. 2. part. 1 ac cons. 179. n. 2. vol. 5.* Ernest. Cothman. *resp. 68. n. 62. & seqq. ac n. 84. & resp. 45. n. 27. & seqq. vol. 1.*

In Decisionibus, Definitionibus & Conclusionibus:

Guid. Papæ *decis. Grationop. 175. n. 1. & decis. 481. n. 1.* Ant. Faber. *in Codic. lib. 4. tit. 14. defin. 20.* Gilman. *decis. Cameral. 17. n. 20. lib. 2.* Card. Tusch. *pract. concl. 240. n. 12. lit. S.* Berlich. *pract. concl. 14. n. 83. & seqq. part. 1.*

109 *Extenditur* † hæc Conclusio cumprimis vera esse in contractibus Civitatum ac Universitatum, in quibus præter sigillum etiam subscriptio Consulis, Secretarij, vel alterius Officialis à quo sigillum illud Magistratus, velut alienum appositum, fuerit, aliaque in talibus observari solita, pro formâ requiruntur. Jason. *in d. l. admonendi n. 132.* Goden. *cons. 63. n. 14.* M. Wesemb. *cons. 12. n. 51. vol. 1.* Gilman. *d. decis. Camer. 17. n. 20. lib. 2.*

110 Alioquin † his non attentis solum sigillum, quantumvis notum & authenticum, non sufficeret. Molin. *d. tit. 1. §. 5. n. 15. & latiùs §. 116. Gloss. 2. in verbo. Scul.*

111 Rationes † hujus Extensionis hæ esse videntur, 1. quòd sigillum Civitatum, ut aliàs omne authenticum in proprijs negotijs & causa habetur pro privato. *tot. tit. C. Ne quis in caus. sua. l. digna vox. C. de LL. cap. justum. dist. 9. cap. cum omnes 6. D. de Constit.* Rota Roman. *decis. 1. aliàs 22. n. 1. & seq. tit. de probat. in Novis.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 46. & 50.* 2. Quia si secus fiat, pro suppositio & clam apposito videatur habendū.

Conf.

Conf. infrà *concl. 2. decl. 2. n. 160.* Nam † & sigillum adhiberi 112
potest, fraude interdum conquisita, ut in *l. 2. C. de rebus alien. non alien. l. ult. C. Plus valere quod agit.* Faber. *d. defin. 20. in not. n. 1.*

Atque ita † mihi superioribus annis coram Commissa- 113
rijs Cæsareis, in gravissima & ardua quadam causa Advocati officio fungenti, obtigit, ut Civitates S. & W. sigilla sua per Syndicum in Judicio Commissionis deputatorio diffessæ fuerint, simul protestantes, quasi sine voluntate & consensu super alieno & non proprio ipsius Magistratus facto, nec quòd non loquatur is, qui apposuerit, dicatve quare adjecerit, apposita essent, quæ videbatur esse cautela, ne agnoscendo ea, simpliciter sibi præjudicent, juxta doctrinam. M. Wesemb. *d. cons. 12. n. 51. vol. 1.* Goden. *cons. 63. n. 14.*

Declaratur † hæc Extensio in concursu plurium sigillo- 114
rum, per ea, quæ *cap. 9. concl. 2. n. 31.* diximus. Atque ita contra prædictas Civitates, ut earum Exceptionibus non obstantibus, sigilla pro agnitis per interpositum Decretum declarata & accepta fuerint, obtinui.

Limitatur II. † Principalis Conclusio, non procedere, si 115
sigillum quidem sit authenticum, sed non tale, quod ad hujusmodi negotia & officium fuerit deputatum, institutum, ac destinatum. Nam tale sigillum non probat: quia ejus vis & potestas ad causam & officium, ad quod fuit deputatum restringitur. *cap. significavit Ext. de appell.* per text. & Dd. à me *cap. 9. vers. Hanc sigillorum n. 9. & seqq.* adductos.

Sublimitatur I. † Quando in subscriptione, vel in alia scri- 116
ptura nominatim expressum est, tale sigillum fuisse appositum propter alterius sigilli defectum, quod tunc præstò non fuerit. Phil. Franc. *in d. cap. significavit.* Specul. *tit. de Citat.* §. *jam de ratione. num. 13.* Henning. Goden. *cons. 63. num. 14. post medium.*

Sublimitatur II. † Si fortè per testes aliter probetur, quòd 117
illemet, cujus erat sigillum hoc, id scripturæ scienter apposuerit. Tunc enim nec mandatum deficit, nec de errore

118 aut fraude suspicari licet, cum in † claris nulla debeat esse hæsitatio, conjectura, vel interpretatio. *l. si quis filium. 3. ibi:* Cum autem manifestus est sensus. *C. de liber. præter.* Specul. *tit. de Expens. §. postremò. 6. n. 23.* Tiber. Decian. *resp. 33. n. 129. resp. 58. n. 4. vol. 1. resp. 39. n. 156. vol. 2. & resp. 51. n. 20. vol. 3.* Surd. *conf. 99. n. 26.* Schrad. *conf. 1. n. 598. cir. fin.* Gail. *tract. de Arrest. cap. 8. n. 2.*
119 Dom. Arum. *decis. 2. n. 64. lib. 2.* Ne † autem circa hanc sigillationum variationem fraus committatur, debet is, qui diversa habet sigilla, cautionem præstare, se illis aliter non, quàm singulis ad usus suos proprios uti velle, secus sin fiat, de dolo, vel ad minimum in factum actione ad interesse tenetur. Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 43. in fin.*

120 *Limitatur* III. † Principalis Conclusio, si sigillum quidem in sua forma authenticum appareat, sed in loco ubi producitur sit incognitum: vel tantùm ali qualiter & non perfectè notum, fidem non facit, *cap. quod super.* ubi Dd. *de fid. instr. & arg. §. planè. Inst. de test. milit.* Rebuff. *Comm. ad Constit. regias. tract. De liter. oblig. art. 1. Gloss. 7. n. 7.* ubi elegans præjudicium & Cautelam subjicit, quam latiùs explicat Franc. Vivius *com. opin. 387. n. 1. & seqq.* De quibus suprà *cap. 4. §. 1. vers. Hinc valdè. n. 31. &*
121 *seqq.* actum est. Atque † hæc limitatio tum demum maximè procedit, si sigilla penitus sint ignota, dubia & incerta, ut cognosci nequeat, sintne Sigillantium, vel minus? Quia eo casu illa Dd. succedit Conclusio: Quòd sigilla incognita, si sigillantium esse negantur, nihil probent, nisi priùs ipsa quoque probentur talium fuisse: Felin. *in cap. post cessionem.* & Canonist. *in cap. quod*
122 *super. De fid. instr.* usque † adeò, ut etiamsi mille essent sigilla talia, tamen eis non crederetur, cum eadem ratio sit in mille incognitis, quæ est in uno, juxta *Gloss. notabil. in cap. 1. dist. 98.* Abb. Panorm. & Bertachin. Fichard. *conf. 40. n. 3. tom. 2.* Mynf. *resp. 21. n. 28. cent. 1.* Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 49.* Conf. me infrà hoc *cap. 11. §. 4. concl. 8. n. 283.* ubi plures alios adduco.

123 *Declaratur* I. † Si sigilla ejusmodi non sint penitus incognita, sed saltem qualis qualis eorum habeatur cognitio,

tio, tunc si agatur de speciali alterius præjudicio, Sigillis illis haud omninò notis fides non habetur. Etenim † quoties de 124
alterius præjudicio agitur, regulariter probationes claræ, & per necesse concludentes esse debent, *cap. in præsentia. ubi Dd. Extra. de probat.* Menoch. *cons. 75. n. 72. cons. 97. n. 98. cons. 233. n. 7. cons. 288. n. 12.* Steph. Bertrand. *cons. 56. n. 4. vol. 1. part. 2. cons. 130. n. 7. vol. 3. part. 2. & cons. 49. n. 4. & 5. vol. 7.* Ant. Faber *in Codic. lib. 2. tit. 18. de fin. 4. n. 13. in not.* aliàs † contra eum, qui in dubia 125
probatione se fundat, judicandum; *cap. cum sunt partium. & ibi Dd. de R. Jur. in 6. & cap. inter dilectos. in fin. de fid. instr.* quia nihil prodest, nihil relevat, nihil concludit, & ideò contra probantem interpretatur Menoch. *cons. 259. n. 6. cons. 284. n. 12. & 13. ac cons. 336. n. 20.* Bertrand. *cons. 4. n. 10. vol. 2 part. 1. & passim.* Conf. 1. *§. 4. concl. 8. n. 283. cum seqq.* Quòd † si verò non de speciali, aut 126
gravi præjudicio agatur, creditur hujusmodi literis quinque Sigilla habentibus, post Innocent. *in cap. 1. Extra. de Cler. peregrin.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 49.* qui ita *cap. 1. dist. 98.* intelligendum esse addit.

Declaratur II. † In instrumentis antiquis, quantumvis de 127
longinquo loco productis, quòd tamen illa literis testimonialibus non indigeant, cum pro tali instrumento non cancellato, regulariter præsumatur, post Azon. Goffred. Cyn. Bald. Salicet. & Speculat. Franc. Vivius *com. Opin. 387. n. 3.* Ut autem † 128
instrumenta hæc propter antiquitatem probent, tria necessaria sunt: Primùm, quòd scriptura posita fuerit in Archivo inter scripturas authenticas, & quòd inde sit deprompta: Deinde, quod Archivo præsit Officialis publicus: Denique quòd Archivo & literis inde depromptis semper fides adhibita fuerit. post Florian. Angel. Socin. Corn. Felin. & Schurpf. Cothman. *resp. 45. n. 32. & seqq. vol. 1.*

Declaratur III. † Quòd in locis longinquis, carens testi- 129
monialibus, per idoneos testes de fide instrumenti, probato ipsius Notarij tabellionatu, docere possit, post Afflict. & Caravitt. Vivius *d. opin. 387. n. 3.*

Limitatur † IV. Principalis conclusio, In Sigillo ita facto, 130

 ut

ut ex aliqua parte cognosci nequeat, quia tunc scriptura nihil probat, ut in terminis tradit Panorm. *in d. cap. inter dilectos. n. 4.*
131 *de fid. instrum.* Paria † enim sunt non esse, & non apparere; *text. in l. in lege fundi. 77. D. de contrah. empt.* l. nam *etsi 5. D. de injust. rupt. irrit.* Zasius *ad l. si quis à filio. §. Si quis plures. n. 2. de legat. 1.* Decian. *resp. 1. n. 132. vol. 1. & resp. 86. n. 16. vol. 2.* Vultej. *cons. Marp. 22. n. 133. vol. 2.* Everhard. *d. tract. cap. 12. n. 52.*

132 *Limitatur V.* † In scriptura, si dicatur quidem, Sigillum authenticum appositum fuisse, sed tempore productionis Sigillũ ampliùs non extet. Tunc enim etiamsi appareat Sigillum literas habuisse, tamen eis non credatur propter Sigilli defectum, utpote scripturâ eo casu omninò privatâ existente, *per cap. 2. & cap. inter dilectos. de fid. instr.* Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 51.*

133 Ex his † *Infertur* I. quod defectus formæ impressionis seu characteris rei essentiam impediat, ut actus sine illa factus non valeat: Imò defectus vitiat, utpote, si figura seu Imago, vel character Sigilli non ampliùs appareat, si scilicet Sigillum pro ea parte frangatur, ut imago dignosci nequeat, vel tantùm alteratur, aut cassatur, ut literæ & cujus sit Sigillum non cognoscantur, fidem non facit, nec verè, ob formæ omissionem, Sigillum dici potest. Specul. *tit. de Inst. Edit. §. Instrumentum. vers. Item, quod Imago. Et tit. de Procurat. §. ratione autem formæ. vers. Item, quod non sunt Sigillo.* Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. n. 42.* ubi insuper ad hoc Guid. Papæ, Albert. Brun. & Bald. citat.

134 II. *Infertur,* † prædicta eò magis vera esse, si planè non appositum fuisse Sigillum, appareat. Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 51.*

135 III. *Infertur,* † quòd necesse sit, aliud valere in scriptura, sive instrumento per se publico, ad hoc, ut defectus Sigilli nõ æquè hoc, ac privatum vitiet: quia si aliàs scriptura per se publica est, suum meritò retinebit vigorem, post Innoc. Panor. Felin. & alios, suprà ab initio hujus capit. relatos: Ratio illationis hujus est,
136 *tùm,* † quòd ea, quæ ad majorem Cautelam adhibentur instrumentis, non noceant, *l. testamentum 17. C. de testam. l. si pupilli. 6. §. 1. in fin. D. de neg. gest.* Jo. Sichard. *ad d. l. 17. n. 3.* Tiraq. *de retract. con-*
137 *vent. in præfat. n. 17.* Matt. Wesemb. *cons. 12. n. 25. vol. 1. tùm,* † quod

ea,

ea, quæ tollendæ dubitationis causâ contractibus inseruntur, jus commune non lædant. *l. quæ dubitationis. 81. D. de Reg. Jur.* Pet. Gilken. *tract. de præscript. part. 2. membr. 2. cap. 2. n. 93. & 99.*

Limitatur VI. † Principalis Conclusio, non procedere quotiescunq; Sigillum suspectum deprehenditur: *cap. inter dilectos. de fid. instr.* aut, ubi aliàs justa fraudis subest suspicio, *arg. c. 1. Extr. de procurat.* post Aretin, & Felin. Nic. Everhard. *d. tract. de fid. instr. cap. 12. n. 53.* Gabriel, *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 50.* Honthem. *lib. 4. art. Notar. cap. 11. n. 66.* Quibus autem modis suspicio circa Sigillum oriatur dixi *cap. seq. §. 2.* 138

Limitatur VII. † Casu, quo Sigillum negatur ejus esse, cujus esse dicitur, vel pro adulterino aut falso habendum, opponitur. Tunc enim non probat, nisi ostendatur verè esse Sigillũ ipsius, cujus nomine impressum est; *arg. cap. tertio loco. de probat.* Speculat. *tit. de Instr. edit. §. postremo. n. 19. in fin. & tit. de Citat. §. Jam de citatione. n. 13.* Conf. infrà *§. 3. concl. 8. nu. 247.* Sigillum † autem verè ad aliquem spectare, probari potest, vel per recognitionem ipsius sigillantis, vel per testes Sigilli notitiam habentes: vel per comparationem Sigilli: vel per juramentum, juxta ea, quæ suprà *hoc cap. vers. Secundò in genere. n. 24. & seqq.* adduximus. Chilian. König. *part. 2. Process. cap. 39.* Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 45. & seq.* Idem est, quando fraudis subest suspicio: tùm enim litteræ Principum vel Episcoporum sigillatæ planè nihil probant, post Rot. Rom. Fulgos. Butrigar. & Felin. Cothman. *resp. 68. n. 71.* ubi *n. 72. vol. 2.* addit: Et hanc decisionem tantæ esse efficacitatis ac potestatis, ut Principalibus quoque, Ducalibus & Episcopalibus litteris sigillatis ne quidem credatur in illis etjam casibus, in quibus alioqui ob certas & speciales causas probare solent. post Panorm. & Felin. *ibid. relat.* 139 140

Limitatur IIX. † Si negatur ex voluntate ejus, cujus est, fuisse appositum, utpote, si per errorem adjectum: Gabriel. *d. concl. 4. n. 51.* Honthem. *d. cap. 11. nu. 66.* Vid. infr. *§. 3. concl. 8. n. 247.* Vel clam inscio Domino adjectũ sit: quibus casibus cũ deficiat cõsensus ejus, ad quẽ Sigillũ spectat, nõ probat, quia absq; eo testimoniũ ex Sigillo descendens subsistere nõ potest. *arg. d. cap.* 141

142 *cap. tertio loco. de probat. & l. 2. C. de reb. alien. non alien.* Imò,† qui ita sine consensu Dominî sigillat, falsi pœnam incurrit, post
143 Gloss. & Decium Everhard. *d. cap. 12. n. 47.* Verùm † cum pro authentico Sigillo sit præsumptio, quòd voluntate ejus, ad quem pertinet, literis insertum fuerit, & ob id onus probandi in negantem devolvat, Castrens. *in l. procuratorem. n. 5. de procurat.* Hippol. Riminald. *cons. 236. n. 32. cum seqq.* Matth. Wesemb. *cons. 12. n. 12. & cons. 218. n. 41. & 55.* deprehendimus in privato & non authentico Sigillo secus esse: quia tunc negantis Domini voluntate appositum esse, ex quorundam (non omnium, uti patet ex dictis *cap. 6. vers. Ex qua fida. n. 25. & seqq.*) sententiâ fundata est intentio, cum fieri possit, illud ei subtractum & furtivè impressum fuisse, *arg. l. un. §. Ille autem. 11. C. De latin. libert. toll. & l. 2. C. de reb. alien. non alien.* ut meritò asserenti incumbat probatio. Ratio diversitatis assignatur hæc: quòd quia publica & authentica Sigilla diligentiùs custodiantur. *arg. l. Divus. §. Cum autem. D. de Off. Præsid. l. publicanus. D. de public.* & Dd. suprà *d. cap. 6. vers. Ex hac. 25. cum seqq.* plenè relati, præsumi non
144 posse, per aliquem furtivè impressa esse. Nam,† quæ facilè fieri non possunt, ea leges præsumere non solent, cum ad illa adaptari dicantur, quæ communiter, & ut plurimum, non quæ difficulter & rarò evenire soleant. *l. nam ad ea. 5. D. de LL.* Nic. Boer. *cons. 44. n. 13.* Hart. Pistor. *lib. 2. quæst. 12. n. 20.* Atque hinc est, quòd talem contra se præsumptionem habentes, probandi onere graventur, *arg. d. cap. tertio loco.* Nicol. Everhard. *d. capit. 12. n. 48.*

145 *Limitatur* IX. † In Sigillo inferiorum Prælatorum, post Castrens. *cons. 338. n. 3. lib. 1.* Tusch. *pract. concl. 239. n. 7. lit. S. tom. 7.* maximè in confessione mutui contra Ecclesiam facta:
146 quia † in casibus, in quibus non nocet Ecclesiæ confessio Prælati, non nocet etiam Sigillum, quod non operatur plus, quàm confessio, post Castrens. *d. cons. 338. n. 3. vers. Nec obest præ dictis. lib. 1.* Gabriel. *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 14.* Tusch. *d. conclus. 239. n. 12.*

147 *Limitatur* X. † Ubi subscriptio de solennitate & pro formâ

mâ requiritur, utpote, in testamentis, ibi sola sigillatio actum non perficit, *juxta l. hac consultissima. C. de testam. l. ad testium 22. §. si quis. D. Eod. & ibi Bart.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 37. vers. Distinguit.* Conf. suprà *cap. 10. §. 2. vers. Quartò. Est & Sigillum. n. 83. Et cap. 15. Rub. III. Divisio. lim. 1. & seq. n. 27. cum seqq. & Rub. V. Quæ scriptura. Concl. 1. n. 92. & Rub. VI. Fines &c. concl. 4. Ampl. VII. vers. Limitatur. n. 192. & v. De Sigillatione. cum seq. n. 196. & seqq.*

Limitatur XI. † Si pro allegante sive opponente contra Sigillum publicum non sit fortior probatio. Bellamer. *decis. 321.* Tunc enim præter Sigillum authenticum requiritur pro adminiculo Notarij manus & testium inscriptio, Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 27. 35. 36. & 37.* Covarr. *pract. resol. cap. 22. n. 9. tom. 2.* Roland. à Vall. *cons. 2. n. 140. vol. 1.* 148

Limitatur XII. † Quòd Literis Principum ac Episcoporum suis ipsorum Sigillis sigillatis ac munitis fides habeatur & præstetur, præcipuè in favorabilibus: secus verò in præjudicialibus, uti latissimè Bertrand. *cons. 198. n. 15. vol. 5.* tradere refert Vivius *decis. 54. n. 6 in fin. lib. 1.* cumprimis ijs, quæ magni sunt præjudicij. Ant. Butrigar. *ad cap. post cessionem. n. 7.* Panorm. *n. 6.* Jo. de Imol. *n. 4.* & Felin. *n. 13. de probat.* & si parti tertiæ damnum aliquod grave inferre possint. post Thom. Fastol. Ernest. Cothman. *resp. 68. n. 77. & seq. vol. 2.* 149

Limitatur XIII. † Cum instrumentum ex actu vero & non ficto verificari debeat; Bart. *in l. prædia. D. de acq. poss.* adijci convenit, quòd Sigillans contractui interfuerit, vel pacta ejus perfecerit. Gilman. *decis. 17. n. 19. & 20. lib. 2.* Rulant *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.* 150

Conclusio Secunda.

Sigillum † publicum & authenticum contra sigillantem probat: sive: Sigillum publicum generali consuetudine plenè probat in præjudicium sigillantis. 151

Ita concludunt Dd. in Lecturis, Commentarijs & Tractatibus: Calder. Imola & Panorm. *in cap. post cessionem.* & ibi Felin. *n. 9. Extra. de Probat.* Paul. Castrens. *in l. admonendi.*

 n. 42.

n. 42. verſ. circa tertium. D. de jurej. Maſcard. *de probat. conſ. 1302. (aliàs 1308.) n. 16.* Matth. Weſemb. *conſ. 260. n. 39.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. inſtr. cap. 12. n. 17.* Ludov. Gilhauſ. *in arb. jud. civil. cap. 6. part. 1. de probat. §. 359. verſ. Secundò extende.*

In Conſilijs: Joan. Cephal. *conſ. 141. n. 11. vol. 1.* Henn. Goden. *conſ. 50. n. 1.* Matth. Weſemb. *conſ. 1. n. 9. conſ. 14. n. 61. & 62. conſ. 27. n. 10. & ſeqq. conſ. 135. n. 9. conſ. 136. n. 58. conſ. 238. n. 13. & conſ. 271. n. 155.* Joan. Goedd. *conſ. Marp. 28. n. 298. vol. 1. & conſ. 33. n. 47. vol. 3.* Warhafftigen Abdrucks in Sachen Herzogen zu Braunſchw. contra die Stadt Braunſchw. *part. 1. conſ. 4. num. 68.*

In Deciſionibus, Gilman. *deciſ. Camer. 17. n. 4. lib. 1.*

152 Nam † ſi tale Sigillum probat pro tertio contra tertium *cap. 2. Extra. de fid. inſtr.* multò magis probare debet contra ipſum ſigillantem, *arg. eorum, quæ notantur in Auth. Multò magis. C. de Epiſc. & Cler.* Et in hoc melioris conditionis non eſt ipſo privato Sigillo, quod contra ſigillantem non minùs, quàm ſi propriâ manu ſcripturam aliquam ſcripſiſſet, vel ſubſcripſiſſet, probat Felin. *in cap. poſt ceſſionem. n. 18. de probat. cum*
153 *ſimilib.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 17.* Nec immeritò. Eſt † enim Sigillum imago ſubſtantiæ hominis ſigillantis, ſeu ejus cujus nomine appoſitum eſt, præſentiam ſupplens, poſt Bald. *conſ. 351. n. 3. verſ. Item non eſt quæſtio. lib. 3. &* Apoſtil. ad Caſtrenſ. *conſ. 13. lib. 1. in verbo: Sigillo:* Cardin. Tuſch. *pract. concl. tom. 7. concl. 240. n. 8.* Eleganter Cicer. ad Q. Fratrem, cujus verba retuli infrà *cap. 14. n. 34. & 35.*

154 *Ampliatur* I. † In Privilegijs, Conceſſionibus & Contractibus Principum, ac Magnorum Dominorum, ſuper quibus literæ confectæ, & Sigillo eorum authentico roboratæ, plenè probant contra ipſos Principes. Imò in ipſo Sigillo Regum & Principum talium literarum ſubſtantia conſiſtere dicitur. Matth. de Afflict. *deciſ. 21. n. 9. & deciſ. 253. cir. prin.* Tuſch. *d. concl. 240. n. 9.* poſt Bald. *conſ. 493. lib. 5.* Covarr. *pract. quæſt. 22. cir. fin.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 18.*

155 *Ampliatur* II. † In Sigillantis ſucceſſoribus. Sigillum enim publi-

publicum generali consuetudine non solùm plenam & indubitatam fidem facit contra sigillantem in ejus præjudicium; sed etiam contra ejus heredes, utpote, † qui cum defuncto ejus- 156
dem personæ funguntur vice. *Nov. 48. in prin.* Unde melioris conditionis esse non debet, quàm prædecessor, à quo jus & causam habet. *l. properandum 8. §. Sin autem utraque C. de Judic.* Menoch. *cons. 172. n. 1. cons. 413. n. 41. cons. 512. n. 7. & 11. cons. 823. n. 11. cons. 928. n. 79. cons. 940. n. 17. & cons. 954. n. 17.* Ant. Faber. *in Codic. lib. 4. tit. 7. defin. 5. n. 5. in not.* Et ita in terminis ampliatur in Waarhafften Abdrucks *in d. caus.* Braunschw. contra Braunschw. *part. 2. cons. 4. n. 68.* Matth. Coler. *cons. 28. n. 222. 224. & 225.* Goed. *cons. Marp. 28. n. 298. vol. 1. & cons. 33. n. 47. vol. 3.* & alij suprà pro confirmatione hujus conclusionis relati.

Restringitur † hæc ampliatio, ut vera tantùm sit, quoad 157
partem hereditariam, non etiam pro excessu reliquo, quod omnium foret absurdissimum. Casp. Caballin. *tract. Divid. & Individ. part. 3. prin. n. 428.*

Ampliatur III. † In extrajudicialibus, & his, quæ ad offi- 158
cium sigillantis pertinent, non tantùm contra sigillantem, & ejus successores, sed etiam contra tertium quemlibet plenam facere fidem, etiamsi literæ sigillatæ testium inscriptione & subscriptione careant. post Imol. *ad cap. 1. Extra. de fid. instr.* Rot. Roman. *decis. 1. tit. de probat. in antiq.* Waarhafft. Abdruck *d. loc. n. 68.*

Declaratur I. † Conclusionem veram esse in literis cita- 159
torijs sigillatis Sigillo citari facientis, & idem circa actus alios publicos, in quibus probat. post Bart. Tusch. *pr. concl. 240. n. 10. lit. S.*

Declaratur II. † Si alia quoque adhiberi solita, adhibita re- 160
periantur; puta Cancellarij, vel Secretarij subscriptio & similia, ut dixi suprà *concl. 1. vers. Limitatur 1. n. 107. & seqq.* Quæ cum in singulis Curijs varia reperiantur, Stilus attendendus, ut semper ea adhibeantur, quæ singulis in locis consueta sunt. Nihil † enim de solennitatibus omittendum, præsertim de ijs, 161

quæ sunt Consuetudinis. Dd. *in l. semper in stipulationibus. D. de*
162 *R. J.* & Stili: *tùm*, † quòd Consuetudo patriæ semper attendenda: Nicol. Boer. *cons. 3. n. 21.* Joan. Goedd. *resp. Baron. Val-*
163 *lend. n. 365. & seqq.* ubi pluribus: *tùm*, † quòd Stilus Curiæ, qui legis vim habere dicitur, servandus sit. Cardin. Zabarell. *in Clem. sæpè. §. Et quia. de V. S.* Afflict. *decis. 253. n. 4.* Menoch. *cons. 345. n. 52. & cons. 380. n. 21.* Schrad. *cons. 41. n. 31.* Octav. Cacher. *decis. Pedem. 22.* Tessaur. *decis. 1.* Garf. Mastrill. *decis. Sicil. 281. n. 29. & seqq.* Hercul. Marescott. *lib. 2. var. resol. cap. 100. n. 20. 21. & 22.* Adr. Gilman. *tom. 3. Symphor. Voc. Stylus curiæ.* Fachin. *cons. 27.*
164 *& 39. lib. 3.* Andr. Rauchbar. *part. 1. insig. quæst. 1. hinc inde.* quo † non observato literis tanquam suspectis non creditur. Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 19.* Conf. suprà. *Concl. 1. limit. 1. cum sua Extensione. n. 107. cum seqq.*

165 *Declaratur* III. Ut Sigillum eatenus præjudicet sigillanti, quatenus apparet ad eum finem appositum fuisse, ut contra sigillantem faciat testimonium, per ea, quæ dixi *cap. 10. Rubr. Fi-*
166 *nes. vers. Secundò apponitur. n. 71.* Secus † verò si constet aliâ intentione, ut Testimonij solùm gratiâ, inter tertios appositum fuisse. Tunc enim ultra intentionem sigillantis contra si-
167 gillantem non probat. *Dd. in l. Cajus. D. de pign. act.* Sic † quotidiè scribente Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 20.* contingere videmus in Germaniæ Civitatibus, quòd super rerum immobilium contractibus & venditionibus subinde rogentur, ut in testimonium Sigillum Civitatis publicum apponant. Hoc enim casu per hujusmodi sigillationem Civitati, quoad Collectas, onera publica, & alia Civitatis super rebus venditis competentia jura, nihil præjudicatur, *tùm* per prædicta: *tùm*, quia ita sigillantes ideò sigillasse videntur, quia sciebant jus suum ubique durare, *per text. & Dd. in l. sicut. §. Non videtur. D. Quib. mod. pign.*

168 *Declaratur IV.* † In literis Religiosorum super aliqua licentia, quia licet dubitetur de Sigillo, tamen probat, quando non agitur de præjudicio tertij principaliter: & idem in Notariatu distinguit Castrens. *cons. 13. n. 2. vers. Circa secundum. lib. 1.*

lib. 1. ubi dicit, contraria procedere, quando agitur de præjudicio alterius, veluti, si contra me producatur instrumentum, in quo sim debitor, secus si producatur aliqua licentia superioris, quia licet sine ea actus non valeat, tamen non tendit ad præjudicium meum. Card. Tusch. *pract. concl. 240. n. 13. lit. S. tom. 7.*

Declaratur V. † Ut non procedat illis omnibus in casibus, 169
in quibus scriptura, vel subscriptio manus propriæ scribenti non præjudicat. Etenim sigillum † respectu sigillantis habet 170
vim subscriptionis, *arg. l. 2, C. de reb. alien. non alien.* & ideò à pari procedere, æquipollere, & eandem vim maximè in publicis habere dicuntur. *d. l. sicut §. non videtur. vers. Sed et si subscriptio.* Roman. *conf. 302. n. 2.* & ibi Horat. Mandos. *in addit.* Fichard. *conf. 46. n. 2. tom. 2.* ac alij relati infrà *cap. 15. §. 1. n. 135.* Quare sicut subscriptio scribenti non obest: ita nec sigillanti sigillatio, veluti si deceptus, aut per Errorem quis sigillaverit. *arg. d. l. sicut §. non videtur.* Nicol. Everhard. *de fid. instrum. cap. 12. n. 21.*

Conclusio Tertia.

Sigillum † quantumvis authenticum, pro sigillante, in ejusq; negotijs 171
propriis, nihil probat. Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 4.* Tusch. *pract. concl. 240. n. 2. lit. S. tom. 7.* Nicol. Everhard. *d. tr. de fid. instrum. cap. 12. n. 22.* P. Peckius *lib. 3. de testam. conjug. cap. 11. n. 1.* ubi de instrumento Notarij. Honthem. *lib. 4. De art. Notar. cap. 11. n. 46. & 50.* per Rot. Rom. *decis. 1. aliàs. 22. n. 1. & seq. de probat.* Ratio † est, quia sigillando quis pro se ipso testificari videretur, 172
quòd omni jure prohibitum est: *l. omnibus 10. C. de testib.* Pet. Gregor. *lib. 48. Syntag. jur. cap. 13. n. 32.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 3.* usque adeò, ut non integretur ex persona aliorum testium. Cravett. *cons. 99. n. 10.* Surd. *cons. 61. n. 59. cum ibi relat. aliis.* Nec creditur hoc casu etiam Regis Francorum Sigillo, post Bald. *cons. 464. n. 1. in fin. vers. Hoc probo alia ratione.* Tusch. *d. concl. 240. n. 2.* Sicut enim Notarius in causa sua propria instrumentum publicum conficere non potest, ut in sui favorem valeat, benè autem contra se ipsum, ut ex eo probetur obligatus: post Bart. Bald. Abbat. Felin. & Castrens. Nic. Ever-

hard. *d. tract. cap. 2. n. 108.* Peckius *lib. 3. de testam. Conjug. cap. 11. n. 1.* ita etiam sigilli authentici appositione in suum commodum contra privatum non potest quis authenticam in causa sua propria facere scripturam, *tot. tit. Cod. ne quis in caus. propr.* Tusch. *d. concl. 240. n. 2.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 50.* cum par utrobiq; sit ratio. *arg. l. illud 32. in prin. D. ad L. Aquil. l. fin. C. de Const. pecun.* Everhard. *d. tract. cap. 12. n. 22.*

173 *Ampliatur*, † Etiam quoad favorem Fisci in tertij præjudicium, non attento, quòd literæ per Notarium sint subscriptæ. Tusch. *d. concl. 240. n. 3. lit. S.*

174 *Limitatur* I. † Secundum alios in Principe, veluti Imperatore, Rege &c. (non etiam Marchione, Comite &c. superiorem non recognoscente, qui sicut in causa propria judicare potest: *l. Et hoc Tiberius 41. D. de hered. instit. l. 3. D. de his, quæ in testam. delent. §. fin. in fin. Inst. de Vulg. substit.* Zasius *ad l. qui jurisdictioni. n. 8. & seqq. D. de jurisd.* Surd. *cons. 50. per tot.* Garf. Mastrill. *decis. 234. n. 1. & seqq.* Gail. *1. obs. 39.* & ibi Grævæus eleganter, Menoch. *cons. 2. n. 22. & 116.* Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.* ita quoque sigilli sui impressione scripturam authenticam etiam in causa propria facere potest. Bald. *in l. exemplo. ad fin. C. de probat.* Quod ipsum Felin. post Aretin. *in cap. post cessionem. n. 17. de probat.* & cum his Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 23. & 40.* valdè notabile esse scribit. Confer infrà *conclus. 6. limit. 7. n. 212.*

175 *Limitatur* II. † Generaliter in omnibus casibus, in quibus privata scriptura, vel subscriptio aliquam fidem facit pro scribente. Tunc enim sigilli appositio etiam in sigillantis favorem eandem vim habebit. Sigillatio enim idem quod subscriptio operatur, & ut scriptura est probata probatio contra scribentem & subscribentem: ita quoque sigillantem. M. Wesemb. *cons. 14. n. 12.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 24.* Quibus autem casibus subscriptio & scriptura, etiam privata, pro scribente probet, docet idem Everhard. *d. tract. de fid. instr. cap. 9. & 10. passim.*

Con-

Conclusio Quarta.

Sigillum † authenticum alicujus Episcopi,vel alterius Ordinarij scripturæ privatæ appositum,cum duorum vel trium testium subscriptione pro & contra tertium plenam in quibuscunq; negotijs facit fidem. post 176 Abbat. Felin. Decium & Philipp. Franc. Nicol. Everhard. *d. tr. cap. 12. n. 25.* Mynsing. *ad cap. post cessionem 7. n. 29. Ext. de probat.* M. Wesemb. *consf. 260. n. 39.* Idque *Tum* maximè, quòd † hu- 177 jusmodi literæ instrumento publico æquiparentur. *arg. cap. 2. cum ibi notat. Ext. de fid. instr.* Mynsing. *d. loc. n. 29.* Unde dici solet: literas sigillatas sigillo authentico cum testium subscriptione vim instrumenti publici habere. *cap. 2.* ibi: instrumento publico, aut patentibus literis. *D. de off. Ordin.* Cardin. Zabarell. *in cap. post cessionem n. 5. & cap. tertio loco. n. 1. de probat. ac in cap. pervenit. n. 5. de fidejuss.* Schurpf. *consf. 57. n. 9. & 10. inter Consf. JCtor. German. tom. 2.* M. Wesemb. *consf. 14. n. 61.* Guid. Papæ *decisf. Gratianop. 175. n. 1.* & alij suprà *conc. 1. versf. Secunda est: Creditur literis. n. 91.*

Tum, quòd judicij quoque acta per tales literas seu scripturas cum duorum testium subscriptione probari possint. *cap. quoniam contra falsum. in fin. Ext. de probat.* Panorm. *in d. cap. post cessionem. in 7. Requisito. de probat.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 25.* Mynsing. *ad d. cap. 7. n. 29.*

Ampliatur I. † Procedere non tantùm in pertinentibus ad 178 officium sigillantis, sed etiam in alienis ab ejus officio, per ea, quæ infrà *concl. 6. n. 200. cum seqq.* plenè adduximus.

Ampliatur II. † Obtinere non tantùm in causis levibus, sed 179 etiam in arduis & gravioribus, *arg. cap. 2. de fid. instr.* quod cum generaliter loquatur & non distinguat, generaliter quoque intelligendum, & faciunt huc Dd. infrà *concl. 6. ab initio* relati. Et de † ardua causa, veluti Excommunicationis est text. *in cap. post* 180 *cessionem. Ext. de probat.* Nic. Everh. *d. tr. cap. 12. n. 27.* ubi simul *per cap. quoniam 11. Ext. de probat.* post Abbat. & Felin. *Infert*, superiùs positam Conclusionem procedere non tantùm in † lite- 181 ris promulgatorijs vel dispositivis, sed etiam in Citatorijs & sententiam aliquã continentibus: nec tantũ in Judicialibus, sed etiã in extrajudicialibus, post Abb. & Felin. Nic. Everh. *d. cap. 12. n. 27.*

Ut

182 Ut † autem Conclusio hæc cum suis procedat Ampliationibus I. *Requiritur*, Testes proprijs manibus esse subscriptos, non autem inscriptos, vel descriptos, post Joan. Andr. Abbat. Calderic. & Bened. de Plumbin. *in cap. post cessionem.* ubi etiam Felin. *n. 6.* cum alijs. Everhard. *d. tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 28.*

183 Rationes † hujus Requisiti duæ adducuntur: 1. Quòd nullo jure cautum reperiatur, ad authenticam scripturam faciendam, privatam testium inscriptionem solam sufficere, ut propterea id asserendum non sit, *Novell. 18. cap. consideremus*, & contrarium expressè in jure nostro requiri videtur, *ex l. scripturas. C. Qui potior in pign. ac ex cap. 1. Ext. de procurat.* 2. Quia aliàs, si inscriptionem testium sufficientem reputare vellemus, facilimè fraus aliqua admitti posset, ita, ut testes jam vita functi, sed exaratarum literarum tempore viventes, inscribantur, atque sic veritas supprimatur, juxta text. *in cap. 2. de fid. instrum.*

184 *Declaratur* † hoc requisitum I. Nisi consuetudo tales literas sine testium subscriptione approbet, Guid. Papæ *decis. Grationop. 175. n. 1.* post Joan. Andr. Archidiac. & Salicet. Et licet hac in re singulorum locorum Consuetudo ante omnia attendenda sit, attamen pro Cautela semper melius est, testium subscriptiones adhiberi, ut sic omnis cavillandi tollatur occasio. Everhard. *d. cap. 12. n. 28.*

185 *Declaratur* II. † Requisitum hoc in terminis hujus Conclusionis procedere, quando sigillum authenticum privatæ scripturæ appositum est: Verùm, si publico instrumento per Notarium confecto imprimatur, tunc testes inscriptos, vel in instrumento descriptos, non autem subscriptos esse sufficit. *arg. text.* cum Gloss. *in cap. sed & si instrumenta. 5. Nov. de instr. caut. & fid. 73.* Sigism. Scacc. *lib. 2. de jud. cap. 11. n. 1089.* Franc. Caldas. *de Emption. cap. 6. n. 12.* Covarr. *pract. quæst. 20. n. 4.* Vivius *com. opin. 940. n. 1.* M. Wesemb. *in π. D. de fid. instr. n. 5. post prin. vers. An autem. ac cons. 204. n. 74.*

186 *Subdeclaratur* † ut suprà *concl. 1. in Ampl. 1. limit. un. n. 102.* vel etiam si Stilus aliud desideret.

187 *Declaratur* III. † Quando literæ per Notarium Curiæ apud

Acta

Acta scriptæ sunt: tunc enim nec sub- nec inscriptione testium opus habent: Guid. Papæ *d. decis. 175. n. 1.*

II. *Requiritur*, † quòd sigillum Ordinarij authenticum, non autem ejus privatum sit appositum. *cap. 2. Ext. de fid. instr. & cap. si Canonici, in prin. de off. ordin. in 6.* De quo si dubitetur, illud tale esse, articulandum & probandum erit, post Joan. Andr. & Decium Everhard. *d. cap. 12. n. 29.* Nam quando Judex vel alius Officialis loco sigilli officij, privatum imprimit, id scripturam authenticam non facit. Petr. Wesemb. *cons. 48. n. 1. in fin. & seqq.* 188

Declaratur † hoc requisitum, tum demum tantùm necessarium esse, cum sigillum principaliter apponitur ad hoc, ut scripturæ auctoritatem præstet. Nam si tantùm secundariò de fide scripturæ præstandâ ageretur, puta si Ordinarius solùm sigillet, tanquam testis negotio adhibitus, tunc ejus sigillum privatum appositum esse sufficit, post Abbat. Nicol. Everhard. *d. tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 29.* ubi, quòd hujus rei exemplum *ex l. ad testium.* §. *pen. D. de testam. & ex l. 2. cum ibi notat. D. Quemadm. testam. aper.* sumi posse dicit. 189

Conclusio Quinta.

Scripturæ, † quamvis privatâ manu scriptæ, sigillatæ tamen sigillo alicujus Ordinarij pro & contra tertium plenè in pertinentibus ad officium sigillantis probant, etiamsi nulli testes sint subscripti. Textus est, *in cap. 2. Ext. de fid. instrum.* & ita post Innoc. Joan. Andr. Bald. Hostiens. Felin. & Decium concludit, Nicol. Everhard. *d. tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 30.* Myns. *ad cap. post cessionem 7. n. 18. Ext. de prob.* per text. alios ibidem adductos. Rutg. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.* post Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 14. & 15.* Ratio † est, quòd sicut subscriptio literas privatâ alterius manu scriptas, auctorizare dicitur: ita quoq; sigillatio, post Alexand. *cons. 147. n. 7. lib. 2.* Tusch. *pract. concl. 239. n. 9. lit. S. tom. 7.* hoc tamen non aliter intelligendum, quàm, ut sigillum appositum sit super his, quibus inventum, & ad quæ ordinatum est, *cap. significavit de appell. & arg. l. fin. D. de off. Assess.* Purpurat. *cons. 462. n. 6. vol. 2.* & alij plures relati suprà. *cap. 9. vers.* 190 191

Hanc sigillorum n. 9. cum seqq. Ideò Bald. *cons. 462. in prin. lib. 1.* duo
192 † dicit requiri, ut probet sigillum publicum: 1. Officium: 2. Ut apponatur negotio, quod ad Officium sigillantis publicum spectat, non, quod ejus sit privatum, ut dixi. *Concl. praeced. vers. 11. Requiritur. n. 188.*

193 *Ampliatur* I. † In literis arbitri, respectu pertinentium ad ejus Officium: Decius *ad cap. post cessionem. n. 10. de probat.* Mynsing. *ad d. cap. 7. n. 19.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 30.* sive dependentium ab ejus arbitrio post Mascard. *tr. de probat. concl. 1302.* & Covarr. *pract. quaest. cap. 22. n. 9. tom. 2.* Honthem. *lib. 2. de art.*
194 *Notar. cap. 51. n. 12.* Nec † adversatur Justiniani Imp. *in l. ne in arbitris. C. de arbit.* rescriptum, per quod Panorm. & alij diversum responderunt: quia loquitur in his, quae arbiter viva voce depromit, non de scriptura sive literis arbitri. Mynsf. *ad d. cap. 7. n. 19.*

195 *Ampliatur* II. † In sigillo alieno: quia hoc, & non proprium Officij esse judicatur. Gabriel. *lib. 1. tit. de praesumpt. concl. 4. n. 16. per ibi citat.*

96 *Limitatur* I. † Non procedere, si contra Judicem, vel Ordinarium sigillantem esset praesumptio fraudis, quia tunc non creditur literis ejus sigillo sigillatis, etiam super pertinentibus ad ipsius officium. *arg. cap. 1. de procurat. ac arg. cap. 1. Ext. de prob.* & ibi Panorm. *n. 15. vers. Ratio praedicta.* Mynsing. *ad cap. post cessionem. 7. n. 21. Ext. de probat.* & faciunt notat. *in cap. ubi periculum. de Elect. in 6.* post Rotam Roman. & Decium. Nic. Everh. *d. tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 32.*

197 *Limitatur* II. † In Judicialibus, in quibus non creditur literis judicis sigillatis in praejudicium alterius, sed tantùm actis consignatis, sive juxta formam *in cap. quoniam. 11. de probat.* positam, conscriptis, fides habetur. Mynf. *ad cap. post cessionem 7. n. 20. Ext. de probat.* Idem Everhard. *d. cap. 12. n. 31.* ubi simul declaratur procedere in ijs solùm, in quibus nullum versatur arbitrium judicantis, sed tantùm rei gestae veritas spectatur: secus verò esse secundum ipsum in his, quae Judex jure officij sui pro arbitrio disponere potest. Nam in illis solemnitas necessaria nō est. *d. cap. quoniam.* Bald. & Decius relati ab Everh. *d. cap. 12. n. 31.*

Limi-

Limitatur III. † Quòd licet subscriptio testium in hujus conclusionis casu necessaria non sit: attamen nihilominus duorum saltem testium in ejusmodi literis requiri inscriptio videtur. *cap. 2. Ext. de fid. instrum.* Et constat, Notarium authenticam scripturam facere volentem, duos ad minimum testes inscribere debere, *per d. cap. sed et si instrumenta. 5. Novell. 73.* juncta Gloss. *ibid. ut & Dd. in cap. 1. de fid. instrum.* Verùm & hîc consuetudo loci cumprimis attendenda venit. Everh. *d. cap. 12. n. 30.* 198

Limitatur IV. † In causis, quæ exigui sunt momenti. Menoch. *lib. 2. de præsumpt. 57. n. 24.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.* 199

Conclusio Sexta.

In his, † quæ aliena sunt ab Officio sigillantis, non creditur literis, aut scripturis, quantumcunq; authentico sigillo communitis in præjudicium tertij absq; subscriptione testium. 200

arg. cap. 2. de fid. instrum. quod cum generaliter sit conceptum, generaliter quoq; intelligendum erit. Et ita post Speculat. Joan. Andr. Bald. Abb. Felin. Decium & Rot. Roman. Nic. Everh. *d. cap. 12. n. 26. & 33.* ubi † in fin. *n. 26.* valdè notabiliter 201
addit: ita de Consuetudine Germaniæ esse receptum. Ratio † est, 202
quia auctoritas sigilli restringitur ad causam & officiũ, ad quod fuit deputatum. Etenim in his, quæ pertinent ad officium sigillãtis, creditur sigillo authentico scripturæ apposito, etiam sine testium subscriptione: secus verò in alijs. Felin. *in cap. post cessionem. n. 4. vers. Sed contrarium. de probat.* Ripa *de peste cap. 5. n. 282.* Gabriel. *lib. 1. tit. de præs. concl. 4. n. 12.* Mynsing. *ad cap. post cessionẽ. 7. n. 22. Ext. de prob.* Honth. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 47.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 12.* Althus. *lib. 3. Dicæolog. cap. 41. n. 20.* Conf. suprà *cap. 9. vers. Hanc sigillorum n. 9. ut & concl. præced. n. 191.* Atq; † hinc est, quòd creditur talibus literis, quando in ijs 203
committitur vel delegatur alicui jurisdictio, quoniam spectat ad officium delegantis. *cap. cum in jure. Ext. de offic. delegat. & arg. cap. significavit. 7. Ext. de appell.* Eodem modo creditur literis subdelegationis: Citatorijs: Congregationis ad Capitulum & Testimonialibus alijs super pertinẽtibus ad sigillantis officiũ, post Dd. à se relatos Everh. *d. c. 12. n. 33. in fin.*

204 Non † repugnat modò dictis, quòd Aretin. *in d. cap. post cessionem.* & cum eo Felin. *ibid. n. 4.* opinatur, in alienis ab officio suo negotijs hujusmodi literas, quamvis à testibus subscriptas pro tertio contra tertium fidem non facere, quòd sigillum alicujus Collegij, vel Ordinarij censeatur inventum & deputatum ad hoc, ut faciat fidem de negotijs ad Collegium, vel officium pertinentibus. *arg. cap. cum dilecta 22. per ibi notat. Ext. de Rescript.* Ideò extra usum ad quem sigillum illud deputatum fuit, nihil probabit. *arg. cap. significavit. 7. Ext. de appell.* Respon-
205 detur † enim prædicta concludere tantùm in casu, ubi ex solo sigillo authentico tota scripturæ fides dependet, quo casu verum est, sigillum usurpatum extra usum, ad quem deputatum fuit, fidem non mereri. Et sic procedunt, quæ habentur *in d. cap. significavit. 7.* At nos hic versamur in ijs terminis, ubi præter sigillum authenticum, addita est etiam testium subscriptio, quo casu æquum est, talibus literis tantum credi, quantum aliàs instrumento publico creditur. *arg. d. cap. 2. juncto cap. quoniam 11. de probat.* Quia & sigillum testium subscriptionem comprobat, & vicissim sigilli fides testium subscriptione confirmatur. *arg. d. cap. quoniam 11.* ijsque jam ex hominibus sublatis, per literarum comparationem scripturæ fides corroborari potest, per ea, quæ fusiori calamo tractat Everhard. *d. cap. 12. numer. 26.*

206 *Limitatur* † hæc Conclusio I. Ut non obtineat, ubi consuetudo est in contrarium, aliudve invaluit. Nam tunc indistinctè literis authentico sigillo sigillatis fides habetur, juxta modum & terminos ipsius consuetudinis, *per text. in cap. cum dilectus Ext. de fide instrum.* post Innoc. Joann. Andr. Calderin. Felin. & Decium, qui communem dicunt, Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 34.* ubi addit: Stante tali consuetudine credi hujusmodi literis in quolibet foro, post Bald. & alios. Mynsing. *ad cap. post cessionem 7. n. 25. Ext. de probat.*

207 *Limitatur* II. † In causis levibus & modici præjudicij, judicis arbitrio relictis, quoniam in illis indistinctè creditur literis authenticũ sigillum habentibus; etiamsi illæ ad officium sigillantis

tis non pertineant: sufficitque in his semiplena probatio, post Bart. Bald. Abbat. Felin. Decium & Menoch. Everhard. *d. tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 35.* Mynsing. *ad d. cap. 7. n. 26.*

Limitatur III. † In mandato procuratorio. Nam illud solo Sigillo Episcopi: vel alterius Ordinarij probatur absque alia solennitate. Felin. *in cap. post cessionem n. 14. de probat.* Hostiensis *in cap. 1. Extra de probat.* Gloss. & Dd. *in Clem. 1. de procurat.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 36.* ubi hujus limitationis hanc dat rationem, quòd hîc quoque agi videatur de re modici præjudicij, ut ob id non tàm exacta probatione sit opus. Verùm huic restrictioni nõ aliter, quàm juxta tradita suprà *cap. 6. §. 2. concl. 2. vers. Sublimitatur 1. cum seqq. n. 146. ac seqq.* subscribendum esse puto. 208

Limitatur IV. † In pluribus Sigillis authenticis appositis, quo casu tales literæ plenæ probant contra tertium, etiam in negotio ad officium sigillantium non pertinente, prout dixi suprà *cap. 9. vers. Conclusio 2. n. 31. cum seqq.* 209

Limitatur V. † In antiquis, in quibus per tales literas sufficiens fit probatio, cum in antiquis leviores probationes, imò præsumptiones pro sufficientibus habeantur, Jason. *in l. admonendi. n. 242. vers. Limita tamen. D. de jurej.* Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. ult. n. 30. & seqq.* Menoch. *lib. 2. arb. jud. quæst. cas. 115. n. 2. & seqq.* Marq. Freher. *de fama publ. lib. 1. cap. 8. n. 4.* Nic. Everhard. *tr. de fid. instr. cap. 12. n. 38. per ibi relat.* & Mynsing. *ad d. cap. post cessionem. 7. n. 27. Extra. de prob.* Exemplum ponentes in probatione Confinium, quæ ex ejusmodi literis fieri potest. *cap. cum causam. de probat. & cap. si Papa de privil. in 6.* Confer infrà *cap. 13. §. 2. concl. 4. n. 83.* ac in sola fama id exemplificant. Idem Freher. *lib. 2. cap. 4. n. 4. & seqq.* Cravett. *d. §. ult. n. 3.* Mascard. *de probat. concl. 546. n. 1.* Andr. Knichen *tract. de Jur. territ. cap. 3. n. 23.* ubi suggerit, quæ aliàs saltem aliqualem, in antiquis plenam probationem facere. Matth. Wesemb. *cons. 72. nu. 28.* Gilman. *lib. 2. decis. Camer. 40. n. 61. 69. & seqq. ac n. 109.* 210

Limitatur VI. † Procedere solùm quoad plenam probationem. Nam quod semiplenam probationem attinet, tales 211

in Consuet. Aurelianens. in Rub. Execut. infr. art. 1. & 2. Rebuff. *d. loc.* Gilman. *d. vot. 3. n. 81.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 3.*

219 Et † de effectu Literarum regio Sigillo obsignatarum, elegans locus est apud Barnab. Brisson. *lib. 1. de Regno Persar. pag. (mihi) 25.*

Hinc illud obvium venit: Semper expedire privatis literis authenticum adjungere Sigillum, quo robur inde nanciscantur. Joan. Sichard. *ad l. bonæ fidei. 3. n. 26. C. de Reb. credit.* Gilman. *decis. 17. n. 25. lib. 2.* post Franc. Marcum. *decis. Delphin. quæst. 994. per cap. significasti. de appell.* Rulant. *d. cap. 30. n. 4.*

220 *Ampliatur*, † Quòd etiam hæc Sigilli publici vis & potestas heredes afficiat. Nam dari possunt privilegia, & fieri Compulsiones Contractus sub Sigillo prorogatæ auctoritatis, puta incipiendi ab Executione & pignoratione bonorum, vel personæ heredis, remoto appellationis, vel intercessionis, vel certi fori dati in vim Sigilli, beneficio, post Bart. Alexand. & alios *in l. postulante. in princip. D. ad SC. Trebell.* Casp. Caballin. *tract. divid. & individ. part. 3. princip. n. 428.*

221 *Limitatur* † tamen hæc ampliatio, ut locum non habeat, nisi usque ad partem hereditariam, non etiam pro reliquo excessu, ne absurditas inde nascatur. Caballin. *d. loc. n. 428.* Petr. Gregor. *d. lib. 23. cap. 6. n. 11.*

Conclusio Undecima.

22. *Instrumentum † publicum non est, quod nec manu Notarij scriptum, vel subscriptum, nec judicis auctoritate publicatum, nec publico Sigillo, prout jus exigit, sigillatum, nec scribentis, aut testium trium subscriptione roboratum.*

Post Matth. Matthes. *sing. 40. n. 1.* Gilman. *decis. 17. n. 14. lib. 2.* Cum enim instrumenta publica plenam & perfectam efficiant probationem: Pacian. *consf. 77. n. 22.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 36. n. 7. per text. & Dd. ibi relat.* & non tantùm inter easdem personas, inter quas confecta; sed etiam inter alias in instrumento nominatas, inter quas instrumentum confectum non est, plenam probationem faciat. *l. desiderium. 7. C. Depos.* Berlich.

Berlich. *d. concl. 36. n. 9.* Ideò de instrumento per Notarium confecto, & quòd illud publicum sit, dubitandum non est. Tres enim ex eo oriuntur præsumptiones: 1. quòd sit verum. 2. solenne. 3. quòd in eo scripta, etiam à partibus dicta & gesta sint. Matt. Wesemb. *conf. 106. n. 16.* Pacian. *d. conf. 77. n. 22.* Judicis auctoritate confectum, vel publicatum, instrumentum publicum esse constat ex ijs, quæ *cap. 4. §. 1. vers. Judices. 70. cum seqq.* diximus.
Illud hîc † notatu dignum est, quod etiam totam Germaniam 223
ita observare animadverto: Statutum, ut Subditorum instrumenta nullibi, quàm in Cancellaria Domini, aut apud Loci Magistratum, Officialemve, si non ubivis conficiantur, solùm sigillentur, ob multa utile, & servandum. Adam Keller *lib. 2. de Off. Jurid. polit. cap. 16. pag. 456. vers. Placet quidem.* Conf. *Concl. praced. vers. Hinc illud. n. 219. De Subscriptione dixi Infrà §. 4. concl. 10. & 12. n. 302. 311. cum seqq.*

§. III.

PRIVATI SIGILLI PROBATIONES.

Conclusio Prima.

Privata † Sigilla, partium instrumento apposita, vel saltem ejus par- 224
tis contra quam producitur instrumentum addita, quamvis per se nihil probent: operantur tamen 1. ut scriptura privata faciliùs & promptiùs verificari possit.

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Carol. Molinæus *ad Consuet. Paris. tit. 1. § 5. n. 12. post princ.* Menoch. *lib. 2. de arb. judic. quæst. cas. 113. n. 9.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 16.*

Item Resolutionibus & Consilijs.

Covarr. *pract. quæst. 22. n. 9. tom. 2.* Argentorat. *cons. 112. n. 66. vol. 2.*

Ratio † Conclusionis est, quia quantò plura signa & so- 225
lemnia adhibentur: tantò major & plenior habetur ratio certitudinis & veritatis detegendæ, & minor occasio falsitatis vel erroris, per ea quæ suprà *cap. 9. vers. Conclusio 11. n. 31.* fusiùs diximus.

Ampliatur, † maximè si scriptura vel literæ sint approbatæ. 226

hard. *d. tract. cap. 2. n. 108.* Peckius *lib. 3. de testam. Conjug. cap. 11. n. 1.* ita etiam sigilli authentici appositione in suum commodum contra privatum non potest quis authenticam in causa sua propria facere scripturam, *tot. tit. Cod. ne quis in caus. propr.* Tusch. *d. concl. 240. n. 2.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 50.* cum par utrobiq; sit ratio. *arg. l. illud 32. in prin. D. ad L. Aquil. l. fin. C. de Const. pecun.* Everhard. *d. tract. cap. 12. n. 22.*

173 *Ampliatur,* † Etiam quoad favorem Fisci in tertij præjudicium, non attento, quòd literæ per Notarium sint subscriptæ. Tusch. *d. concl. 240. n. 3. lit. S.*

174 *Limitatur* I. † Secundum alios in Principe, veluti Imperatore, Rege &c. (non etiam Marchione, Comite &c. superiorem non recognoscente, qui sicut in causa propria judicare potest: *l. Et hoc Tiberius 41. D. de hered. instit. l. 3. D. de his, quæ in testam. delent. §. fin. in fin. Inst. de Vulg. substit.* Zasius *ad l. qui jurisdictioni. n. 8. & seqq. D. de jurisd.* Surd. *cons. 50. per tot.* Garf. Mastrill. *decis. 234. n. 1. & seqq.* Gail. *1. obs. 39.* & ibi Grævæus eleganter, Menoch. *cons. 2. n. 22. & 116.* Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.* ita quoque sigilli sui impressione scripturam authenticam etiam in causa propria facere potest. Bald. *in l. exemplo. ad fin. C. de probat.* Quod ipsum Felin. post Aretin. *in cap. post cessionem. n. 17. de probat.* & cum his Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 23. & 40.* valdè notabile esse scribit. Confer infrà *conclus. 6. limit. 7. n. 212.*

175 *Limitatur* II. † Generaliter in omnibus casibus, in quibus privata scriptura, vel subscriptio aliquam fidem facit pro scribente. Tunc enim sigilli appositio etiam in sigillantis favorem eandem vim habebit. Sigillatio enim idem quod subscriptio operatur, & ut scriptura est probata probatio contra scribentem & subscribentem: ita quoque sigillantem. M. Wesemb. *cons. 14. n. 12.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 24.* Quibus autem casibus subscriptio & scriptura, etiam privata, pro scribente probet, docet idem Everhard. *d. tract. de fid. instr. cap. 9. & 10. passim.*

Con-

Conclusio Quarta.

Sigillum † authenticum alicujus Episcopi, vel alterius Ordinarij scripturæ privatæ appositum, cum duorum vel trium testium subscriptione pro & contra tertium plenam in quibuscunq; negotijs facit fidem. post Abbat. Felin. Decium & Philipp. Franc. Nicol. Everhard. *d. tr. cap. 12. n. 25.* Mynsing. *ad cap. post cessionem 7. n. 29. Ext. de probat.* M. Wesemb. *cons. 260. n. 39.* Idque *Tum* maximè, quòd † hujusmodi literæ instrumento publico æquiparentur. *arg. cap. 2. cum ibi notat. Ext. de fid. instr.* Mynsing. *d. loc. n. 29.* Unde dici solet: literas sigillatas sigillo authentico cum testium subscriptione vim instrumenti publici habere. *cap. 2.* ibi: instrumento publico, aut patentibus literis. *D. de off. Ordin.* Cardin. Zabarell. *in cap. post cessionem n. 5. & cap. tertio loco. n. 1. de probat. ac in cap. pervenit. n. 5. de fidejuss.* Schurpf. *cons. 57. n. 9. & 10. inter Cons. JCtor. German. tom. 2.* M. Wesemb. *cons. 14. n. 61.* Guid. Papæ *decis. Gratianop. 175. n. 1.* & alij suprà *conc. 1. vers. Secunda est: Creditur literis. n. 91.* 176 177

Tum, quòd judicij quoque acta per tales literas seu scripturas cum duorum testium subscriptione probari possint. *cap. quoniam contra falsum. in fin. Ext. de probat.* Panorm. *in d. cap. post cessionem. in 7. Requisito. de probat.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 25.* Mynsing. *ad d. cap. 7. n. 29.*

Ampliatur I. † Procedere non tantùm in pertinentibus ad officium sigillantis, sed etiam in alienis ab ejus officio, per ea, quæ infrà *concl. 6. n. 200. cum seqq.* plenè adduximus. 178

Ampliatur II. † Obtinere non tantùm in causis levibus, sed etiam in arduis & gravioribus, *arg. cap. 2. de fid. instr.* quod cum generaliter loquatur & non distinguat, generaliter quoque intelligendum, & faciunt huc Dd. infrà *concl. 6. ab initio* relati. Et de † ardua causa, veluti Excommunicationis est text. *in cap. post cessionem. Ext. de probat.* Nic. Everh. *d. tr. cap. 12. n. 27.* ubi simul *per cap. quoniam 11. Ext. de probat.* post Abbat. & Felin. *Infert*, superiùs positam Conclusionem procedere non tantùm in † literis promulgatorijs vel dispositivis, sed etiam in Citatorijs & sententiam aliquā continentibus: nec tantū in Judicialibus, sed etiā in extrajudicialibus, post Abb. & Felin. Nic. Everh. *d. cap. 12. n. 27.* 179 180 181

Ut

182 Ut † autem Conclusio hæc cum suis procedat Ampliationibus I. *Requiritur*, Testes proprijs manibus esse subscriptos, non autem inscriptos, vel descriptos, post Joan. Andr. Abbat. Calderic. & Bened. de Plumbin. *in cap. post cessionem.* ubi etiam Felin. *n. 6.* cum alijs. Everhard. *d. tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 28.*

183 Rationes † hujus Requisiti duæ adducuntur: 1. Quòd nullo jure cautum reperiatur, ad authenticam scripturam faciendam, privatam testium inscriptionem solam sufficere, ut propterea id asserendum non sit, *Novell. 18. cap. consideremus*, & contrarium expressè in jure nostro requiri videtur, *ex l. scripturas. C. Qui potior in pign. ac ex cap. 1. Ext. de procurat.* 2. Quia aliàs, si inscriptionem testium sufficientem reputare vellemus, facilimè fraus aliqua admitti posset, ita, ut testes jam vita functi, sed exaratarum literarum tempore viventes, inscribantur, atque sic veritas supprimatur, juxta text. *in cap. 2. de fid. instrum.*

184 *Declaratur* † hoc requisitum I. Nisi consuetudo tales literas sine testium subscriptione approbet, Guid. Papæ *decis. Grationop. 175. n. 1.* post Joan. Andr. Archidiac. & Salicet. Et licet hac in re singulorum locorum Consuetudo ante omnia attendenda sit, attamen pro Cautela semper melius est, testium subscriptiones adhiberi, ut sic omnis cavillandi tollatur occasio. Everhard. *d. cap. 12. n. 28.*

185 *Declaratur* II. † Requisitum hoc in terminis hujus Conclusionis procedere, quando sigillum authenticum privatæ scripturæ appositum est: Verùm, si publico instrumento per Notarium confecto imprimatur, tunc testes inscriptos, vel in instrumento descriptos, non autem subscriptos esse sufficit. *arg. text.* cum Gloss. *in cap. sed & si instrumenta. 5. Nov. de instr. caut. & fid. 73.* Sigism. Scacc. *lib. 2. de jud. cap. 11. n. 1089.* Franc. Caldas. *de Emption. cap. 6. n. 12.* Covarr. *pract. quæst. 29. n. 4.* Vivius *com. opin. 940. n. 1.* M. Wesemb. *in ≀. D. de fid. instr. n. 5. post prin. vers. An autem. ac cons. 204. n. 74.*

186 *Subdeclaratur* † ut suprà *concl. 1. in Ampl. 1. limit. un. n. 102.* vel etiam si Stilus aliud desideret.

187 *Declaratur* III. † Quando literæ per Notarium Curiæ apud Acta

Acta scriptæ sunt: tunc enim nec sub- nec inscriptione testium opus habent. Guid. Papæ *d. decis. 175. n. 1.*

II. *Requiritur*, † quòd sigillum Ordinarij authenticum, non autem ejus privatum sit appositum. *cap. 2. Ext. de fid. instr. & cap. si Canonici. in prin. de off. ordin. in 6.* De quo si dubitetur, illud tale esse, articulandum & probandum erit. post Joan. Andr. & Decium Everhard. *d. cap. 12. n. 29.* Nam quando Judex vel alius Officialis loco sigilli officij, privatum imprimit, id scripturam authenticam non facit. Petr. Wesemb. *conf. 48. n. 1. in fin. & seqq.* 188

Declaratur † hoc requisitum, tum demum tantùm necessarium esse, cum sigillum principaliter apponitur ad hoc, ut scripturæ auctoritatem præstet. Nam si tantùm secundariò de fide scripturæ præstandâ ageretur, puta si Ordinarius solùm sigillet, tanquam testis negotio adhibitus, tunc ejus sigillum privatum appositum esse sufficit, post Abbat. Nicol. Everhard. *d. tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 29.* ubi, quòd hujus rei exemplum *ex l. ad testium. §. pen. D. de testam. & ex l. 2. cum ibi notat. D. Quemadm. testam. aper.* sumi posse dicit. 189

Conclusio Quinta.

Scripturæ, † quamvis privatâ manu scriptæ, sigillatæ tamen sigillo alicujus Ordinarij pro & contra tertium plenè in pertinentibus ad officium sigillantis probant, etiamsi nulli testes sint subscripti. Textus est, *in cap. 2. Ext. de fid. instrum.* & ita post Innoc. Joan. Andr. Bald. Hostiens. Felin. & Decium concludit, Nicol. Everhard. *d. tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 30.* Myns. *ad cap. post cessionem 7. n. 18. Ext. de prob.* per text. alios ibidem adductos. Rutg. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.* post Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 14. & 15.* Ratio † est, quòd sicut subscriptio literas privatâ alterius manu scriptas, auctorizare dicitur: ita quoq; sigillatio. post Alexand. *conf. 147. n. 7. lib. 2.* Tusch. *pract. concl. 239. n. 9. lit. S. tom. 7.* hoc tamen non aliter intelligendum, quàm, ut sigillum appositum sit super his, quibus inventum, & ad quæ ordinatum est, *cap. significavit de appell. & arg. l. fin. D. de off. Assess.* Purpurat. *conf. 462. n. 6. vol. 2.* & alij plures relati suprà. *cap. 9. vers.* 190 191

Hanc sigillorum n. 9. cum seqq. Ideò Bald. *cons. 462. in prin. lib. 1.* duo
192 † dicit requiri, ut probet sigillum publicum: 1. Officium: 2. Ut apponatur negotio, quod ad Officium sigillantis publicum spectat, non, quod ejus sit privatum, ut dixi. *Concl. praeced. vers. 11. Requiritur. n. 188.*

193 *Ampliatur* I. † In literis arbitri, respectu pertinentium ad ejus Officium: Decius *ad cap. post cessionem. n. 10. de probat.* Mynsing. *ad d. cap. 7. n. 19.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 30.* sive dependentium ab ejus arbitrio post Mascard. *tr. de probat. concl. 1302.* & Covarr. *pract. quaest. cap. 22. n. 9. tom. 2.* Honthem. *lib. 2. de art.*
194 *Notar. cap. 51. n. 12.* Nec † adversatur Justiniani Imp. *in l. ne in arbitris. C. de arbit.* rescriptum, per quod Panorm. & alij diversum responderunt: quia loquitur in his, quae arbiter viva voce depromit, non de scriptura sive literis arbitri. Mynsf. *ad d. cap. 7. n. 19.*

195 *Ampliatur* II. † In sigillo alieno: quia hoc, & non proprium Officij esse judicatur. Gabriel. *lib. 1. tit. de praesumpt. concl. 4. n. 16. per ibi citat.*

96 *Limitatur* I. † Non procedere, si contra Judicem, vel Ordinarium sigillantem esset praesumptio fraudis, quia tunc non creditur literis ejus sigillo sigillatis, etiam super pertinentibus ad ipsius officium. *arg. cap. 1. de procurat. ac arg. cap. 1. Ext. de prob.* & ibi Panorm. *n. 15. vers. Ratio praedicta.* Mynsing. *ad cap. post cessionem. 7. n. 21. Ext. de probat.* & faciunt notat. *in cap. ubi periculum. de Elect. in 6.* post Rotam Roman. & Decium. Nic. Everh. *d. tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 32.*

197 *Limitatur* II. † In Judicialibus, in quibus non creditur literis judicis sigillatis in praejudicium alterius, sed tantùm actis consignatis, sive juxta formam *in cap. quoniam. 11. de probat.* positam, conscriptis, fides habetur. Mynf. *ad cap. post cessionem 7. n. 20. Ext. de probat.* Idem Everhard. *d. cap. 12. n. 31.* ubi simul declaratur procedere in ijs solùm, in quibus nullum versatur arbitrium judicantis, sed tantùm rei gestae veritas spectatur: secus verò esse secundum ipsum in his, quae Judex jure officij sui pro arbitrio disponere potest. Nam in illis solemnitas necessaria nō est. *d. cap. quoniam.* Bald. & Decius relati ab Everh. *d. cap. 12. n. 31.*

Limi-

Limitatur III. † Quòd licet subscriptio testium in hujus conclusionis casu necessaria non sit: attamen nihilominus duorum saltem testium in ejusmodi literis requiri inscriptio videtur. *cap. 2. Ext. de fid. instrum.* Et constat, Notarium authenticam scripturam facere volentem, duos ad minimum testes inscribere debere, *per d. cap. sed et si instrumenta. 5. Novell. 73.* juncta Gloss. *ibid. ut & Dd. in cap. 1. de fid. instrum.* Verùm & hîc consuetudo loci cumprimis attendenda venit. Everh. *d. cap. 12. n. 30.* 198

Limitatur IV. † In causis, quæ exigui sunt momenti. Menoch. *lib. 2. de præsumpt. 57. n. 24.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.* 199

Conclusio Sexta.

In his, † quæ aliena sunt ab Officio sigillantis, non creditur literis, aut scripturis, quantumcunq; authentico sigillo communitis in præjudicium tertij absq; subscriptione testium. 200

arg. cap. 2. de fid. instrum. quod cum generaliter sit conceptum, generaliter quoq; intelligendum erit. Et ita post Speculat. Joan. Andr. Bald. Abb. Felin. Decium & Rot. Roman. Nic. Everh. *d. cap. 12. n. 26. & 33.* ubi † in fin. *n. 26.* valdè notabiliter 201
addit: ita de Consuetudine Germaniæ esse receptum. Ratio † est, 202
quia auctoritas sigilli restringitur ad causam & officiũ, ad quod fuit deputatum. Etenim in his, quæ pertinent ad officium sigillãtis, creditur sigillo authentico scripturæ apposito, etiam sine testium subscriptione: secus verò in alijs. Felin. *in cap. post cessionem. n. 4. vers. Sed contrarium. de probat.* Ripa *de peste cap. 5. n. 282.* Gabriel. *lib. 1. tit. de præs. concl. 4. n. 12.* Mynsing. *ad cap. post cessionẽ. 7. n. 22. Ext. de prob.* Honth. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 47.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 12.* Althus. *lib. 3. Dicæolog. cap. 41. n. 20.* Conf. suprà *cap. 9. vers. Hanc sigillorum n. 9. ut & concl. præced. n. 191.* Atq; † hinc est, quòd creditur talibus literis, quando in ijs 203
committitur vel delegatur alicui jurisdictio, quoniam spectat ad officium delegantis. *cap. cum in jure. Ext. de offic. delegat. & arg. cap. significavit. 7. Ext. de appell.* Eodem modo creditur literis subdelegationis: Citatorijs: Congregationis ad Capitulum & Testimonialibus alijs super pertinẽtibus ad sigillantis officiũ, post Dd. à se relatos Everh. *d. c. 12. n. 33. in fin.*

204 Non † repugnat modò dictis, quòd Aretin. *in d. cap. post cessionem.* & cum eo Felin. *ibid. n. 4.* opinatur, in alienis ab officio suo negotijs hujusmodi literas, quamvis à testibus subscriptas pro tertio contra tertium fidem non facere, quòd sigillum alicujus Collegij, vel Ordinarij censeatur inventum & deputatum ad hoc, ut faciat fidem de negotijs ad Collegium, vel officium pertinentibus. *arg. cap. cum dilecta 22. per ibi notat. Ext. de Rescript.* Ideò extra usum ad quem sigillum illud deputatum fuit, nihil probabit. *arg. cap. significavit. 7. Ext. de appell.* Respon-
205 detur † enim prædicta concludere tantùm in casu, ubi ex solo sigillo authentico tota scripturæ fides dependet, quo casu verum est, sigillum usurpatum extra usum, ad quem deputatum fuit, fidem non mereri. Et sic procedunt, quæ habentur *in d. cap. significavit. 7.* At nos hic versamur in ijs terminis, ubi præter sigillum authenticum, addita est etiam testium subscriptio, quo casu æquum est, talibus literis tantum credi, quantum aliàs instrumento publico creditur. *arg. d. cap. 2. juncto cap. quoniam 11. de probat.* Quia & sigillum testium subscriptionem comprobat, & vicissim sigilli fides testium subscriptione confirmatur. *arg. d. cap. quoniam 11.* ijsque jam ex hominibus sublatis, per literarum comparationem scripturæ fides corroborari potest, per ea, quæ fusiori calamo tractat Everhard. *d. cap. 12. numer. 26.*

206 *Limitatur* † hæc Conclusio I. Ut non obtineat, ubi consuetudo est in contrarium, aliudve invaluit. Nam tunc indistinctè literis authentico sigillo sigillatis fides habetur, juxta modum & terminos ipsius consuetudinis, *per text. in cap. cum dilectus Ext. de fide instrum.* post Innoc. Joann. Andr. Calderin. Felin. & Decium, qui communem dicunt, Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 34.* ubi addit: Stante tali consuetudine credi hujusmodi literis in quolibet foro, post Bald. & alios. Mynsing. *ad cap. post cessionem 7. n. 25. Ext. de probat.*

207 *Limitatur* II. † In causis levibus & modici præjudicij, judicis arbitrio relictis, quoniam in illis indistinctè creditur literis authenticũ sigillum habentibus: etiamsi illæ ad officium sigillantis

tis

tis non pertineant: sufficitque in his semiplena probatio, post Bart. Bald. Abbat. Felin. Decium & Menoch. Everhard. *d. tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 35.* Mynsing. *add. cap. 7. n. 26.*

Limitatur III. † In mandato procuratorio. Nam illud solo Sigillo Episcopi: vel alterius Ordinarij probatur absque alia solennitate. Felin. *in cap. post cessionem n. 14. de probat.* Hostiensis *in cap. 1. Extra de probat.* Gloss. & Dd. *in Clem. 1. de procurat.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 36.* ubi hujus limitationis hanc dat rationem, quòd hîc quoque agi videatur de re modici præjudicij, ut ob id non tàm exacta probatione sit opus. Verùm huic restrictioni nō aliter, quàm juxta tradita suprà *cap. 6. §. 2. concl. 2. vers. Sublimitatur. 1. cum seqq. n. 146. ac seqq.* subscribendum esse puto. 208

Limitatur IV. † In pluribus Sigillis authenticis appositis, quo casu tales literæ plenæ probant contra tertium, etiam in negotio ad officium sigillantium non pertinente, prout dixi suprà *cap. 9. vers. Conclusio 2. n. 31. cum seqq.* 209

Limitatur V. † In antiquis, in quibus per tales literas sufficiens fit probatio, cum in antiquis leviores probationes, imò præsumptiones pro sufficientibus habeantur, Jason. *in l. admonendi. n. 242. vers. Limita tamen. D. de jurej.* Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. ult. n. 30. & seqq.* Menoch. *lib. 2. arb. jud. quæst. cas. 115. n. 2. & seqq.* Marq. Freher. *de fama publ. lib. 1. cap. 8. n. 4.* Nic. Everhard. *tr. de fid. instr. cap. 12. n. 38. per ibi relat.* & Mynsing. *ad d. cap. post cessionem. 7. n. 27. Extra. de prob.* Exemplum ponentes in probatione Confinium, quæ ex ejusmodi literis fieri potest. *cap. cum causam. de probat. & cap. si Papa de privil. in 6.* Confer infrà *cap. 13. §. 2. concl. 4. n. 83.* ac in sola fama id exemplificant. Idem Freher. *lib. 2. cap. 4. n. 4. & seqq.* Cravett. *d. §. ult. n. 3.* Mascard. *de probat. concl. 546. n. 1.* Andr. Knichen *tract. de Jur. territ. cap. 3. n. 23.* ubi suggerit, quæ aliàs saltem aliqualem, in antiquis plenam probationem facere. Matth. Wesemb. *cons. 72. nu. 28.* Gilman. *lib. 2. decis. Camer. 40. n. 61. 69. & seqq. ac n. 109.* 210

Limitatur VI. † Procedere solùm quoad plenam probationem. Nam quod semiplenam probationem attinet, tales 211

literæ authenticum Sigillum habentes, generaliter in omnibus sufficiunt, etiam ad sigillantis officium non pertinentibus, post Innoc. Zarabell. Joan. de Imola, Abbat. Felin. & Decium, Nic. Everhard. *d. tract. cap. 12. n. 37.* Mynsing. *ad d. cap. post cessionem. 7. n. 27. Extr. de probat.*

212 *Limitatur* VII. † In literis Sigillo Principis, superiorem non recognoscentis, sigillatis. Nam si tales literæ probant pro ipso Sigillante contra tertium: Aretin. & Felin. *in cap. post cessionem. n. 17. de probat.* multò magis probare debent pro tertio contra tertium, *arg. cap. cui non quod plus est. de Reg. Jur. in 6.* & notatorum *in Auth. multo magis. C. de Episc. & Cler.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 23. & 40.* Mynsing. *ad d. cap. post cessionem. 7. n. 28.* ubi rationem addit, quòd is in propria causa Judex esse possit, & scripturę ejus plena fides adhibenda videatur post Bald. *in l. exemplo. ad fin. C. de probat.* Mascard. *de prob. concl. 627. in fin.*

Conclusio Septima.

213 *Sigillum † Principis non probat etiam inter privatos in eorum, præjudicium, quando non fuit appositum de eorum consensu, sicuti nec rogitus Notarij, nisi fuerit à partibus rogatus.*

Post Bald. *Cons. 464. in prin. lib. 1.* Tusch. *pract. concl. 240. n. 1. lit. S. tom. 7.*

214 Extenditur † hæc conclusio, ut procedat in hoc, quòd literis Principis sigillantis non credatur in præjudicium tertij etjam ad favorem Fisci, licet sint subscriptæ per Notarium, quando neque sigillans, neque Notarius à partibus, contra quas fiunt literæ, rogati fuerint. Bald. *d. cons. 464. in prin.* ubi de illo quæritur: an castrum sit per literas Principis oppignoratum? Tusch. *d. concl. 240. n. 3.*

Conclusio Octava.

215 *Sigillum* † publicum, Solitum, *& ad negotia sive actus* destinatum, *sua* forma *constans,* notum, *atq; in* materia, loco *quocunq; usitato impressum, vel appensum, scripturam facit publicam & authenticam, ac sine adminiculo probat.*

Cap. significavit. 7. & ibi Joan. Zanger. *in com. Extr. de appell. cap. Redemptor. cap. Sacrorum. 12. quæst. 2. juncta l. fin. D. de jurisd.* Menoch.

Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 16. & 17.* Nic. de Passerib. *tract. de priv. script. lib. 3. cap. 22. n. 8.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 14. n. 90. cum ibi relat.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 49. & seqq.* ubi singula hæc breviter explicat. Sed pleniorem & accuratiorẽ horum omnium enodationem vide suprà *cap. 4. vers. Ut verò n. 25. cum seqq.* ubi ex quibus constet, Sigillum esse Publicum sive Authenticum. *cap. 9. vers. Omne Sigillum. n. 10.* ubi de solito & destinato. *cap. 8. n. 12. cum seqq.* ubi de Forma. *cap. 4. n. 136. cum. seqq. ut & cap. 12. n. 76.* ubi de Sigillo noto. *cap. 3. n. 57. & seqq.* ubi de materia in qua, sive subjecto recipiente, Cerâ. *cap. 8. n. 68. cum seqq.* ubi de loco: ac denique hoc *cap. 11. per tot.* ubi plenè de probatione Sigillorum, & quæ ei accumulentur & succurrant. Conf. Rulant. *tr. de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 8. 12. & seqq.*

Conclusio Nona.

Principi † asserenti signaculum apponi fecisse, credendum est. 216

Clement. 1. de probat. Nam si Notario de Sigillis appositis asserenti credendum, quamvis non appareant: quanto magis Principi. Ratio enim major & validior cum assertione Principis facit, ut ei de Sigilli impressione attestanti fidem habere oporteat, cum nihil nisi Sigilli defectus opponatur. post Alex. *cons. 98. lib. 1.* Cæpoll. *cons. 22.* Decium *in auth. si quis in aliquo documento. n. 24. C. Eod.* Cravett. *cons. 701. n. 3.*

Conclusio Decima.

Instrumenta † Sigillo Regio, vel alio authentico sigillata, indubitatam faciunt scripturam, ejusq; probationem, ac paratam de Consuetudine habent executionem, ad instar instrumenti guarentigiati. 217

P. Rebuff. *com. ad Const. reg. tract. de liter. oblig. in præf. n. 26. & seq.* Petr. Gregor. *lib. 23. Syntag. jur. univ. cap. 6. n. 8. 9. 11. & 12.* Gilman. *tom. 4. Symph. part. 1. vot. 3. n. 80. & seqq.* post Joan. Fabr. & Boer. *locis à Rebuff. relat.* Nam † quemadmodum subscriptio 218
regia contra transgressores Legis in suspenso executionem non relinquit: Daniel *cap. 6. vers. 8. 9. 15. & 16.* ita quoque ex Consuetudine Sigillum publicum, Instrumento additum, majoris illud facit esse virtutis, quàm guarentigiatum: cum per Sigilli appositionem insinuatum dicatur post Pyrrh. *in*

in Consuet. Aurelianens. in Rub. Execut. infr. art. 1. & 2. R... *loc.* Gilman. *d. vot. 3. n. 81.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5.* ...

219 Et † de effectu Literarum regio Sigillo obsignatarum, ele... locus est apud Barnab. Brisson. *lib. 1. de Regno Persar. pag.* (... *hi*) *25.*

Hinc illud obvium venit: Semper expedire privatis literis authenticum adjungere Sigillum, quo robur inde nanciscantur. Joan. Sichard. *ad l. bonæ fidei. 3. n. 26. C. de Reb. credit.* Gilman. *decis. 17. n. 25. lib. 2.* post Franc. Marcum. *decis. Delphin. quæst. 994. per cap. significasti. de appell.* Rulant. *d. cap. 30. n. 4.*

220 *Ampliatur*, † Quòd etiam hæc Sigilli publici vis & potestas heredes afficiat. Nam dari possunt privilegia, & fieri Compulsiones Contractus sub Sigillo prorogatæ auctoritatis, puta incipiendi ab Executione & pignoratione bonorum, vel personæ heredis, remoto appellationis, vel intercessionis, vel certi fori dati in vim Sigilli, beneficio, post Bart. Alexand. & alios *in l. postulante, in princip. D. ad SC. Trebell.* Casp. Caballin. *tract. divid. & individ. part. 3. princip. n. 428.*

221 *Limitatur* † tamen hæc ampliatio, ut locum non habeat, nisi usque ad partem hereditariam, non etiam pro reliquo excessu, ne absurditas inde nascatur. Caballin. *d. loc. n. 428.* Petr. Gregor. *d. lib. 23. cap. 6. n. 11.*

Conclusio Undecima.

22. *Instrumentum † publicum non est, quod nec manu Notarij scriptum, vel subscriptum, nec judicis auctoritate publicatum, nec publico Sigillo, prout jus exigit, sigillatum, nec scribentis, aut testium trium subscriptione roboratum.*

Post Matth. Matthes. *sing. 40. n. 1.* Gilman. *decis. 17. n. 14. lib. 2.* Cum enim instrumenta publica plenam & perfectam efficiant probationem: Pacian. *cons. 77. n. 22.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 36. n. 7. per text. & Dd. ibi relat.* & non tantùm inter easdem personas, inter quas confecta; sed etiam inter alias in instrumento nominatas, inter quas instrumentum confectum non est, plenam probationem faciat. *l. desiderium. 7. C. Depos.* Berlich.

Berlich. *d. concl.36. n.9.* Ideò de instrumento per Notarium confecto,& quòd illud publicum sit, dubitandum non est. Tres enim ex eo oriuntur præsumptiones: 1. quòd sit verum. 2. solenne. 3. quòd in eo scripta,etiam à partibus dicta & gesta sint. Matt. Wesemb. *consi. 106. n. 16.* Pacian. *d. cons. 77. n. 22.* Judicis auctoritate confectum,vel publicatum, instrumentum publicum esse constat ex ijs,quæ *cap. 4. §. 1. vers. Judices. 70. cum seqq.* diximus. Illud hîc † notatu dignum est,quod etiam totam Germaniam 223
ita observare animadverto: Statutum, ut Subditorum instrumenta nullibi,quàm in Cancellaria Domini,aut apud Loci Magistratum,Officialemve,si non ubivis conficiantur, solùm sigillentur,ob multa utile, & servandum. Adam Keller *lib. 2. de Off. Jurid. polit. cap. 16. pag. 456. vers. Placet quidem.* Conf. *Concl. præced. vers. Hinc illud. n. 219. De Subscriptione dixi Infrà §. 4. concl. 10. & 12. n. 302. 311. cum seqq.*

§. III.

PRIVATI SIGILLI PROBATIONES.

Conclusio Prima.

Privata † Sigilla, partium instrumento apposita, vel saltem ejus partis contra quam producitur instrumentum addita, quamvis per se 224
nihil probent: operantur tamen 1. ut scriptura privata faciliùs & promptiùs verificari possit.

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Carol. Molinæus *ad Consuet. Paris. tit. 1. § 5. n. 12. post princ.* Menoch. *lib. 2. de arb. judic. quæst. cas. 113. n. 9.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 16.*

Item Resolutionibus & Consilijs.

Covarr. *pract. quæst. 22. n. 9. tom. 2.* Argentorat. *cons. 112. n. 66. vol. 2.*

Ratio † Conclusionis est, quia quantò plura signa & so- 225
lemnia adhibentur: tantò major & plenior habetur ratio certitudinis & veritatis detegendæ, & minor occasio falsitatis vel erroris, per ea quæ suprà *cap. 9. vers. Conclusio 11. n. 31.* fusiùs diximus.

Ampliatur, † maximè si scriptura vel literæ sint approbatæ. 226

l. si procuratorem. & ibi Bart. Alb. & Dd. *D. de procur.* Joan. Faber. *ad. §. possunt. Inst. de testam. & in l. si publicanos §. fin. D. de public. ac in l. 1. §. fin. D. Quemadm. testam. aper.* Franc. Marcus *decis. Delphin. quæst. 990. n. 16.* Martin. Uranius. *consil. 44. n. 6. tom. 2.*

Conclusio Secunda.

227 *2°. Privata † Sigilla operantur, quòd verificato Sigillo intensiùs de consensu, intentione & approbatione ipsorum contrahentium, actusq; complemento appareat, nec possit pars sigillans, contra quem plenè probat, vel saltem difficiliùs docere contrarium.* Molin. Covarr. & alij *locis suprà relat.* Conf. suprà *cap. 10. §. 2. in prin. n. 53.*

228 Declaratur † hæc Conclusio pro ratione finis, cujus gratiâ est appositum Sigillum, & quòd non aliter præjudicet. Nam si ad finem Testimonij, non probat contra sigillantem, nisi, quòd is testis fuerit, nec quantum ad vim & actus gesti effectum præjudicat. *l. Cajus. D. de pign. act. l. Titio. §. Lucia. D. de legat. 2.* Secus si ad dispositionem & substantiam actus apponatur. *l. fidejussor. §. pater. D. de pignor. l. 2.* & ibi Joan. Faber, Alber. Bald. & Salicet. *C. de Reb. alien. non alien.* Carol. Molin. *d. tit. 1. §. 5. n. 12.* ubi insuper ad hoc Bartol. Bald. Angel. Alexand. & Firmian. allegat.

Conclusio Tertia.

229 *3°. Privatum † Sigillum operatur, quòd qui illud tali instrumento apposuit, contra potestatem Notarij, opponere non possit, non tantùm circa illud ipsum instrumentum, sed etiam non contra alíud, quod ab eo Notario confectum est.* Ita ex traditis Molin. *d. tit. 1. §. 5. n. 1. & 12.* Covarruviæ & Menochij citatis locis colligit Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 16.*

Conclusio Quarta.

230 *4°. Privatum † Sigillum idem operatur, quod alicujus privati hominis scriptura, vel ejus subscriptio. arg. l. 2. C. de reb. alien. non alien.* post Molin. Covarr. & Menoch. Nicol. Everhard. *d. cap. 12. num. 55.*

231 *Declaratur,* † ut quemadmodum privata scriptura etiam ijs in

ijs in casibus, quibus aliàs vim probandi habet, non probat tamen, nisi sit recognita, tum enim plenè probat: *arg. l. procuratorem.* ibi: hoc casu literis ejus approbatis. *D. de procurat.* & ibi Albert. Bart. Castrens. & Joan. de Prato. *l. fin. D. Eod. l. fidejussor. §. pater. D. de pignor. l. cognoscere.* & ibi Alciat. *n. 1. D. de V. S.* Felin. *in cap. 2. n. 11. & 12. de fid. instr.* Paris. *cons. 45. in prin. vol. 1. & cons. 83. n. 2. Eod.* Covarr. *pract. quæst. 22. n. fin. tom. 2.* Matth. Wesemb. *cons. 178. n. 17.* Gilman. *decis. Cam. 19. n. 12. lib. 2.* Mart. Mager. *de Advoc. armat. cap. 14. n. 75.* & plures alij relati *cap. 13. n. 50:* ita quoque eadem scriptura privata sigillata pro sigillante non probat, nisi Sigillum fuerit recognitum. *l. rationes. l. exemplo. C. de probat. l. si procuratorem. 65.* ibi: literis ejus approbatis. *D. de procur.* Felin. *in cap. 2. n. 16. de fid. instr. & in cap. cum causam. n. 11. & 12. vers. Sextò scias. de probat.* Covarr. *d. quæst. 22. in prin. & n. fin. ac lib. 2. Var. resol. 11. n. 4.* Gail. *lib. 2. obs. 20. n. 1.* Georg. Everhard. *cons. 51. n. 6. vol. 1.* Joan. Koppen. *decis. 46. n. 22. 24. & 25. part. 1.* Menoch. *de arb. judic. quæst. lib. 2. cas. 113. n. 1. & seqq.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 55. & n. 80. cumprimis verò cap. 9. & 10. ibid.* Berlich. *part. 1. pract. concl. 44. n. 30. cum ibi relat.*

Conclusio Quinta.

5°. Sigillum † licet sit privatum, tamen multum comprobat scripturæ probationem contra scribentem & sigillantem. 232

l. distrahere 2. C. de reb. alien. non alien. l. ad testium 22. §. si quis. cum seq. D. de testam. Specul. *tit. de probat. §. ult. vers. fin.* Card. Paris. *cons. 19. n. 108. lib. 2.* Cravett. *part. 1. de antiq. temp. §. quæritur. n. 44. in fin. & cons. 46. n. 5.* Decian. *resp. 74. n. 33. vol. 4.* Schrader. *cons. 32. n. 2. & 31.* Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 45.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 35. & seq.* Geor. Everhard. *cons. 51. n. 5. vol. 1.* Ingolstadiens. apud Hubert. Giphan. *tract. de Renunc. cons. 6. vers.* Fürs ander, *pag. 195.*

Ampliatur I. † Ut si quis scripturam alienam seu alterius; nomine confectã suo proprio Sigillo obsignet, tunc talẽ sigillationẽ præsumptionẽ facere contra sigillantẽ, quòd contenta scripturæ approbarit. Car. Mol. *ad cons. Paris. tit. 1. §. 5. n. 11. 12. & 13.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 32. 37. & 38.* ubi hanc sententiã commu- 233

nem & receptam dicit. Matth. Weſemb. *conſ.178.n.10.* Schrad. *d.conſ.32.n.3.&ſeq.vol.2.* Goedd. *conſ.Marp.28.n.31.vol.1.* Hunnius *part.2. Encyclop.Jur.tit.18.cap.5.n.6.*

234 *Ampliatur* II.† Etiamſi ipſe,cujus eſt Sigillũ illud,vel ea,quæ in inſtrumento ſigillato continentur,neget,prout expreſsè decidere Speculat. Roman. Caſtrenſ. Decium & alios refert Schrad. *d.conſ.32.n.2.*

235 *Ampliatur* III.†Quòd etiam privata ſcriptura,nõ minus quàm publica,fidem faciat adverſus eum,qui ſcripſit vel ſigillavit, etjam ſine die & conſule,poſt plurimos à ſe relat.M.Weſemb.*conſ.*
236 *327.n.61.* ubi poſt Tiraquel.limitat,† ſi is,qui tali ſcriptura utatur in tempore ſe fundet,eoq; nitatur: non etiã in ſola ſcriptura & obligatione. Deinde, *ait*, illud tantùm obtinere contra tertium. Nam etiam illo caſu, probat ſcriptura contra eum, qui eam fecit,& conſequenter contra ejus heredem. Matt. Coler. *conſ.28.n.221.& 222.per ibi relat.*

237 *Limitatur* † quoad plenè probandum. Nam hæ ſcripturæ privatæ per ſe ſolæ contra ſcribentem plenam fidem non faciunt *l.ſcripturas.in fin.cum Auth.ſeq.l.inſtrumenta. l. non Epiſtolis.l. Exemplo.C.de probat.* etiamſi ſigillatæ & ſubſcriptæ ſint, niſi per ſcribentẽ & ſigillantes,teſtesve fuerint recognitę.*d.l.ſi procuratorem.*Geor.Everhar.*d.conſ.51.n.5.& 6.vol.1.* Koppen.*d.deciſ.46.n.23.& ſeqq.per ibi relat.*ut & concl.præced.*n.231.& c.13.§.2.concl.3.n.52.*

Concluſio Sexta.

238 *Sigillum † privatum alicui ſcripturæ appoſitum pro tertio contra tertium nihil probat.*

text.expreſſ.in cap.2.Extr.de fid.inſtr. Petr.Weſemb. *conſ.48. n.20.in fin.*Nicol.Everhard. *d. tract.de fid. inſtr.cap.12.n.81.* & faciunt tradita ejuſdem *cap.19.n.177.cum ſeqq.* Giphan. *d.loc.*

239 *Limitatur* I.† Ubi eſt Conſuetudo,quòd privatis etiã Sigillis pro tertio contra tertiũ credatur,ſicuti fit in plerisq; locis Ger-
240 manię,ubi honeſtioribus perſonis,quas propterea† Sigelmäſſig vocãt, & præſertim in aliqua dignitate cõſtitutis fides habetur. Koppen *deciſ.46.n.43.* Wehner.*pract.obſ.Voc.*Sigelmäſſig. ubi ex Ordin.Provinc.Henneberg.*part.2.tit.1.cap.1.fol.7.*requiri refert:

Daß

Daß im Hofgericht zu Schleusingen der Hofrichter von Adel und ehelicher Geburt: Im Landgericht aber der Landrichter Sigelmäßsig seyn soll. Tunc † enim talis consuetudo servanda est, per ea, 241
quæ habentur *in cap. cum dilectus. Ext. de fid. instr. cum similib.* Decius *in cap. post cessionem n. 12. de probat.* Schrader. *d. conf. 32. n. 36. & 38.* Unde Mascard. *de probat. concl. 627. n. 13.* scribit: Quòd ubi aliàs non crederetur plenè sigillo, tamen ei plenariam fidem habendam, si hoc esset in more positum, & ita sæpiùs respondisse Senis Domin. *in cap. quamvis. de procurat. in 6.* refert.

Limitatur II. † Generaliter secundum naturam scripturæ privatæ (quia eadem est ratio in sigillo, quæ in scriptura, vel subscriptione manus propriæ, uti *cap. 15. n. 135. cum seqq.* pluribus diximus) utpote 1. Quando quis in judicio mediante juramento sigillum recognovit. Tunc enim ex hoc tanta oritur probatio, quãtam faceret quilibet alius testis unicus cum juramento deponens, hoc est, semiplenam, modò aliàs testis omni exceptione sit major. juxta Dd. *in l. admonendi. D. de jurejur.* Nic. Boer. *conf. 40. n. 60. & 61.* Farinac. *de testib. quæst. 63. n. 64. cum seq.* Bruckman. *conf. 30. n. 112. vol. 1.* M. Wesemb. *conf. 336. n. 1. 8. & 18.* Nic. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 9. n. 181.* Berlich. *part. 1. conc. 36. n. 111. cum ibi relat.* 2. Si constet † sigillum mandato ejus contra quem producitur, appositum fuisse: tunc enim contra ipsum plenè probat. Nicol. Everhard. *d. cap. 9. n. 182.* Conf. quæ dixi suprà. *cap. 6. Rub. De charta blanca §. 2. vers. Limitatur 1. n. 126.* 242 243

Limitatur III. † Non procedere, ut ex sigillo habeatur testimonium unius testis fidem perhibentis scripturæ. Ad hoc enim sigillum ipsius sufficit, quasi manu propriâ subscripsisset. *l. scripturas C. Qui potior. in pign. habeant. cum similib.* 244

Conclusio Septima.

Quemadmodum † instrumentum publicum, de partibus longinquis, cum literis testimonialibus & sigillo probat: ita etiam literæ privatæ similiter plenè probant, cum sint subscriptæ & sigillatæ scribentis manu propriâ & sigillo, atq; sic duplici subscriptione. 245

 Ita

Ita post Bartol. *in proœm. Digest. sub n. 7.* Innoc. & alios Canonist. *comm. in cap. post cessionem. de probat.* Alex. *in l. quæ dotis. n. 39. D. Sol. matr.* Camill. Borell. *conf. 40. n. 27.* concludit Vi-
246 vius *com. opin. 387. n. 4.* hanc † subijciens rationem: Quòd sigillum & subscriptio simul juncta, arguat mentem magis deliberatam: sicque duplicato subscribens fateri, atque approbare contenta in scriptura dicatur. *l. Emptor. §. Lucius D. de pact. l. si ita §. Chrysogonus ubi Dd. Dig. de Verb. Oblig. l. fidejussor. §. 1. D. de pignor. l. sicut. §. non videtur. D. Quib. mod. pign. vel hypoth. solvat. l. si quis §. 1. in verbo: Subscribere. D. de Edend.* post Gabriel. & Masc. Vivius. *d. loc.*

Conclusio Octava.

247 *Sigilla † privata in casu insiciationis non probant contra eum, cujus est sigillum, nisi probetur ejus voluntate appressum, quia facilè alius quis surripere & apprimere potest.*

l. 1. §. se ne furandi C. de latin. libert. toll. post Alber. Joan. de Prat. Panorm. Decium & Felin. Mart. Mager. *tract. de Advoc. armat. c. 14. n. 91.* Conf. suprà. *n. 141.* Probatur autem contra negantem per ipsius subscriptionem, vel æquipollentem, post
248 Rom. Bart. Bald. Panor. & alios M. Wesem. *conf. 238. n. 14.* Ratio † est, quòd non præsumatur contra talem negantem, sigillum hoc privatum voluntate ejus, cujus est, appositum, donec contrà probetur, post Molin. Covarr. Menoch. Chassan. & Chilian. König. M. Wesemb. *d. conf. 238. n. 15.*

249 *Ampliatur*, † quando ex aliquibus circumstantijs sigillum alioqui redditur suspectum. Menoch. *lib. 2. de arb. jud. quæst. cas. 142. n. 12. vers. Secus cum suspecta sunt.* Franc. Marc. *decis. Delphin. quæst. 990. n. 13. & quæst. 992. per tot.* Socin. *conf. 258. n. 4. vers. Ex quibus concluditur.* Cravetta *conf. 46. n. 6.* M. Wesemb. *d. conf. 238. num. 15.*

Conclusio Nona.

250 *Adjectio † Sigilli proprij scripturæ de re propria ipsius sigillantis confectæ, etiam in privatis hominibus tanti momenti est, ut fidem & vim publicæ scripturæ inducere credatur.*

l. pu-

l. Publica. D. depos. l. 2. C. de reb. al. non alien. ubi Bart. Bald. & alij. Zasius *cons. 18. n. 18. & 19. lib. 1.* Paris. *cons. 19. n. 108. part. 2.* Joan. Cephal. *cons. 141. n. 11. lib. 1.* Regin. Sixtin. *cons. Marp. 11. n. 30. vol. 2.* Men. *lib. 2. de arb. Judic. cas. 113. n. 10. & lib. 2. præsum. 57. n. 30.* Georg. Everh. *cons. 51. n. 5. vol. 1.* Conf. infrà *Concl. 12. §. 4. n. 311. cum seq.*

Conclusio Decima.

Scriptura † privata nihilominus privata manet, & non probat ad instar publicæ, etiamsi multorum Nobilium sigillis munita sit. Vid. suprà *cap. 9. §. 1. concl. 4. n. 47.* 251

§. IV.

DE UTRIUSQUE PUBLICI ET PRIvati Sigilli Probationibus.

Circa † probationem Sigillorum illud nobis hic præloquij loco explicandum venit, quod ajunt Dd. Sigel vnd Brieff vermög der Rechten vnd Gewonheit in continenti beweisen sollen; *tum* † quòd sigillum indubitatam faciat scripturam; *tum* quòd sit probatio probata & non probanda, ac ad oculum evidenter & statim demonstrans: Verùm † non esse. 1. nisi instrumenta sint publica & recognita, per personas publicas, vel apud acta Magistratus confecta, à quibus privata longè distant. 2. nisi instrumentum sit liquidum, maximè in juribus & debitis singularibus: non universalibus. 3. nisi instrumentum intrinseco aut apparente vitio non laboret, aut alioqui probabiliter suspectum sit. 4. nisi superiùs post prin. hujus *cap. 11.* relata absint Requisita, prout singula hæc suis allegationibus exornat Matth. Wesemb. *concl. 178. n. 12. & 40.* 252 253 254

Conclusio Prima.

Omne † Sigillum plenè probat in præjudicium illius, cujus est probare: Sive: *Hodiè sigilla probant contra sigillantem ejusq. successores ex Consuetudine publica.* 255

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus: Gloss. *in l. si procuratorem. verb. intelligendum. D. de Procur. & in l. distrahente. 2. C. de reb. al. non alien.* Crav. *tr. de antiq. temp. part. 1. sect. 5. n. 46.* Men. *lib. 2. præs. 58. n. 1.* Col. *de process. exec. part. 3. cap. 1. n. 27. & 28.* ubi limitat in rebus magni præjudicij. Schr. *de Feud. part. 10. in præãb. n. 14.* Mart.

Mart. Mager. *de Advoc. armat. cap. 14. n. 51. 83. & 84.* **Ludov. Gilhausf.** *in arbor. Judic. Civil. cap. 6. part. 1. de Probat. §. 359.* **Conf. suprà.** *§. 2. Concl. 2. n. 151. cum seqq. & §. 3. concl. 5. n. 232.*

In Consilijs: M. Wesemb. *cons. 11. n. 9. cons. 14. n. 4. cons. 78. n. 4. cons. 178. n. 4. cons. 217. n. 5. & cons. 238. n. 13.* Fichard. *cons. 40. n. 2. tom. 2.* Nicol. Everhard. *cons. 25. n. 17. vol. 2.* Georg. Everhard. *cons. 51. n. 5. & seqq. vol. 1.*

In Conclusionibus, Resolutionibus & Decisionibus. Gabriel. *lib. 1. com. conclus. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 2. 9. 10. 11. & 12.* Mascard. *de prob. concl. 1302. n. 1. 8. & 9.* Trentacinus. *lib. 2. var. resol. tit. de fid. instrum. resol. 7. n. 7. & 8. pag. 342.* Gilman. *decis. Cam. 17. n. 4. lib. 2.* Koppen. *decis. 46. n. 41. lib. 1.*

256 *Ampliatur* I. † Conclusio vera esse, licet in instrumento sive scriptura, cui sigillum appositum est, mentio non fiat, sigillum illud esse appositum de voluntate ejus, ad quem illud spectat, prout hoc expressè, ac in specie tenere Felin. Innoc. Panor. & alios scribit Schrader. *cons. 32. n. 2. & 16.*

257 *Ampliatur* II. † Procedere, quando per propriam confessionem, vel aliàs constat, quod ipse sigillavit: & ita intelligitur

258 *l. si procuratorem D. de procur.* Si verò † dubitatur sigillum de consensu ejus, cujus est, appensum fuisse, semiplenam in dubio facit probationem, ut delationi juramenti sit locus, *arg. cap. si tamen 5. Novell. de fide instr. 73.* Et idem est in literis sigillatis non approbatis, quibus Dominus sigillum suum apposuisse negat, nec illud per testes probari potest, semiplenam probationem faciunt. *text. in l. Imperatores. in verbo: Epistolas. D. de probat.* Alber. *in l. 1. §. si quis neget. n. 7. D. Quemadm. testam. aper.* Schrad. *cons. 32. n. 19.*

259 *Ampliatur* III. † Ut locum habeat, etiamsi nulla testium probatio appareat, vel aliqua literarum comparatio adhibita sit. Nam etiam tunc per solam sigillationem, absque alia aliqua probatione probantur contenta in scriptura in præjudicium ipsius sigillantis, ut tradit Paul. Castrens. *in l. admonendi. n. 42. vers. circa tertiũ* ibi: Idem, si neges, & tamen habet sigillum consuetum. *D. de jurej.* Masc. *d. concl. 1302. n. 16.* *Am-*

Ampliatur IV. † Procedere, etiamsi sigillum reperiatur 260
absq; aliqua alia subscriptione; quia sola nihilominus sigillatio sufficeret, probaret, & scripturam indubitatam redderet. post Innocent. Mascard. *d. cons. 1302. n. 5.* Vivius *com. opin. 387. num. 5.* Bursat. *cons. 39. n. 26.* Camill. Borell. *cons. 40. n. 38.* M. Wesemb. *cons. 238. n. 13.* Fichard. *d. cons. 40. n. 2.* Schrad. *d. cons. 32. n. 25.* Mager. *d. cap. 14. n. 51.* Idque maximè † verum, si apparet & constat 261
sigillum alicujus chartæ impressum, vel ex voluntate ejus additum esse: tunc enim præjudicat, sufficitque solum sigillum sine subscriptione ad arguendum consensum sigillantis & ad probandum contra eum: Franc. Marcus. *decis. Delphin. 992. n. 7.* Mascard. *d. loc. n. 7.* post Alexand. *in l. quæ dotis. D. Solut. matr.* Gilhaus. *d. §. 259.* Et pro hac appositione voluntaria præsumitur, post Molin. M. Wesemb. *cons. 238. n. 13.* Conf. suprà *hoc cap. §. 1. vers. Verum in hac 57. cum seqq.*

Ampliatur V. † Obtinere etiam, quando non proprio, sed a- 262
lieno sigillo cum voluntate ejus cujus est, in re non gravis præjudicij scriptura signata fuerit, & de hoc facta sit mentio, quòd cum consensu sigillantis & ex causa, cum vel proprium non habuit, vel non sit in promptu, additum reperiatur. Gloss. *in cap. inter dilectos. verbo: deleta. De fid. instr.* Mascard. *d. loc. n. 18. 20. & seqq.* Gabriel. *d. lib. 1. concl. 4. à n. 5. usq; ad 21.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 69.*

Declaratur † hæc Ampliatio, quòd tum demum sigilli a- 263
lieni appositio probet consensum & mandatum, si modò nihil dolosè & in fraudem factum sit. *l. 2. C. de reb. alien. non alien.* Ant. Faber. *in Cod. lib. 1. tit. 3. defin. 3. in not. n. 10.*

Limitatur I. † Superior Conclusio, quando sigillans non 264
ad dispositionem & substantiam actus, & ut debitor ac fidejussor sigillum apposuit; *l. si fidejussor. §. pater. D. de pign. l. 2. C. de reb. al. non alien.* M. Wesemb. *cons. 178. n. 4. in fin. per ibi citatos.* sed ut testis & ad finem testimonij signavit. *L. Cajus D. de pignor.* M. Wesemb. *d. cons. 187. n. 4.* & alij suprà *cap. 10. n. 71.* relati.

Limitatur II. † Præcedens Conclusio Prima, quando adest 265
sigillum privatum, sed non apparet, quòd de voluntate sigil-

lantis fuerit impressum. Nam tunc utrumque requiritur, videlicet sigillum & subscriptio. Franc. Marcus *d. quæst. 992. n. 7.* Mascard. *d. concl. 1302. n.* Gilhaus. *d. §. 359. vers. Hoc procedit.*

266 *Limitatur* III. † In alienis ab officio sigillantis, in quibus non creditur soli sigillo absque testium adminiculo, sicuti fine his fides habetur sigillo in pertinentibus ad sigillantis officium. Decius *in cap. post cessionem. n. 31. vers. Prima Conclusio. & n. 36. vers. Secunda Conclusio. Ext. de probat.* Mascard. *d. loc. n. 27.* & plurimi alij relati suprà hoc *cap. 11. §. 2. concl. 5. & 6. n. 190. cum seqq.*

267 *Limitatur* IV. † Non aliter locum habere, nisi constet atque doceatur, illud sigillum esse illius, de cujus præjudicio agitur. Decius *ad cap. 2. n. 27. de fid. instrum.* Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. quæritur. n. 46.* nec non ab illo, sive mandato illius appositum. Schrader. *d. tr. de feud. part. 10. in præamb. n. 14. per plurimos ibi relat.*

Ex his plenior consequitur

268 Conclusio † Secunda.

Omne sigillum, scienter scripturæ appositum, probat plenè in præjudicium sigillantis, diciturq́; omnia in ea contenta approbasse, & sibi præjudicasse, etiamsi se non subscripserit, in his casibus, in quibus subscriptio, nec de jure, nec de Consuetudine requiritur, dummodò constet ejus esse sigillum, cujus esse asseritur.

l. 2. ubi Gloss. quam ibidem sequuntur Legistæ. *C. de rebus alien. non. al.* Schurpf. *cons. 16. n. 13. cent. 1.* Virg. Pingiz. *ill. quæst. Saxon. 38. n. 6. & seqq.* Uranius *cons. 73. n. 3. tom. 2.* Honthem. *lib. 4.*

269 *de art. Notar. cap. 11. n. 31.* Sic † scienter sigillans alienationem alterius super re suâ, seu ad se pertinente, quam impedire potuit, & non impedivit, sibi præjudicat. *l. 1. §. sed etsi juncta Gloss. D. Quod juss. & l. pen. §. fin. D. De in rem vers.* Quòd si verò sigillavit erroneè, vel ignorantèr, aut super eo, quod tunc ad eum non pertinebat, neq; eum tangebat, aut, quod aliàs fieri poterat, eo invito, sibi non præjudicat. *l. Cajus. D. de pign. act. l. mutuæ. C. si cert. petat. cap. ex literis. juncta Gloss. 2. & Hostiens. Ext. de transact.* Henning. Goden. *cons. 51. n. 30.* M. Wesemb. *cons. 178. n. 50.* Conf. suprà *cap. 5. vers. IV. Mulieres n. 66. cum seqq.* ubi etiam ad Object. respondetur.

Item:

Item: Conclusio Tertia.

Utrumq; † Sigillum tàm privatum, quàm publicum in proprio negotio facit fidem in his, quæ ex nuda voluntate pendent, vel quæ sunt circa proprium sigillantis officium, in quantum proprium non concernit commodum. 270

Honthem. *d. cap. 11. n. 67. ubi n. 68.* addit: Ex † nuda autem voluntate pendere Procuratorium, per Rotam Rom. *decis. 167. aliàs 12. de procur. in nov.* sive sigillum proprium, sive authenticum. Gabriel. *lib. 1. com. concl. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 30. & seq.* Item Commissionem vel Delegationem alteri factam. Mascar. *d. concl. 1302. n. 24. & 25.* Gabriel. *d. loc. n. 26.* 271

Item: Conclusio Quarta.

Sigillum † voluntate & Consensu sigillantis sive contrahentis appositum esse debet: & si de hoc constiterit, absq; Comparationis vel recognotionis adminiculo probat. 272

Chil. König *part. 2. Process. cap. 39. vers.* dem den auch. *cum seqq.* dann die Sigel an jhm selbst. Cravett. *de antiq. temp. part. 1. part. prin. 4. §. quæritur. n. 46.* Joan. Koppen. *d. decis. 46. n. 41.* post Bart. Alex. Purpur. Castrens. Wesemb. Schurpf. & Coler. Etenim † nisi probetur voluntate ejus, cujus est, appositum, nihil contra id factum esse negantem, probabit: Mart. Uran. *cons. 44. n. 7. tom. 2.* Mart. Mager. *de Advoc. armat. cap. 14. n. 67.* post Bart. Alex. & Covarr. quia probato sigillo probata est veritas. *cap. 2. de fid. instr. cum similib.* per Mager. *d. loc.* citatos & plurimos alios adductos à Schrader. *d. part. 10. in præamb. n. 14.* 273

Conclusio Quinta.

Sigillum † recognoscentis Superiorem non facit fidem per se, cum hoc sit speciale in Imperatore, vel Rege in suo regno. 274

Vide suprà *hoc cap. 11. §. 2. in prin. ubi etiam declaratur remissivè. n. 79. & 80.* & *cap. 4. §. 1. vers. Comites. n. 62. & 63.*

Conclusio Sexta.

Sigillum † per se nihil loquitur sine subscriptione Cancellarij, Secretarij, vel Actuarij, vel æquipollenti nihil operatur, res est inanimata & muta, 275

chiffræ & chimeræ instar, sine literis & subscriptione nihil pro[illegible] operans. arg. l. falsus. C. de furt.

Dd. in Lecturis, Commentarijs & Tractatibus:

Bald. *ad tit. de Pac. Constant. verbo: Imperialis. n. 8. & verbis, Communi sigillo.* Molin. *ad Cons. Paris. tit. 1. §. 5. n. 13.* Mynſ. *ad cap. tertio loco 5. n. 1. Ext. de prob.* Menoch. *de arb. jud. quæst. lib. 2. cas. 113. n. 1. & seqq.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. [illegible] & 3.* Camill. Borell. *lib. 2. de Magistr. Edict. cap. 13. n. 1. & seqq.* Goedd. *ad l. subsignatum 39. n. 3. D. de verb. sign.* Mart. Mager. *tr. de Advoc. armat. cap. 14. n. 61. 62. & 64.* Besold. *in thes. pract. verbo: Sigel, vers. Sigillum solum.* Conf. suprà *hoc cap. §. 2. Concl. 1. limit. 1. n. 108.*

In Consilijs & Quæstionibus:

Cravett. *cons. 46. n. 3.* Bertrand. *cons. 133. vol. 2.* M. Wesemb. *cons. 12. n. 50. & cons. 178. n. 17. & 37.* Covarr. *pract. quæst. 22. n. 9. tom. 2.* Nicol. Everhard. *Præs. cons. 74. n. 10.* Altorfens. *cons. 48. pag. 215.*

In Decisionibus, Definitionibus & Conclusionibus.

Franc. Marcus *decis. Delph. quæst. 992. n. 7. part. 1.* Mart. Monter. *decis. Aragon. 12. n. 9.* Ant. Faber. *in Codic. lib. 4. tit. 14. defin. 11. n. 4. & defin. 20. n. 4. & 6.* Gilman. *decis. 26. n. 83. lib. 1. & decis. 17. n. 3. lib. 2.* Koppen. *decis. 45. n. 34. & decis. 46. n. 24.* Card. Tusch. *pract. concl. 239. n. 11. lit. S. tom. 7.*

276 Ratio † est, quia notoria & abusiva repræsentatio plerumque falsa est & incerta. post Franc. Marc. *decis. Delph. 990. part. 1.* Marta. Neapol. *tom. 1. Dig. noviss. tit. Sigillum cap. 8.*

277 *Ampliatur* I. † Ut solum sigillum non sufficiat, ubi specialis designatio, vel scriptura, aut subscriptio requiritur. *Auth. quod sine. C. de testam.* M. Wesemb. *cons. 90. n. 9.* & alij relati à Koppen. *d. decis. 45. n. 33.* Conf. infrà *cap. 15. §. 1. n. 27. 44. & 92.*

278 *Ampliatur* II. † Juxta quosdam in Sigillo noto & authentico, veluti Conventus. Carol. Molin. *ad cons. Paris. tit. 1. §. 5. Gloss. 1. n. 13.* Nicol. Everhard. *Præs. d. Cons. 74. n. 10.*

279 *Limitatur* I. † In Sigillo publico sive authentico, ut dixi suprà hoc *cap. 11. §. 2. Concl. 1. per tot. n. 81. & passim ibid.*

280 *Limitatur* II. † Quando sequentia tria in scriptura expressa inveniuntur: I. Cujus sit sigillum: II. A quo appositum: III. pro-

III. propter quid appositum. Molin. *d. loc.* Mart. Coler. *d. part. 3. de process. Execut. cap. 1. n. 95. & 113.* Joan. Goedd. *consf. Marp. 28. n. 30. vol. 1.* ubi Molinæi limit. sequitur. Anton. Mornac. *ad l. census, 10. D. de probat.* post eund. Molin. Conf. quæ dixi suprà *hoc capit. §. 1. vers. Vt autem omne. n. 17.*

Limitatur III. † Quando apparet de Domini voluntate 281
Sigillum chartæ impressum esse, illi præjudicium facit. post Franc. Marc. *Decis. Delph. 990. part. 1.* Mart. Neapol. *tom. 1. Digest. noviss. tit. Sigillum cap. 8.*

Conclusio Septima.

Omne † Sigillum, quod non satis se ostendit in forma impressionis, vel 282
cujus literæ non satis conspicuæ, apparentes, legibiles & intelligibiles sunt, Sigillum dici non meretur, nihilq́; probat.

Cap. inter dilectos. Extr. de fid. instr.

Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Card. Franc. Zabarell. *in cap. 2. notab. 5. Vt lite pendent. nihil innov.* Joan. Andr. *in cap. Cum à nobis. Extr. de testib.* Simon de Prætis *tract. de ult. volunt. Interp. lib. 2. dub. 2. sol. 2. n. 12.* post Ruin. Menoch. *lib. 2. de arb. jud. quæst. 113. n. 12. & 13. & lib. 2. præsumpt. 57. n. 45.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 17.* Conf. suprà *cap. 8. §. 2. n. 38. & hoc cap. 11. §. 2. concl. 1. lim. 5. Illat. 1. n. 133.*

In Consilijs & Decisionibus.

Cravett. *consf. 46. n. 6.* Farinac. *consf. 60. n. 46. vol. 1. & consf. 109. n. 21. vol. 2.* Pruckman. *consf. 12. n. 105. vol. 1.* Guid. Papæ *decis. Gratianop. quæst. 481. n. 3.* Surd. *decis. Mantuan. 137. n. 8.*

Ampliationes & Limitationes huc spectantes sequenti Conclusioni subjeci.

Conclusio Octava.

Sigilla † obscura, incognita, ignota, dubia, læsa, corrupta, incerta & 283
negata, regulariter nihil probant, nec fidem faciunt, etiamsi mille sint; cum eadem ratio sit in mille, quæ in uno: ne via ad fraudem aperiatur: nisi priùs probentur fuisse talium.

text. in d. cap. inter dilectos. l. si quis per calumniã. C. de Episc. & Cler. cap. quod super his. Extra. de fid. instrum. Gloss. *in can. 1. in fin. dist. 98.*

 Ita

Ita Dd in Commentarijs, Tractatibus & Regulis:

Felin. *in cap. quod super his. 7. n. 7.* & ibi Mynsing. *in com. n. 3. de fid. instr. & in cap. post cessionem. Extr. de probat. & ibid.* Panorm. cujus dictum est: Mille etiam ignotis Sigillis non credi. Specul. *tit. de Procur. §. 3. vers. Item, quod non est.* Joan. Bertachin. *lib. 3. de Episcop. part. 3.* Chil. König *in Process. part. 2. cap. 39. vers.* Aber dem Sigel. Socin. *regul. 25. & 261. per tot.*

In Consilijs & Responsis:

Cravett. *d. cons. 46. n. 6. & cons. 485. n. 22. per ibi relat.* Menoch. *cons. 1. n. 335. lib. 1.* Mynsing. *resp. 21. n. 28. cent. 1.* Fichard. *cons. 40. n. 3. in prin. tom. 2.* Goedd. *cons. Marp. 28. n. 17. 38. & seqq. & n. 43. vol. 1. ut & cons. 17. n. 148. vol. 4.* Wehner. *cons. 90.*

In Decisionibus, Definitionibus & Conclusionibus.

Guid. Papæ *d. quæst. 481. n. 3.* Franc. Marc. *decis. Delph. quæst. 990. n. 22. part. 1.* Ant. Faber. *in Codic. lib. 1. tit. 3. defin. 29. n. 4.* Cardin.

284 Tusch. *pract. concl. 240. n. 6. lit. S. tom. 7.* Ratio † est, quia si talibus Sigillis fides adhibenda esset, dolis, ac hominum fraudibus jam factus esset locus. post Fr. Marc. & Cravett. Menoch. *d. cons. 1. n. 335.*

285 *Ampliantur* I. † Præcedentes duæ Conclusiones etiam in Sigillo authentico, quod tale dicendum non est, si literæ non sunt legibiles, vel illud non est integrum. Abbas Panor. *ad cap. Inter dilectos. n. 3. de fid. instr.* Franc. Marc. *d. quæst. 990. n. 22.* Farin.

286 *d. cons. 60. n. 46. lib. 1.* Dicuntur autem † Sigilli literæ non legibiles, etiamsi omnes tales non sint, sed legantur ita paucæ, ut necessariò non concludant, Sigillum esse illius, cui adscribitur, vel sculpturæ sunt consumptæ, nec cujus sit, aliter certificari non potest, vel si ita fractum, corruptumve est, ut cujus ratione signi proprium sit, penitùs colligi non possit: tunc enim fidem nullam facit. Abbas *in d. cap. inter dilectos. n. 4.* Felin. *in cap. quod super his. de fid. instr. n. 7.* Cravett. *d. cons. 46. n. 6.* Menoch. *lib. 2. arb. jud. cas. 113. n. 12. & seq.* Farin. *d. cons. 60. n. 46. lib. 1.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 54.*

Amplia-

Ampliatur II. † In Sigillo ita formato, ut ex parte aliqua cognosci nequeat, & tunc scriptura, cui additum, fidem non merETUR, per ea, quæ dixi suprà *§. 2. concl. 1. limit. 4. n. 130.* 287

Ampliatur III. † Si grave & speciale præjudicium partis subsit, quo casu probationes necessariò concludentes requiruntur, *cap. in præsentia. de probat.* Bald. *cons. 319. & 320. lib. 3.* Mynss. *d. resp. 21. n. 28. cent. 1.* 288

Ampliatur IV. † quando sigillantes & loca ita sunt remota, ut omninò sint incognita. Mynss. *d. resp. 21. n. 28.* 289

Limitantur I. † d. Conclusiones duæ præcedentes, si aliqualis Sigillorum, vel sigillantium habeatur cognitio, tunc si non agatur de præjudicio alterius speciali, creditur, si quinque sunt, & ita intelligenda est Gloss. notabilis *in cap. 1. dist. 89.* ac sentit Innocent. *in cap. 1. de Cleric. peregr.* Mynss. ad cap. *quod super his. 7. n. 3. Extr. de fid. instr.* Aut tractatur de præjudicio alterius, & non creditur: quia ubi agitur de præjudicio alterius, debent probationes necessariò concludere. *cap. in præsentia. de probat. arg. cap. proximo. in fin. de fid. instrum. & arg. cap. cum sit. de Reg. Jur. in 6.* Mynsing. *ad d. cap. 7. n. 3. in fin. & n. 4.* Conf. suprà *hoc cap. 11. §. 2. Concl. 1. limit. 3. declar. 1. n. 123. & seq.* 290

Limitantur II. † d. Conclusiones, nisi Sigilla illa obscura sint recognita & agnita. Cravett. *d. cons. 485. n. 22.* Goedd. *d. cons. 28. num. 38. cum seqq. & n. 43. vol. 1.* Fichard. *cons. 40. n. 5. tom. 2.* 291

Limitatur III. † hæc conclusio, quando Sigilla in aliqua regione, veluti Bavaria, sunt satis, & aliàs aliqualiter nota, & rei conventi insuper per Comparationem ad probandum se offerunt, si opus foret. Mynss. *resp. 21. n. 28. cent. 1.* 292

Limitatur. IV. † Si contra hæc Sigilla, ut manca &c. non fuerit exceptum, tunc ijs creditur, post Castrens. *cons. 114. part. 2.* Cravett. *de antiq. temp. vers. sed viso de verbis. n. 20. cum 36. & seqq.* Rulant *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 21.* ubi addit notatum in causa Rheingraf contra Heppenheim/maximè accedente temporis longinquitate. 293

Con-

Conclusio Nona.

294 *Sigillum † vim subscriptionis habet, ejus loco est, & probat.* *l. distrahente.. 2. C. de reb. alien. non alien. l. fidejussor. §. pater Sei. D. de pignor.*

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus.

Post Bart. Alexand. Roman. Felin. & Decium Menoch. *cons. 1. n. 332. lib. 1. & lib. 2. de arb. judic. quæst. 113. n. 10.* Cravett. *de antiq. temp. part. 1. in prin. §. quæritur. n. 44.* Schrad. *de feud. part. 10. in præamb. n. 14. ubi plurimos cumulat.* Sigism. Scacc. *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 1159.*

In Consilijs: Roman. *cons. 303.* Fichard. *d. cons. 40. n. 2. tom. 2.* Nicol. Everhard. Jun. *cons. 10. n. 85. & 86. vol. 2. & cons. 25. n. 15. 16. & 19. Eod.* Vultej. *cons. Marp. 12. n. 63. & cons. 2. n. 142. vol. 4.* Matth. Wesemb. *cons. 327. n. 3. & 4.*

In practicis quæstionibus; Opinionibus & Cōclusionib. Covarr. *pract. quæst. 22. n. fin. in med. tom. 2.* Vivius *Com. opin. 387. n. 5. verbo. Instrumentum.* Tusch. *pract. concl. 239. n. 1. & seqq. lit. S.* ac alij relati *cap. 15. §. 1. n. 135.*

295 Ut autem † Sigillum eandem cum subscriptione vim habeat, & probet; *requiritur*, ut sigillans de literarum, quibus Sigillum suum apponit, sine fraude certificatus fuerit, ad hoc, ut consensisse dicatur, quod etiam in literatis Dd. nostri exigunt, ut priùs viderint, legerintve, quàm sigillarint: Gabriel *lib. 1. tit. de prsumpt. concl. 4. n. 45.* Mascard. *de probat. concl. 1309. n. 49.* Gilman. *decis. Cam. 17. n. 20. lib. 2.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4. in med. per ibi citat.* aut subscripserint, Gabriel *d. loc. 27.* Honthem. *lib. 4. de art. Notariat. cap. 11. n. 5.* non quòd errarint. post Bald. *in sua Margarit. in verbo, Sigillum.* Rulant. *d. loc.*

296 *Ampliatur* I. † Imò, quòd videatur Sigillum plus operari, quàm subscriptio. post Purpurat. Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. quæritur. n. 44. & 94.* Fichard. *d. cons. 40. n. 2. tom. 2.* Matth. Wesemb. *cons. 38. n. 67. vol. 1.* Mart. Mager. *de Advoc. arm. cap. 14. n. 54. & 85.* ubi ex hoc ad heredem infert post Cravett. *d. loc.* Sic ex solo Sigillo sine subscriptione consensus arguitur, uti *cap. 10. §. 2. suprà pluribus dictum n. 53. & seqq.*

Amplia-

Ampliatur II. † In Sigillo Regis, Episcopi & Principis secundum Franc. Marc. *decis. Delphin. quæst. 992. n. 7 part. 1.* Guid. Papæ *decis. 175.* Cravett. *d. §. quæritur. n. 44.* Menoch. *cons. 1. n. 333. lib. 1.*

Ampliatur III. † Eo casu, quo constat de veritate Sigilli: tunc 298
enim Sigillum idem operatur, quod subscriptio, post Menoch. *lib. 2. de arb. jud. cas. 113. n. 10.* Scacc. *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 1159.*

Limitatur I. † Non procedere, quando de solennitate & 299
forma requiritur subscriptio; tunc solum Sigillum non sufficit, Scacc. *d. lib. 2. cap. 11. n. 1162.* uti dixi *cap. 15. §. 1. n. 92.*

Limitatur II. † Omnibus illis in casibus, quibus subscri- 300
ptio aliquam fidem facit pro scribente, maximè si sit negotium proprium, prout suprà hoc *cap. 11. §. 2. concl. 3. per tot. inprimis limit. 2. n. 175. traditum.*

Limitatur III. † Nisi aliud Consuetudine fuerit receptum, 301
vel Legibus institutum: tùm enim necessaria est subscriptio, quando de Sigillo non constat, vel quando agitur contra ipsum sigillantem, quo casu utrumque necessarium est, post Felin. Decium, Rebuff. & alios Covarr. *d. quæst. 22. n. fin.*

Conclusio Decima.

Sigillum † sine trina subscriptione testium non probat. 302

l. scripturas. 11. ibi: trium vel ampliùs virorum. *C. Qui potior. in pignor. Auth. Si quis vult cautè.* ibi: non pauciores tribus. *C. Eodem.* Socin. Senior *cons. 258. col. 3. vers. Tertiò etiam. lib. 2.* ubi de privato Sigillo agit. Guid. Papæ *decis. Grationop. 175.* ubi de Sigillo publico habente authoritatẽ à publico loquitur. Schurpf. *cons. 28. n. 12. cent. 1.* Certum est, *ait*, solam scripturam omninò privatam non facere probationem contra quem producitur, quando ab eo hujusmodi scriptura nec scripta, nec subscripta, nec sigillata, nec testium subscriptione, vel eorum sigillatione roborata est. *l. exemplo. 7. C. de probat. l. contractus. 17. l. comparationes. 20. C. de fid. instr. cap. 2. Extr. Eod. l. instrumenta. 5. cum authent. seq. C. de probat.* Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 13.* ubi quòd per se nihil loquatur, & sine subscriptione vel æquipollenti

nihil operetur, post Panorm. *ibid. relat.* Matth. Wesemb. *conf. 70. n. 7. in fin. & 9. ac conf. 106. n. 19. & seq.* Hart. Pistor. *lib. 3. quæst. 37.*

303 *Ampliatur* I. † In ignorantibus scribere, qui subscribere non possunt. Dicta autem *l. scripturas. 11. C. Qui potior. in pign.* pro forma requirit subscriptiones. Surd. *decis. Mantuan. 137. in prin.*

304 *Ampliatur* II. † Quoad signum, quod cum subscriptione idem non est. Ideò cùm subscriptio requiratur ad summovendam omnem suspicionem, quæ super scriptura illa principali cadere potest: *Novell. 73. cap. si quis igitur 1. d. l. scripturas. 11. cum auth. seq.* non æquè sufficienter removetur suspicio per signum, ac per subscriptionem: quia signum faciliùs imitari, & ab alio fieri potest, quàm subscriptio. Cessante igitur in signo ratione legis, cessat etiam dispositio, præcipuè in signo, quod penna & atramento fit ab homine literarum ignaro. Surd. *decis. 137. n. 1.*

305 *Declaratur* I. † Nisi Consuetudine & longo usu aliud introductum & quotidianâ experientiâ comprobatum sit, per ea, quæ supra *hoc cap. 11. §. 2. Concl. 1. n. 81. & seqq.* de Sigillis publicis latè deduximus, & ita in terminis restringit Guid. Papæ *d. decis. 175.* & Menoch. *d. cons. 1. n. 335. lib. 1.*

306 *Declaratur* II. † Si literæ per Notarium Curiæ apud Acta sint scriptæ; tunc enim testium subscriptione non indigent, cùm istud operetur actus judiciarius, idque propterea, quòd tales literæ in judicio concedantur, quo casu plenè probant, post Salicet. *l. ad instructionem. C. de Episcop. & Cler.* Guid. Papæ *d. decis. 175.*

307 *Declaratur* III. † In signo ordinato, quale est Sigillum, circa quod fortè aliud dicendum, ut in specie ponit Roman. *cons. 303. in fin.* Surd. *d. decis. 137. n. 1. in fin.*

Conclusio Undecima.

308 *Omne † Sigillum etiam negatum & de quo dubitatur sive in dubio semiplenam facit probationem, & delationi juramenti purgationis locum aperit.*

Ita

Ita de Sigillo personarum publicarum constat ex traditis suprà *cap. 9. §. 1. concl. 2. vers. Ratio est. n. 35. & hoc cap. 11. §. 2. concl. 6. lim. 6. n. 211.* & de utroque publico & privato sic scribit Gilman. *decis. 17. n. 5. & 8. lib. 2.* Nam † licet aliàs Sigillum propri- 309
um non probet, tamen contra sigillantem, qui se sigillasse fatetur, fidem facit. *l. si procurator. D. de procurat.* & ibi Oldradus: & in dubio non solùm semiplenam facit probationem, ut sit delationi juramenti locus, sed inducit quoque præsumptionem actus veri, & consensum ejus, cujus nomine sigillatum, nî contrà probetur, post Felin. *in cap. tertio loco. in prin. de probat.* Matth. Wesemb. *cons. 178. n. 42. & 43. per text. in cap. Si tamen. 4. Nov. 73.* post Bart. Jo. Fabr. Boverium & Covarr. Molin. & Dd. commun. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 3.* ubi in Clerici etiam contractu procedere per Eundem *in cap. post cessionem. n. 9. Extr. Eod.* ac ad ipsum contractum tabellione deficiente probandum magnæ esse efficaciæ.

Limitatur, † In Sigillo indubitato, quod multum opera- 310
tur ad faciendam scripturam indubitatam. post Bald. & Specul. Mynf. *ad Rub. Extr. de probat. n. 54.*

Conclusio Duodecima.

Scriptura † privata sigillata & subscripta æquè probat, ac instrumen- 311
tum publicum.

Hart. Pistor. *obs. 173. n. 41. ubi n. 42.* hanc subijcit rationem: † 312
quòd plus quàm manifesti juris sit, Sigillum atq; subscriptionem contra sigillantem & subscribentem plenam fidem facere. *l. si ego. §. dotis. D. de Jur. dot. l. fidejussor. §. pater. D. de pignor. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. D. de Verb. Oblig.* Camill. Borell. *cons. 40. n. 37. per ibi relat.* Matth. Coler. *cons. 28. n. 226. per cap. 2.* ibi sigillorum suorum. *de Off. Ordin. in 6.* Conf. suprà initium hujus *cap. 11. vers. Ratio horum. n. 8. ac 9.*

Ampliatur I. † in Chirographo & quavis scriptura privata, 313
ut probet, si authentico Sigillo munita, & aliàs rectè qualificata sit, per ea, quæ habentur *in l. instrumenta. ubi Dd. C. de probat.* Uran. *cons. 55. n. 8. tom. 2.* ubi plurimos citat.

314 *Ampliatur* II. † In scripturam indubitatam efficiendo. post Bald. *in l. in bonæ fidei. vers. sequitur videre. C. de rebus credit.* Hippol. de Marsil. *in Rubr. Cod. de probat. n. 3. 4. & seq.*

315 ## Conclusio † Decima tertia.

Statuta locorum, Consuetudo, & Stilus Curiæ in Sigillorum probatione multum operantur.

316 Statuta † locorum quod attinet, ita habet Electoralis Saxoniæ Constitutio de Anno 1555. *sub titul.* verfeßte Brieff vnd Sigel, & Thuring. Constit. 14. Von bekantlichen Schulden. Daß vff vnläugbare klare Brieff vnd Sigel stracks geholffen werden solle. post Matth. Coler. *de process. Execut. part. 3. cap. 1. n. 97. & cap. 2. n. 8. & part. 1. cap. 3. n. 57. & seq.* Joan. Köppen. *decis. 46. n. 43.* ubi propterea Consuetudinem harum Germaniæ Regionum multum variare dicit, dum quamplurimis in locis usu observetur, quòd scripturæ privatæ, partium Sigillis vel subscriptionibus munitæ, absque alio recognitionis, vel comparationis adminiculo, plenam fidem simpliciter importent.

317 De † Consuetudine & Stilo, quòd illa ad Sigillorum probationem multum conducant, auctores sunt Matth. de Afflict. *decis. Neapol. 253. n. 3 & 4. ubi eleganter.* Guid. Papæ *decis. Grationop. 175. n. 1.* Mart. Uran. *cons. 55. n. 9. tom. 2.* ubi de Sigillo privato, *per cap. cum dilectus de fid. instrum.*

318 *Declaratur* † hæc Conclusio: Si hujusmodi Consuetudo in proposito non solùm sit probata, sed etiam allegata, aliàs non relevat. Uran. *d. cons. 55. n. 9. tom. 2.*

Conclusio Decima quarta.

319 ***Sigilli † sive signi appositione possessionem rei translatam esse probatur.***

Exempli gratia: Vendidi tibi trabes, aut simile quidpiam, Emptor apposuit suum signum vel Sigillum, isto casu possessio rei in ipsum Emptorem, propter istius Sigilli vel signi additionem, transfertur. Ita tradunt Dd. *in l. 3. in prin. D. de Acquir. poss. per text. in l. quod si neque. §. fin. juncta Gloss. D. de*

D. de peric. & comm. rei vend. ubi dicitur, quòd si emptor trabes venditas signaret, illas haberi pro traditis. Bartol. Romulæus, *ad l. 1. n. 192. D. de acq. poss.* Vid. me *tract. de Jur. Insign. cap. 13. §. 3. n. 211.*

Ampliatur I. † Quòd per signa in tigno sculpta, vel depicta, quæ vulgariter Arma appellantur, communiter probetur rem illius esse, cujus sunt Insignia. *l. qui liberalitate. §. fin.* & ibi Bart. *l. fin. D. de Oper. publ.* cum similibus relatis per Nic. Boer. *cons. 5. n. 13.* 320

Declaratur I. † Ut non propter solum sigillum, vel signi appositionem, translata dicatur possessio: sed tum demum, si Emptor re inspecta sigillum impressit, quo casu propter rei præsentiam possessio transfertur, *l. 1. §. si jusserim & §. si venditorem. D. de Acquir. poss.* Romul. *ad d. l. 1. n. 192.* 321

Declaratur II. † Quamvis communiter Conclusionem hanc veram esse dicant, non tamen absolutè talis est, ita, ut sigillum vel signum rei traditionem in omnibus operetur, sed duntaxat procedere in rebus corporeis, non etiam in materia liquida, quæ fluere posset, ut puta, in vino, oleo, & similibus. Signum † enim cum per Emptorem appositum, prædictarum rerum traditionem non operatur, *text. in l. 1. §. si dolium. D. de Acq. poss.* quæ cum *d. l. quod si neq. §. fin.* ita ab Accursio conciliatur, quòd ille textus dicat, quòd signum apponatur, ne aliquid submittatur: sed alter textus secundum Pandect. Florentinas, ne quid submutetur. Romulæus *d. loc. n. 192. in fin.* 322 323

CAPUT DUODECIMUM.

DE PRÆSUMPTIONIBUS SIGILLORUM, ut & Sigillo suspecto.

SUMMARIA.

1. *Præsumptio quædam probatio est.*
2. *Præsumptio juris liquida est probatio.*
3. *Transferens onus probandi in contrarium.*
4. *Et ab onere tam probandi, quàm jurandi relevat.*

35. Li-

35. Limitatur IV: *Sigillo ignoranter & erroneè apposito.*

36. *Ignorantia & error consensum excludunt:*

37. *Cujus regulæ nulla est exceptio.*

38. *Per errorem sigillasse dicens, id probare debet.*

39. *Rationes adductæ.*

40. Limitatur V. *Si litteris insertum, quòd sigillans etiam se subscribere voluerit.*

41. Limitatur VI. *Si actum sit, vel requiratur, ut plures sigillet.*

42. Limitatur VII. *Si adsit in instrumento clausula: sine meo meorumq; heredum & successorum præjudicio.*

43. Limitatur IIX. *Remissivè.*

44. Limitatur IX. *In ijs, quæ in favorem domestici addita.*

45. Sublimitatur I. *Ob verosimilem diligentem custodiam.*

46. Sublimitatur II. *Nisi sigillans se etiam subscripserit.*

47. Conclusio II. *Apponens sigillum vel subscriptionem suam litteras in dubio legisse & scire præsumitur.*

48. Declaratur I. *Ut quædam inter literatum & illiteratum facienda sit differentia.*

49. Declaratur II. *Si adsint conjecturæ in contrarium.*

50. *Exempla ad hoc adducta Honorij & Theodosij non lectis litteris subscribentium.*

51. *Instrumentum omne litis intuendum & perlegendum.*

52. *Scriptura non lecta, quando sit valida? remissivè.*

53. Conclusio III. *Sigillum præsumitur ab eo appositum, ad quem res pertinet.*

54. *Sigillum, quod est proprium sigillantis pro eo semper præsumitur.*

55. Ampliatur, *Si ipse Princeps dicat, se apponi fecisse Sigillum.*

56. Conclusio IV. *Minorem quem non esse, sigillum præsumi facit.*

57. Conclusio V. *Tutor quandoq; quis ex sigillo præsumitur.*

58. Conclusio VI. *Sigillum inducit præsumptionem actus veri, & consensum illius, cujus nomine sigillatum, nisi contrarium probetur.*

59. *Universitatis sigillum præsumit actum legitimè factum.*

60. Ampliatur I. *Etiamsi scriptura plura contineat capitula.*

61. Ampliatur II. *In probando contra sigillantem:*

62. *Vel in solidum cum renunciatione omnium beneficiorum se obligantem.*

63. Limitatur, *Si contra sigillũ probetur, & suspectum reddatur.*

64. Conclusio VII. *Ex sigillis & testium subscriptione arguitur testamentũ in scriptis factum.*

65. *Ratio addita.*

66. De-

99. 101. Le-

99. 101. Leges non subjacere Prisciani ferulæ, quomodo accipiendū?
100. Grammatices Impp. studiosissimi.
102. S. Canones Donati virgas admittunt.
103. Cæsar & Papa Civitatem Romanam peregrinis dare possunt, verbis non possunt.
105. Suspecti sigilli causæ quibus casibus cessent?
106. Stilus, Consuetudo & alia circa suspicionem hanc servanda.
107. Suspicio falsi circa substantiam instrumenti, ut & sigillum, totum illud vitiat.

CUM † præsumptio etiam dicatur quædam probatio 1
donec contrarium doceatur, Menoch. *cons. 260. n. 14.*
& si juris sit, † evidens, patens, certa, & liquida est pro- 2
batio, *l. licet Imperator 74. de legat. 1.* Menoch. *cons. 226. n. 122.* Schrad. *cons. 1. n. 400. & 449. ac cons. 3. n. 103.* Gilman. *decis. Cam. 52. n. 28. lib. 2.* transferens † onus probandi in contrarium: *l. ge-* 3
neraliter. §. si precium. in fin. D. de fideic. libert. l. 1. in fin. prin. D. de reb. eorum. l. Etsi Præses. C. de Prædijs minor. Gilman. *d. decis. 52. n. 29. lib. 2.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 37. n. 15.* Menoch. *lib. 1. præsumpt. 33. Consil. 936. n. 3. cons. 1095. n. 1. & cons. 1164. n. 2.* atq; † hanc 4
vim & potestatem præbens, ut ab onere tum etiam jurandi relevet. Jacob. Thoming. *decis. 45. n. 5. cum ibi relat.* Schrader. *cons. 3. n. 103.* Imò hæc ipsa, quæ † juris est præsumptio, plenè probat, 5
donec contrarium, doceatur, *l. sive possidetis.* ubi Bald. & Dd. *l. 2. & ibi Bald. n. 3. & 4. C. de probat. l. 1. C. de Apoch. public.* M. Wesem. *cons. 178. n. 6.* Mart. Mager. *de Advoc. armat. cap. 14. n. 57.* & fortior † ea, quæ ex juramento descendit: quòd in his, in quibus lex 6
quid præsumit, non est necessària hominis probatio, & juramentum nihil operatur, nec est necesse pro relaxatione ejus Episcopum adire: nec sufficit ut ex ea quis condemnetur, cum sit minus fortis & non liquida probatio. Eleganter Alex. Trentacinus. *lib. 2. Var. resol. tit. de Actionibus resol. 2. n. 26. per ibi relat.*

Ideò † benè hic notandum, illas demum in concursu præ- 7
ferendas esse præsumptiones, quæ instrumentum coadjuvant, Menoch. *cons. 422. n. 43. in fin.* & speciales sunt, generales excludentes: *arg. l. cum de indebito. 25. in prin. D. de probat.* Decian. *resp. 99. n. 4. vol. 2.* Uranius *cons. 20. n. 2. tom. 2.* M. Wesemb. *cons. 4. n. 68.*

conf.12.n.68.& conf.19.n.8. Surd. *decif.255.n.2.* Gail. *2.obf.144.n.5.& 6.* Vultej. *lib. 2. de Feud. cap.3. n. 21.* idque tantò magis, quanto plures speciales sunt contra generalem concurrentes. *arg. l. non solum. 67. §. De uno. 1. D. de rit. nupt.* Decian. *d. resp. 99. n. 48. vol. 2.*
8 Duæ † enim pluresve præsumptiones fortiùs probant, quàm una: sive, Pauciores tolluntur & vincuntur à pluribus. *arg. l. testium.3. §. ejusdem.2.* ibi: aliàs numerus testium, aliàs dignitas & auctoritas, aliàs veluti consentiens fama, confirmat rei, de qua quæritur fidem. *D. de testib.* Menoch. *conf. 147. n. 61. & 62. conf. 422. n. 43. in fin. & seqq. ac conf. 539. n. 15.* Bursat. *conf. 15. n. 22. conf. 89. n. 2. & conf. 213. n. 31.* Nic. Everhard. Jun. *conf. 5. n. 44. vol. 1.* M. Wesemb. *conf. 2. n. 91. & conf. 4. n. 30. & 65.* Sixtin. *conf. Marp. 12. n.*
9 *28. vol. 1.* Vultej. *tr. de Feud. lib. 2. cap. 3. n. 21.* Et † quemadmodum ex pluribus præsumptionibus & indicijs, plena fit probatio: Cravet. *conf. 271. n. 11.* Thom. Trivisan. *decis. Venet. 52. n. 14. lib. 2.* Ludov. à Peguer. *decis. crimin. 17. n. 41.* Argentor. *conf. 96.*
10 *n. 12. vol. 2.* ita † quoque ex sigillorum pluralitate plenior fidei, certitudinis & veritatis detegendæ habetur ratio, prout pleni-
11 ùs explicavimus suprà *cap. 9. §. 1. concl. 2. n. 31.* Es were † dann / daß solche Vermüthung vor die Sigel per apparentem in contrarium veritatem & contrarias præsumptiones nit allein geschwächet / sondern gar uffgehaben würden / scribente Matth. Wesemb.
12 *conf. 178. n. 33.* per rationes ibidem adductas: Idque † propterea, quòd in dubio pro sigillo præsumendum sit. post Franc. Marc. *decis. Delphin. 989. part. 1.* Marta Neapol. *tom. 1. Digest. Noviss. tit. Sigillum. cap. 7.*

§. I.

PRÆSUMPTIONES SIGILLORUM.

Conclusio Prima.

13 *Sigilla † regulariter & in dubio, voluntate eorum, quorum sunt, donec probetur contrarium, apposita esse præsumuntur.*

cap. tertio loco. Ext. de probat. cap. 2. de fid. instr.

Ita sentiunt Dd. in Lecturis & Commentarijs :

Panormit. *in cap. 2. cir. fin. Ext. de fid. inst.* & ibi Felin. *n. 14. & 15.* Decius *in d. cap. tertio loco.* Carol. Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 1. § 5. n. 14. & 15.* Conf. suprà *cap. 11. §. 1. vers. Sed de hoc cum seqq. usq; ad fin. § 1. à n. 47. ad n. 77.* In

In Tractatibus, Processibus & Locis Communibus:
Cravetta *de antiq. temp. part. 1. part. prin. 4. §. quæritur. n. 44.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 57. & seq.* Mascard. *de probat. conclus. 1302. n. 9. & seqq.* Ant. Gabriel. *lib. 1. com. concl. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 12.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 3. cap. 1. n. 127. & seqq.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 16.* post Gloss. Burigar. Decium & alios. Chilian. König. *part. 2. Process. cap. 39. vers.* und sonderlich ist wol zu mercken. ubi de Universitatum, Capitulorum & aliorum Communitatum sigillis. Jacob. Schults. *in Loc. comm. Voc. Annulus. per ibi relat.* Honth. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 32.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 3.*

In Consilijs: Prosp. Farinac. *cons. 60. n. 12. lib. 1.* M. Wesem. *cons. 2. n. 47. cons. 11. n. 9. & 36. cons. 12. n. 4. & 49. cons. 14. n. 4. cons. 27. n. 12. cons. 34. n. 9. cons. 136. n. 67. cons. 178. n. 5. & cons. 282. n. 8.* Nicol. Everh. Jun. *cons. 25. n. 17. vol. 2.* And. Fachin. *cons. 2. n. 12. lib. 1.* ubi de sigillo Imperatoris.

In Quæstionibus & Decisionibus.
Covarr. *pract. quæst. cap. 22. n. fin. tom. 2.* Capella Tholos. *quæst. 24.* Virgil. Pingiz. *ill. quæst. Saxon. 38. n. 9. & 10.* ubi de sigillo Civitatis: *& n. 42.* ubi de Principum, Episcoporum & Civitatum sigillis. Jacob. Putæus *decis. 359. n. 2. lib. 1.* ubi de sigillo Episcopali. Gilm. *decis. Camer. 17. n. 7. lib. 2.* Joan. Koppen. *dec. 46. n. 41. part. 1.*

Ratio † Conclusionis hæc esse videtur: Quòd appositio Si- 14
gilli actus veri præsumptionem, & consensum ejus, cujus nomine appositum est, in dubio inducat, habeatq; vim clausulę ex certa scientia, & ut contractus habeatur pro concluso post Gabriel. *d. concl. 4. n. 27.* Capell. Tholos. *quæst. 24.* Honth. *d. cap. 11. n. 32.*
Et quòd † probato sigillo probetur consensus sigillantis. Felin. 15
in cap. tertio loco. in prin. ante n. 1. Ext. de prob. Men. *lib. 2. de arb. jud. cas. 113. n. 9.* M. Wesem. *cōs. 178. n. 5.* Mynsi. *ad c. tert. loco. 5. n. 1. Ext. de prob.*

Declaratur † hæc Conclusio in genere vera esse in eo, qui pro- 16
prio negotio sigillū, vel subscriptionē apponit, *l. 9. in fin. Quibus mod. pign. vel hypot. cōtr.* sicuti etiā, qui auctor & mediator cōtract⁹ est: nō autē in Notario vel teste. *l. 39. in fin. de pign. act. l. 34. §. 2. de le. 2.*

Honthem. *d. cap. 11. n. 34. & lib. 2. cap. 51. n. 18.* post Mascard. *conclus. 1341. n. 25.*

17 *Subdeclaratur,* † nisi Notarius vel Testis, qui contradicendo poterat impedire, sciens se subscripsit, vel sigillavit, multo magis si alter author, vel mediator contractus fuerit. post Gabriel. *lib. 1. tit. de probat. concl. 3. n. 18. 22. & seqq.* Honthem. *d. n. 18.*

18 *Ampliatur* † In sigillis publicis Principum, Magnatum & Civitatum, quòd earum voluntate appensa sint. *cap. tertio loco. de probat.* Virgil. Pingiz. *d. quæst. 38. n. 9. 10. & 42.* Nicol. Everbard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 48. & 67. vers. Non obstat, si dicatur:* M. Wesemb. *cons. 12. n. 12. cons. 35. n. 9. & cons. 218. n. 41. & 55.* Lud. Schrad. *in repet. l. admonendi. n. 270. D. de jurej.* Cothman. *resp. 1. n.*
19 *61. vol. 4.* **tum,** † 1. quia hæc sigilla diligentiùs custodiuntur, per ea, quæ diximus *cap. 6. vers. Ex hac n. 25. & seqq. & cap. 11. §. 2. conclus. 1. limit. 8. n. 141. cum seqq.* **tum,** 2. quod verosimilius sit, Civitatem non coactam, nec errantem; sed sponte, ultrò & scientem suam confirmationem sigillasse, maximè quando instrumento, prout consuetum, expressum est, quòd sigillum wissentlich/oder mit gutem Wissen/Willen vnd Belieben / hoc est, scienter appositum sit. Pingiz. *d. quæst. 38. n. 10.* ubi insuper infert, quòd si aliàs non præsumeretur voluntariè sigillum appositum, tamen id satis illam voluntatem probare, cum standum sit instrumento, donec contrarium probetur. *l. cum precibus C. de probat.* M. Wesemb. *cons. 24. n. 485.* **tum,** 3. deniq; quòd non probabile sit, Senatum appendisse suum sigillum, si juxta Civitatis mores non satis solemniter & formaliter quid actum (puta, contractum, renunciatum, alienatum &c.) fuisset. Præsumitur enim pro Magistratu. Goedd. *cons. Marp. 26. n. 108. vol. 1. per ibi citatos.*

20 Hinc † Dd. nostri censent, multis ex conjecturis præsumi posse, sigillum voluntate illius & consensu appositum fuisse, cujus est, præsertim cum agitur de sigillo publico & authentico, quia illud solitum sit publica authoritate tradi & committi viro probo ac fide digno, ut ab eo diligentissimè custodiatur, & nomine committentis imprimatur: aut tandem in loco publi-

publico diligenter servetur, ut ibi litteræ publicâ fide sigillentur. Molinæus *ad Consuet. Paris. tit. 1. § 5. n. 12.* Covarr. *d. c. 22. in fin.*

Ampliatur II. † Etiam in Sigillis privatis ex doctrina Panormitani, ut inde præsumptio quædam Judicis arbitrio urgens assumatur. Covarr. *d. cap. 22. n. fin.* Et faciunt quæ diximus suprà *cap. 6. vers. Ex hac. n. 27.* Idque tùm maximè si constet eum, cujus Sigillum est, esse virum diligentem. *arg. d. c. tertio loco.* Gabriel. *lib. 1. Com. concl. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 13. & 14.* Mascard. *de probat. concl. 1302. n. 15.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 67. in fin.* Honthem. *lib. de art. Notar. cap. 11. n. 36.* Conf. suprà *cap. 11. § 1. vers. Verum in hac. n. 57. cum seqq.* 21

Dissentiunt † Matth. Wesemb. *cons. 178. n. 18. 19. 35. 36. 37. 39. 40. in fin. & cons. 238. n. 15.* post Molin. Covarr. Menoch. Chassan. & Chilian. König, Schrad. *cons. 32. n. 32. cum ibi relat.* tradentes tum demum non præsumi de voluntate & mandato eorum apposita Sigilla, quorum sunt, si isti hoc negant; sed necesse esse ut illud probetur. Conf. suprà *cap. 11. § 1. vers. II. Opinio. n. 50.* ubi fusiùs. 22

Ampliatur III. † In arduis, gravibus & majoris momenti causis. Unde valdè notabiliter scribit Chil. König *part. 2. Process. cap. 39.* Darumb sollen die Notarien hierinnen verwarnet seyn/ daß sie ja auffs minste/ vnd allwege in grossen wichtigen vnd tapffern Sachen nicht vergessen zu schreiben vnd zu gedencken / ut Sigillum Universitatis inseratur instrumento. Cautus enim sit Notarius, ut saltem in ponderosis inseratur Sigillum Universitatis, quia facit præsumere, actum de consensu Universitatis legitimè gestum & explicatum, nisi probetur contrarium, *cap. tertio loco. de fid. instr.* & hoc etiam tenet Abbas *in cap. unic. de Synd. in fin. col. 2.* ubi † addit, quòd non sit necesse circumscribi Sigillo singulorum nomina de Universitate, quia pro intrinseca solennitate præsumitur ad verba Notarij, & allegat ad hoc text. *in § si scriptum. Inst. de Inut. stipul.* ubi dicitur: quod si in instrumento reperiatur Titium promisisse Sempronio decem, debet intelligi per solemnem stipulationem. Hactenus König. 23 24

Ampliatur IV. † Si adsit subscriptio ejus, cujus est Sigillum. 25

Tunc enim excluditur omnis dubitandi ratio, ita, ut asserens se non consensisse, non audiatur, nisi probet se errasse, vel fraude conquisita, in subscribendo & sigillando deceptum fuisse, *arg. l. 2. C. de reb. alien. non alien.* Gabriel. *lib. 1. tit. de probat. concl. 3.* Mascard. *de probat. concl. 1341.* Nicol. Everhard. *tr. de fid. instr. cap. 12. n. 67. in fin.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 37.*

26 Atque † ideò quando Sigillum negatur esse illius, cujus perhibetur, nihil probat absque ejus subscriptione, Matth. Wesemb. *consl. 238. n. 14.* sed alijs utendum est Remedijs, prout dixi suprà *cap. 11. §. 1. per tot.*

27 *Ampliatur* V. † Ad hoc, ut etiam contra heredes Domini Sigillum negantes, illiq; contradicentes, de voluntate defuncti appensum esse præsumatur. Menoch. *lib. 2. de arb. jud. quæst. cas. 113. n. 8.* Quòd si verò heredes, vel quivis alius successor singularis Domini Sigillum proprium esse approbarit, illiusque consuetum esse dixerit, voluntate ejus impressum, satis probatum erit, nisi in contrarium urgentes præsumptiones vel probationes adducantur. Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 15.*

28 *Ampliatur* VI. † In instrumentis antiquis sigillatis, quæ indistinctè plenam fidem faciunt, etiamsi non probetur, aut fides fiat, illa instrumenta esse sigillata, vel ab ipsis, vel de Mandato ipsorum, quorum sunt Sigilla. Schrader. *consl. 32. n. 32. in fin. cum seq.*

29 *Limitatur* I. † Non obtinere, si probetur, quòd ille, cujus est Sigillum, sit valdè negligens & Sigillum custodire non solitus. Quanquam hoc casu etiam alia quædam adminicula concurrere debere videantur. Quapropter Iudicis æstimationi id permittendum censemus. Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 70.* ubi ita Covarr. *d. cap. 22. n. 9.* & alios similes intelligit.

30 *Limitatur* II. † Non procedere, si constat Sigillum ad alium finem, quàm intentione confitendi veritatem scripturę in prę-judicium sigillantis, appositum fuisse. Tunc enim ipsi sigillanti non fit præjudicium. *l. Cajus, de pignor. act.* Etenim limitata sigillatio limitatum producere debet effectum. *Arg. l. in agric. 16. D. de Acq. rer. dom.* Nicol. Boer. *consl. 26. n. 18.* Mynsl. *resp. 61. n. 9. cent. 1.*

cent. 1. Matt. Wesemb, *conf. 4. n. 36. & conf. 15 n. 3. vol. 1.* Et in terminis ita sentit Molinæus *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 12.* Oportet tamen de hoc clarè constare, aliàs in dubio sigillans etiam in sui præjudicium contentis in scriptura consensisse censetur. per text. *in l. sicut. §. non videtur. D. Quib. mod. pign. vel hypoth. solo. l. fidejussor. 26. §. pater. 1. D. de pignor.* Nicol. Everhard. *d. cap. 22. n. 72.*

Limitatur III. † Cum à locis & personis suspectis Instrumentum Sigillo Civitatis vel Domini confirmatum profertur, & in sua forma apparet approbatum, ac à Senatu Dominove confectum, non etiam si scriptum vel subscriptum esset à Syndico vel Domestico aliquo, qui alteri parti maximè favebat & gratificari voluit. Quo casu non potest scriptura, nec etiam Sigillum Civitatis, Dominive ullo modo plus operari, quàm vox ipsius propria, & sic nullum penitus indicium facere, ne sequeretur hoc inconveniens & absurdum, † posse Officialem, Syndicum, aut Tabellionem Civitatis, vel domesticum & familiarem Domini, non tantùm probationes, verùm etiam obligationes in alterius gratiam fabricare, contra ea, quæ dicit tradere Dd. *in cap. cum causam. 13. de probat.* Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 17. cum aliquot seqq.* Pingiz. *d. quæst. 38. n. 42. & 43.* Cumprimis † verò non procedit conclusio, si privatum Sigillum privatæ alicui scripturæ aliquid valdè præjudiciale Domino continenti in alicujus domestici & ipsius Domini familiaris, id Sigillum producentis, favorem appositum sit. Tunc enim præsumitur, quòd non voluntate Domini impressum, sed ipsi Domino subtractum, & furtivè scripturæ additum fuerit. *l. 1. §. ille. vers. sed ne furandi. C. de latin. libert. toll.* Petr. Gilken, *in l. instrumentum. n. 15. in fin. C. de probat.* Mascard. *de probat. concl. 1308. n. 13. & 15.* ubi limitat in Sigillo diligentissimè custodito. Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 68.* Pari † modo, si scriptura contineat aliquid non verisimile in favorem alicujus, qui unum de familia Domini habuit sibi valdè arctè conjunctum: tunc enim eadem fortè est suspicandi ratio; Si tamen alia quædam adminicula concurrant, ea judicis arbitrio relinquenda erunt. Everhard. *d. cap. 12. n. 69.*

31 32 33 34

Limi-

35 *Limitatur* IV. † Quando Sigillum ignoranter vel erroneè est appositum, quia tunc contra sigillantem non probat, *arg. l. 2. C. de reb. alien. non alien. cum similibus.* Cùm tritum sit,
36 ignorantiam † & errorem consensum excludere. *l. nihil consensui. §. fin. de R. J. in 6. l. si per errorem. 15. D. de jurisd. om. judic. l. 1. in princ. de pact. l. non fatetur. D. de Confess.* Arnold. Reiger. *in thesaur. jur. Voc. Sigillum. n. 22.* Decian. *resp. 54. n. 73. vol. 2.* Et hu-
37 jus † regulæ nullam esse Exceptionem Decius asserit. Gilman.
38 *decis. Cam. 43. (aliàs 44.) n. 41. & 42. lib. 2.* Is tamen, qui † per er-
39 rorem se sigillasse dicit, id probare debet: *tùm*, quia † hoc est fundamentum suæ defensionis: *tùm*, quia contra ipsum in hoc est juris præsumptio, cum regulariter quilibet sigillans contenta in scriptura sigillatá scivisse præsumatur. text. in *d. l. fidejussor. 26. §. pater. 1. & in d. l. sicut. §. non videtur.* Schurpf. *cons. 67. n. 4. cent. 2.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 71.*

40 *Limitatur* V. † Si insertum sit literis, quòd præter sigillationem subscribere se voluerit sigillans: tunc si non adsit subscriptio, non præsumitur ex certa scientia Sigillum appositum. *l. contractus 17. de fid. instrum.* Honthem. *lib. 4. de art. Notariatus. cap. 11. n. 38.*

41 *Limitatur* VI. † Si actum sit, vel requiratur; ut plures sigillent, *d. l. contractus. 17.* post Boverium *in Voc. Notariatus. 47. n. 19.* sibi contrarium *in Voc. Sigillum. 49. n. 5.* Honthem. *d. cap. 11. n. 39.*

42 *Limitatur* VII. † Si instrumento apposita fuerit illa clausula: sine meo, meorumque heredum & successorum præjudicio, quæ cum sit protestationis loco, non admittit, quòd Sigillum meum obligationi vel contractui impressum mihi noxam aliquam creet. Honthem. *d. cap. 11. n. 40.*

43 *Limitatur* IIX. † Ut data paritate terminorum non procedat in omnibus illis casibus, qui traditi sunt *cap. præced. 11. §. 2. concl. 6. n. 200. cum seqq.*

44 *Limitatur.* IX. † Nisi scriptura aliquid in favorem domestici, vel ipsius sigillãtis familiaris, cujus nomine impressum est, contineat: tunc scientia & voluntas sigillantis non præsumitur. post Mascard. *de probat. concl. 1308. n. 13.* Barthold. de Capua *sing. 93.*

Subli-

Sublimitatur I. † Quòd dicta præſumptio ob veroſimilem 45
diligentem cuſtodiam ceſſet, per ea quæ dixi ſuprà *Ampl. 1. & 2. n. 18. & ſeqq.*

Sublimitatur II. † Niſi ſigillans ſe etiam ſubſcripſerit. Nam 46
tunc pro domeſtico præſumitur, & quòd Sigillum de voluntate ſigillantis impreſſum, & quòd ſubſcribens viderit ac ſcripturam legerit. per ea, quæ dixi ſuprà *Ampliat. 4. n. 25.*

Concluſio Secunda.

Apponens † Sigillum vel ſubſcriptionem ſuam literis in dubio eas vi- 47
diſſe & legiſſe; imò ſcire & approbare præſumitur.

Per ea, quæ poſt Roman. *conſ. 27. n. 30.* & Schurpf. *conſ. 67. n. 7. cent.* 2. tradit Gilman. *deciſ. Camer. 19. n. 11. lib. 2.* Menoch. *conſ. 561. n. 25.* Schrader. *conſ. 32. n. 12. 13. & 14.* Matt. Weſemb. *conſ. 271. n. 152.* Nicol. Everhard. Jun. *conſ. 10. n. 85. & ſeq. ac conſ. 25. n. 5. 6. 19. vol. 2.* Vultej. *conſ. Marp. 12. n. 63. & conſ. 32. n. 142. vol. 4.* Sigiſ. Scacc. *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 1160.* poſt Decium *in cap. 2. n. 31. & 64. Extr. de fid. inſtr.* Menoch. *lib. 2. de arb. jud. quæſt. 113. n. 9.* Maſcard. *de probat. concl. 1294. n. 26.* Vivius *com. opin. 387. n. 5, verſ. Inſtrumentum.* Alciat. *ad l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. n. 11. & 12. D. de Verb. Oblig.* Confer quæ dixi *cap. 5. in fin. n. 72. & cap. 10. verſ. Ut autē n. 56.*

Declaratur † hæc Concluſio I. Ut quædam inter literatum 48
& illiteratum facienda differentia, quòd ſcilicet literatus negans ſe vidiſſe aut legiſſe, contra ſe præſcriptionem habeat, ideoque quando ut principalis ſubſcripſit vel ſigillavit, probare debeat. Gabriel *lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 4. n. 28. 29. & 30.* Contrà ſi illiteratus & analphabetus idem negaverit, quia in hoc ceſſat illa præſumptio, niſi ex eadem vel alia ſcriptura authentica manifeſtum ſit, eū certificatū eſſe. Honthem. *d. lib. 4. c. 11. n. 6.*

Declaratur † II. Quòd tùm demum etiam cognitio, Lectio 49
& approbatio ex ſola ſubſcriptione non reſultet, maximè ſi adſint conjecturæ in contrarium, quæ præſumptam lectionem
& notitiam excluderent, veluti ſi † inter perſonas conjunctas 50
vel ſocias, fratrem ætate majorem & minorem quid actum fuerit. And. Alciat. *ad l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. n. 11.*

verſ. Ego Imolæ. Maſcard. *de probat. concl. 1341. n. 23. vol. 3.* Me...
lib. 3. præſumpt. 66. n. 31. verſ. Altera eſt. Erneſt. Cothman...
39. n. 46. & ſeqq. vol. 4. Exemplum elegans ex Vita Hono...
Imper. Romani recitat Joan. Heidfeld. *in Sphing. theolog.* ...
cap. 27. pag. (mihi) 995. & ſeq. Celebris eſt, *inquit*, ignavia H...
rij Imp. qui ſolitus eſt Epiſtolis, non priùs lectis, ſubſcrib...
quam corrigere cupiens ſoror Placidia, literas compon...
rat, in quibus ſervo viliſſimo deſpondebatur. Has cum ...
multis manu Imperatoris ſubſcribi promovet. Poſtea ad Im-
per. ad ipſius pedes ſe abijciens, & de ſua infelicitate, & de fra-
tris erga ſe injuria conquerens, venit. Cumque Imperator ...
ſas eſſe querelas affirmaret, ejus manu conſignatas literas pro-
fert, quibus de ſua negligentia convincebatur, eamque in po-
ſterum emendabat. Aliud in perſona Theodoſij obſervatum
exemplum ex hiſtoria ſuppeditat Adam. Keller. *lib. 2. de Of-*
51 *fic. Jurid. polit. cap. 16. pag. 457.* Profectò † opus eſt ...
mne litis inſtrumentum, quod videre non eſt ſatis, perlegen-
dum erit, ait Fabius Quintil. *lib. 12. Inſtit. Orator. cap. 8.* & cum
illo Ant. Mornac. *ad l. ut reſponſum. 15. C. de tranſact.* ubi de hoc
pleniùs damnando morem patrium, & peccatum eorum,
52 quorum fama eſt hilarior. Quando † verò ſcriptura non le-
cta ſit valida, docet Zaſius *ad d. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſo-*
gonus. n. 4. D. de Verb. Oblig. ubi invehit in Doctores ſubſcri-
bentes Conſilijs, quæ nunquam viderunt, nec examina-
runt, meritò reprehendendi, quòd tales falſi teſtes cen-
ſeantur.

Concluſio Tertia.

53 *Sigillum † præſumitur ab eo appoſitum, ad quem res pertinet.*
Aretin. *in l. ad teſtium. 22. §. penult. in fin. D. de teſtamen.*
Carol. Ruinus. *conſ. 76. cir. fin. lib. 4.* Cravett. *conſ. 613. n. 16.* Un-
54 de † dicit Gloſſ. *in l. 1. §. ſi quis ſe neget. D. Quemadm. teſt. aperiant.*
Si Sigillum ſit proprium ſigillantis, ſemper pro eo præſumi.
Schrad. *conſ. 32. n. 15.*
55 *Ampliatur,* † maximè ſi ipſe Princeps dicat, ſe apponi fe-
ciſſe

ciſſe Sigillum, & credendum illi erit, licet de eo nunc non appareat: quia in ſui præjudicium facere potuit, quòd reſcriptum ſuum habeat vim publici inſtrumenti, cum privatus etiam hoc poſſet. M. Ant. Natta *conſ. 505. n. 5. tom. 3.* poſt Alexand. *ibid. citatum.*

Concluſio Quarta.

Sigillum, † quem non eſſe minorem, præſumi facit. 56

Nam eo ipſo, quòd quis proprio uſus eſt, & adhuc utitur Sigillo, pupillarem verò & minorem ætatem haud decere anulum, conjecturæ in antiquis multum operanti locum præbet, minor ſcilicet quòd non ſit, per ea, quæ notat Bald. *conſ. 213. in fin. vol. 2.* Gilman. *tom. 2. Symph. part. 2. vot. 5. n. 39.*

Concluſio Quinta.

Ex † Sigillo Tutor quandoque quis præſumitur.

57 Quando enim quis ſigillavit tanquam tutor, præſumitur ad tutelam legitimè conſtitutus & confirmatus eſſe, idque cumprimis, ſi diuturnitas temporis ſuccurrat, per ea, quæ tradit Barth. Socinus *conſ. 153. n. 3. vol. 2.* Alexand. *conſ. 1. n. 1. vol. 4.* Cravett. *de antiq. temp. §. Videamus in genere. n. 37.* quos ſequitur Gilman *tom. 2. ſymph. part. 2. vot. 5. n. 43.*

Concluſio Sexta.

Sigillum † inducit præſumptionem actus veri, & conſenſum illius, 58
cujus nomine ſigillatum, niſi contrarium probetur.

Felin. *in cap. tertio loco. in prin. de probat.* & ibi Mynſing. *in comm. n. 1. per ibi citat.* Matth. Weſemb. *conſ. 178. n. 5. 10. & 44.* Gilman. *deciſ. Camer. 17. n. 5. lib. 2.* ubi ampliat procedere etjam in Clerici contractu poſt eundem Felin. *in cap. poſt ceſſionem. n. 9. Eod. tit.* Schrad. *conſ. 32. n. 3.* Mart. Mager. *tract. de Advocat. armat. cap. 14. n. 56.* Sic † Sigillum Univerſitatis facit præ- 59
ſumere, actum legitimè de conſenſu Univerſitatis celebratum, & aſſerenti contrarium tunc onus probandi incumberet. poſt Abbat. & Decium Vivius *deciſ. 54. n. 5. lib. 1.*

60 *Ampliatur* I. † Hæc Conclusio usq; adeo vera esse, ut Sigillum appositum scripturæ, plura capitula continente, vim specialis consensus, quoad omnia & singula in illa scriptura contenta inducat. Alexand. *cons.147 n.6.lib.2.* Schrad. *d. cons.32.n.8.*

61 *Ampliatur* II. † Ut Sigillum appositum probet contra eum, cujus est, fraudisq; suspicionem, etiamsi subscriptio ejusdem absit, excludat, donec ipse contrà probet. Matth. Wesemb. *cons. 178.n.10.* post Portium, Purpur. Bald. Angel. & Menoch. ubi n.11.

62 ita *Infert*: Deßwegen † auch den Glaubigern freystehet / auß vielen Bürgen / diesen so sie vor genugsamb erachten / allein zu besprechen / weil er sich durch sein Sigel vnd Brieff in solidum, mit Verzeihung aller Wolthaten verschrieben / por notat. *in l.3. & auth. præsente. C. de fidej. & Auth. hoc ita. C. de duob. reis.* Hippol. *in Rub. de fidejuss.* Gloss. Alciat. & Dd. *in l.1. C. de transact.*

63 *Limitatur*, † nisi contrà probetur, aut alioqui Sigillum ex contradictione & ex circumstantijs reddatur suspectum. *Dd. in cap. tertio loco. & cap. cum Joannes. in prin.* dicit, in dubio talem ex Sigillo oriri præsumptionem, secus verò, ubi tot præsumptionibus & indicijs fraus & falsitas Sigilli patefacta est: & sequitur Wesemb. *d. cons.178.n.44. in fin.*

Conclusio Septima.

64 *Ex † Sigillis & testium subscriptione arguitur testatorem in scriptis voluisse testari, & non nuncupativè.*

Arg. l. hac consultissima. in prin. C. de testam. & ibi Cynus, Castrens. & Cornæus *ad §. per nuncupationem.* Afflict. *decis. Neapol.*
65 *143.n.6.* Card. Paris. *cons.19. in prin. vol.3.* Ratio est, † quòd rei qualitas & circumstantiæ agentis intentionem demonstrent. *l. non Codicillum. C. de testam.* Ludov. Lana JCtus Brixiens. *in Enchirid. de testam. formul. n.1.*

66 *Declaratur*, † Conclusionem procedere, quando non solùm testator ipse testamento subscripsit, sed etiam expressè mandavit, ut testes se subscribant & sigillent, aliàs secus, post Paulum Castrens. *in d. §. per nuncupationem.* & Socin. Lana *d. loc. n.91.*

Conclusio Octava.

67 *Tacitum † Mandatum ex Sigillo regulariter colligitur.*

Mantic.

Mantic. *de tacit. & amb. convent. lib. 7. tit. 10. n. 1.* Conf. suprà. *cap. 6. vers. 111. Quæritur n. 50. cum seqq.* & hinc inde. Ratio est, quia † mandatum ad causas ex solo sigillo Episcopi, vel alterius Prælati, sine subscriptione Notarij & testium intelligitur esse perfectum, dummodo sit recognitum. *Clement. 1. de procur.* Rot. Roman. *decis. 12. tit. de procur. in nov.* De qua recognitione dixi pleniùs. *cap. seq. 13. per tot.* 68

Declaratur † Quòd ex eo solo, quòd quis habet sigillum Domini, mandatum plenè non probetur, quia sigillum non loquitur, neque per sigillum aliquid apparet, & propterea scriptura sigillo obsignata requiritur: post Hostiens. Joan. Andr. Archidiac. & Bald. Mantic. *d. tit. 10. n. 2.* sufficit tamen ut cum cautione de rato admittatur: cum traditio sigilli & instrumentorum æquiparentur. *cap. 2. Ext. de Solut.* Sicut ergo Instrumentorum traditio sufficiens est, ut quis tanquam procurator cum cautione de rato admittatur: *cap. coram. de off. deleg.* ita etiam sigilli traditio sufficere debet, post Alex. *in l. 1. n. 7. C. de procurat.* Card. Mantic. *d. cap. 10. n.* :. Schrad. *d. cons. 32. n. 5. & seqq.* 69

Subdeclaratur, † ut ex solo sigillo plenè probetur mandatum, ita, ut Cautione de rato opus non sit. 1. si ita se habeat Consuetudo. Dom. de S. Gemian. *in cap. quamvis. de procurat. in 6.* ubi Senis ita practicatum dicit. 2. Si sigillum solummodò ad signanda mandata procuratorum determinatum sit, post Bald. Imol. & Felin. Mantic. *d. lib. 7. tit. 10. n. 3.* Conf. suprà. *cap. 6. §. 2. vers. Sublimitatur. 1. n. 146. cum seq.* 70

Conclusio Nona.

Sigillum † si sit sigillantis proprium, semper pro eo præsumitur. 71

Gloss. *in l. 1. §. quis neget. verbo, neget. D. Quemadmodum testam. aperiant.* ubi Bart. *n. 1.* dicit, si sigillum appareat, quia ibi Arma sigillantis, vel literæ descriptæ sunt, non obstante dubitatione instrumentum validum & non suspectum præsumi, sive sigillum ad obligandum, sive ad testificandum appositum sit. Quod dictum Bartol. refert & sequitur Franc. Marc. *decis. Delph. quæst. 991. n. 11. part. 1.* Schrader. *d. cons. 32. n. 15.*

72 *Declaratur*,† hæc doctrina Bartoli vera esse in negante sigillum suum, vel de eo dubitante. Fulgos. *ad d. §. si quis neget. in prin.* & Bald. *ibid. in prin.* ait, si sigillum appensum instrumento vel scripturæ sit proprium sigillum negantis, magis præsumi pro sigillo, quàm pro negante, *arg. l. 2. C. de reb. alien. non alien. cap. tertio loco. Ext. de probat. cap. significavit. de appell.* Bald. sequitur Franc. Marcus, *decis. Delphin. quæst. 991. part. 1.* Schrad. *d. cons. 32. n. 15.*

73 Secus † autem est, si sigillum sit alienum. Nam ejus detentio argumentum suspicionis sive doli est, post Petr. Anchor. & Carol. Molin. Ern. Cothman. *cons. 27. n. 198. vol. 1.*

§. II.
SIGILLUM SUSPECTUM & non probans.

74 Cum † Sigillum tunc operetur, quando non est suspectum: Panorm. *in cap. inter dilectos. n. 4.* & ibi Felin. *n. 5. Ext. de fid. instrum.* Cravett. *cons. 46. n. 6.* Farin. *decis. crim. 42. n. 6. lib. 2.* M.
75 Wesemb. *cons. 178. n. 20.* Sunt † tamen quandoque urgentes suspicionis causæ præsumendi de veritate & falsitate sigilli occasionem præbentes, ipsa licet suspicio præsumptioni cedat, eaq; minor sit, Cravett. *cons. 56. n. 6.* Menoch. *cons. 538. n. 25.* quarum quasdam saltem hîc recolligere lubet.

76 Primò † igitur sigillum suspectum reddens causa ex ipsa sigilli substantia, Imaginibus & Characteribus sumpta est, si Sculptura non sit cognoscibilis, hoc est, quòd non appareat in forma & circumferentijs, ita, ut discerni possit, nec aliter cujus sit sigillum, certificatio haberi queat. Specul. *tit. de instr. Edit. §. postremò. n. 19.* Panorm. *in d. cap. inter dilectos. n. 3. & 4. per illum text. Ext. de fid. instr.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. lit. a. n. 12. & seqq.* & alij relati *cap. 8. n. 36. cum seqq. & cap. 11. §. 4. concl. 8. n. 283. & seqq.*

77 *Secundò.* † Cum non congruit in Sculpturis dignitati sigillantis, *text. in d. cap. inter dilectos.* ubi Panorm. *n. 3. vers. Nota quatuor Detrahentia.* & Canonistæ reliqui. Franc. Marc. *decis. Delph.*

quæst.

quæst. 990. n. 22. part. 1. Rulant. *d. loc.* Non enim præsumitur sigillum fuisse illius, cui adscribitur, si sibi non convenit. Panor. *d. loc.* Nic. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 54.*

Tertiò. † Quando literæ sigilli non sunt legibiles, vel le- 78
guntur ita paucæ, quòd sigillum esse illius, cui adscribitur, necessariò non concludant, sed potius æquivocatio oriatur. *l. lex. duo sunt Titij 30. D. de testam. tutel.* & idem si sculpturæ sunt consumptæ, nec aliter, cujus illud sit sigillum, certificari possit. Panorm. *in d. cap. inter dilectos. n. 3. & 4.* Franc Marc. *d. quæst. 990. n. 22.* Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 54.* Arnold. Reyger *in thes. jur. Voc. Sigillum. 9. per d. cap. inter dilectos.* Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 17.* Conf. suprà *cap. 11. §. 4. Concl. 8. n. 283. & seqq. Ampl. 1.* Sic Rescriptum debet esse sine aliqua litera, sive literarum abrasione, & sine diversitate literarum: & denique debet carere omni suspicione. post Papiens. Scacc. *lib. 1. de judic. cap. 64. n. 17.*

Quartò. † Quando sigilli literæ à nomine illius, cujus fit in 79
scriptura mentio, discordant, sigillum redditur suspectum. *arg. d. cap. inter dilectos. cap. significavit. 48. Ext. de appell. & cap. cum inter Rom. n. 16. Ext. de Elect.* Specul. *tit. de Citat. §. Jam. de Citatione n. 13. ad fin.* Nicol. Everhard. *d. tract. cap. 12. n. 54.*

Hinc † quæritur, *an si nomen sigillantis certum, opus tamen* 80
sit descriptione literarum? Et quamvis hoc negandum videatur, quasi æquè sine illa fidem faciat; uti post Archid. Andr. & Gemin. scribit Menoch. *lib. 2. præs. 54. n. 4.* Verius tamen est, eam literarum descriptionem ad sigilli substantiam requiri, *d. cap. significavit. 48.* & ibi Gloss. & Dd. cumprimis Panorm. *n. 15.* Innoc. *n. 2.* & ob id haud temerè (nisi ita antiquitùs fieri consuevit, uti in Castri Cæsarei & Imperialis apud Fridbergenses sigillo minore animadvertere licet) omittenda. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 17.*

Quintò. † Quando sigillum sive cera ejus non est integra, vel, 81
ut fieri solet in antiquis, à muribus corrosa sit, enormemq; patiatur fracturã, ita, ut ex residuo clarè colligi non possit, cujus sit. Pan. *in d. cap. inter dilectos n. 3. & 4. de fid. instr.* Fr. Marc. *d. qu. 990. n. 22.* Sig. Scacc. *lib. 1. de jud. cap. 64. n. 17.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5.*

cap.

cap.30. in prin. & n. 14. Integra enim sigilla majorem fidem ruptis habent. Sachsenspiegel *art. 42. in verbis*: Mit ihren *lib. 2.* Zasius *conf. 2. n. 37. & 38. lib. 1.* quòd corrupta parum probent. Felin. in *d. cap. inter dilectos, n. 5.* Panorm. *n. 4.* Imò nullam fidem faciat. Menoch. *conf. 1. n. 135.* Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 14.*

82 Pariter † si sigillum rubræ ceræ, contra receptum etiam & usitatum inter Nobiles viros morem, impressum sit. Ern. Cothman. *resp. 38. n. 33. vol. 3.* ubi tamen *n. 104.* hoc ipsum parvi ducit, cum cera rubra viros nobiles quandoque uti notissimum sit, ut ex talibus & similibus quisquilijs frustrà quis opem petat.

83 *Sextò.* † Quando charta Sigilli inferior est vetustissima, sed per novæ ceræ glutinum fuit chartæ connexum. Panorm. & Franc. Marc. *dd. loc.* vel si sigilla sint pervetera, & membrana instrumenti multò recentior. Ut & si Cera in colore dignitati & recepto mori signantium non conveniat. De utroque Rulant. *d. tr. de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 13. & 16.*

84 *Septimò.* † Si Cera exterior sit nova & recens, interior verò duriuscula: vel si sigillum per se vetustum sit, sed quibusdam in locis recenti cera illitum fuerit: quia tunc vetus Sigillum ex alio fortè instrumento subtractum glutino recentioris ceræ per falsum appositum, & alij scripturæ subtractum præsumitur. *arg. d. cap. inter dilectos. ubi Dd.* Speculat. *tit. de instr. Edit. §. postremo. n. 19.* ubi ejusmodi alia subijcit, ex quibus Scripturæ fides detrahi possit, etiamsi illa authentico sigillo sit munita. Nicol. Everhard. *d. tract. de fid. instr. cap. 12. n. 54.* Sigism. Scacc. *d. lib. 1. de Judic. cap. 64. n. 17.*

85 Nota † tamen, hanc à cera sumptam suspicionem quandoque fallere, cum ex materialibus fieri possit, quòd una cera mollis conservetur, altera facilimè ob glutinis mixturam induretur. Farinac. *decis. crimin. 42. n. 6. lib. 2.* Vid. eleganter Hugon. Donell. *inter cons. Altorfiana. cons. 111. vers. Objiciunt postremò. pag. 732.*

86 *Octavò.* † Quando sigillum ceræ impressum non est, sed charta ceræ conjuncta, & in charta supra ceram impositum, more insolito reperitur. Sic in gravibus causis testes recognoscen-

scentes sigilla, falsos quidem illius Principis esse, sed pro tempore non vidisse ita imprimi, sed nudæ ceræ, ideoque se dubitare. Atque ita in Camera Imp. judicatum in causa Herrn Christoff/Hertzogen zu Würtenberg/contra Käis: Fiscal in causa Exemptionis die Graffschafft Löwenstein betreffend/quando documenta Electoris Palatini sigillo munita recognoscenda proponebantur, referente Rulant. *tract. de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 18.*

Nonò. † Quando instrumentum à personis & locis suspectis provenit, qui alteri parti benè cupiunt & gratificari volunt. Virgil. Pingiz. *illust. quæst. Saxon. 38. n. 42.* Conf. suprà *n. 31.* 87

Decimò. † Sigillum extra usum suum, ad quem destinatum, adhibitum, licet non in totum falsitatem, attamen suspicionem gignit: post Aretin. Felin. Purpurat. & alios Rulant. *d. cap. 30. n. 12.* M. Wesemb. *cons. 178. n. 44.* Abusum sigilli vocat idem Wesem. *d. cons. 178. n. 22. & 25.* Conf. suprà. *cap. 9. concl. 1. n. 10. & seqq. & cap. 11. §. 2. concl. 8. n. 215.* 88

Undecimò. † Scriptura redditur suspecta, si sigillum alienum fuerit adhibitum, quia illud, nisi dicatur quare, & ad quæ sit impressum, fidem non facit. Panorm. *in d. cap. inter dilectos. n. 4.* Franc. Marc. *d. quæst. 990. n. 22.* Chilian. König. *in Process. part. 2. cap. 39. in prin.* post Bart. *ibid. relat.* 89

Duodecimò. † Quòd disponens eo non sit solitus uti, imò nec ante habuit unquam, post Scaccum, Felin. Covarr. & Menoch. Matth. Wesemb. *cons. 238. n. 15.* & n. 25. & 31. ubi similem addit suspicionem, weil der Sigillant etzliche Verschreibungen mit seinem rechten Pittschier versigelt/aber doch schwerlich thun wollen/ etliche aber versigelt vnd sich darzu bekant/ daß also das ander Sigel gar von jhm nicht gebraucht/vnd vor verlohren gehalten/darumb es auch/ weil ers nicht gehabt/ noch zu dergleichen Sigelung nicht gebraucht/dafür zu achten. 90

Decimotertiò. † Ex filis, eorumque coloribus suspectum redditur sigillum, si ij cum Insignibus familiæ in pigmento non conveniant. Experientia enim testis est, homines ferè uti ijs coloribus in hisce filis holosericis, quibus ipsorum insignia 91

92 conſtant. Pari † modo chordulæ etiam roſura à Muribus facta, maximè ſi illa totalis ſit, ita, ut ne unum quidem linum teneat, vitiabit inſtrumentum. text. elegans *in l. 1. §. ſi roſæ 11. D. de bonor. poſſ. ſecund. tabul.* & ibi Bartol. *n. 1.* Rulant. *de Commiſſ. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 22.* Conf. infrà *cap. 14. in fin. n. 181.*

93 *Decimoquartò.* † Locus appoſitionis ſigilli ſæpè etiam ſuſpectam reddit ſcripturam, veluti, ſi non ſit in fine additum; de quo dixi pleniùs ſuprà *cap. 8. in fin. n. 68. cum ſeqq.*

94 *Decimoquintò.* † Defectus trium ad ſigillorum probationem neceſſariorum Requiſitorum, videlicet cujus eſt ſigillum: & à quo apponitur: & propter quid apponitur, quæ niſi appareant, vel ex circumſtantijs deprehendi poſſint, ſigillum nihil operatur. Matth. Weſemb. *conſ. 178. n. 18.* Conf. quæ diximus ſuprà *cap. 11. poſt prin. n. 17.*

95 *Decimoſextò.* † Diverſitas Sigilli ſuſpicionis præbet cauſam. Nam ſi ſigillum ab inſignibus, quibus, exempli gratia, Zibulenſes Bulovij utuntur, in aliquo diſcrepet, ac præſertim in eo, quod Zibulenſes utantur inſignibus inclinantibus; cujuſmodi formam non allegare ſolum ſufficit, ſed etiam diverſitatem hanc probare refert; Ern. Cothman. *reſp. 38. n. 33. & 102. & ſeqq. vol. 3. tum per l. doce. C. de Rei vind.* tum, quòd certum ſit, iſtud vitium, quod ex diverſitate ſigillorum extrinſecus proponitur, lubricum eſſe & incertum, cum ſigillorum formæ extrinſecæ & acceſſoriæ ſæpè mutentur & varient. Plura hac de re dixi *cap. 14. ſub modo primo ubi de Falſo n. 6. cum ſeqq.*

96 Quæ † omnia, ita accipienda ſunt, ut ſæpè ſingulæ ſuſpicionis cauſæ per ſe ſcripturæ fidem evertere poſſint, multo magis pluribus ex ijs ſimul concurrentibus. Certum enim eſt, omnia hæc ſimul juncta onerare adverſarium ad probandum, ſigillum ſeu inſtrumentum uerum eſſe. Panor. *in d. cap. inter dilectos. n. 4. Ext. de fid. inſtr.* Franc. Marc. *d. quæſt. 990. n. 22.* Nic. Everh. *d. tract. de fid. inſtr. cap. 12. n. 54. in fin.*

97 Sed *an † ſingulatim arrepta & ponderata, ſcripturam reddant ſuſpectam*, quæritur? Innocentius *in d. cap. inter dilectos,* putat enormem fracturam ſufficere: Item, ſi tot literæ, ut ſenſus vitie-

tietur, deficiant; Idque exemplo Rescripti vel Privilegij, quod pariter carere debet vitio erroneæ seu falsæ locutionis: quia † 98
error in Grammatica vitiat Rescripta, maximè Papalia & Imperialia. *cap. significantibus. & cap. ad audientiam.* ubi latè Felin. *per tot. Ext. de Rescript.* & Papiens. loco per Scacc. *d. lib. 1. cap. 64. n. 17.* relato. Nec † his adversatur illud Baldi *conf. 33. n. 2. vol. 1.* 99
& in l. quoniam. C. de testam. JCtum rebus magis, quam verbis curam adhibere debere, Legesque non subjacere Prisciani ferulæ: nec Canones Donati imperium agnoscere: *Can. retulerunt. 86.* ibi: quòd fuerit in eadem provincia Sacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat. *dist. 4. de Consecrat.* nec Imperatorem Grammatico subesse. Nicodem. Frischlin. *in Orat. de Grammat.* Nam † præterquam quòd constet, ipsos etiam Impe- 100
ratores Grammatices & Latinitatis fuisse studiosissimos, & de Pertinace libertino patre nato, auctor sit Cario *lib. 3. Chron. pag. (mihi) 172.* quòd ante Imperium Grammaticam docuerit, ac de Carolo V. Imp. scribit Petr. Andr. Canonher. Hispan. *discurs. in Corn. Tacit. pag. (mihi) 15.* quòd de neglectâ Grammaticâ serò pœnituerit, deq; similibus Imperatoribus alijs Adam Keller *lib. 1. de Offic. Jurid. Polit. cap. 5.* Jo. Heidfeld. *in Sphing. Theolog. Philos. cap. 26. pag. 976.* attamen † non absurdè præcedentia de JCtis & 101
Imperatoribus, quòd linguæ latinæ cognitionis vel ejus puritatis non indigeant, per jocum & Ironiam dicta esse putat Waremund. ab Ehrnberg. *lib. 1. de fœderib. cap. 3. n. 6.* De sacris † Cano- 102
nibus Donati virgas admittentibus textus est apertissimus. *in can. 3. dist. 38.* ubi Leo Papa in hæc verba sancit: Si in laicis vix tolerabilis videtur inscitia, quantò magis in ijs, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec veniâ: ac Zacharias Papa *d. can. retulerunt. 86.* ibi: sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam. Breviter † Cæsar & Papa Civitatem Romanam 103
peregrinis dare possunt, verbis non possunt, respondit scitè præcedentibus omnibus Pomponius Grammaticus apud Macrob. *lib. 6. Saturn. 7.* vel ut alij volunt, Phavorinus Philosophus, Alciat. *ad l. 5. n. 7. de Verb. sign.* Joan. Gryphiand. *tract. de Insulis in præfat. n. 55.*

De † alijs verò Sigilla infringentibus & suspecta redden- 104

tibus sciendum, illa sine junctura per se non sufficere, juxta Panormit. *d. loc. n. 4.* Franc. Marc. *d. quæst. 990. n. 22.* & quæ infrà *cap. 14. §. 3. Fractura &c. n. 108. cum seqq.* docuimus.

105 Sed cum † hæ suspicionis causæ cessare videantur, 1. quando instrumentum manu publicâ, sive à Notario adhibitis debitis solennitatibus est confectum: Panorm. *d. n. 4.* Franc. Marc. *d. n. 22.* 2. Quando instrumento subscriptum non est; Farinac. *d. decis. Crimin. 42. n. 6. lib. 2.* Ideò totum hoc suspecti sigilli negotium benè ad arbitrium Judicantis referimus. *arg. l. 3. D. de testibus.* Panorm. & Franc. Marc. *dd. locis.* Nicol. Everhard. *tract. de fide instrum. cap. 12. n. 54. in fin.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5.*

106 *cap. 30. in prin. lit. a.* Imò † Stilus & Consuetudo hîc servanda erit: Sigismund. Scacc. *lib. 1. de Judic. cap. 64. n. 17. per ibi alleg.* ut &, an de maximo præjudicio, veluti de omnibus bonis, existimatione præstantis viri & nobilis, ac similibus, agatur, attendendum, quibus casibus, quoties fraudis subest suspicio, nunquam tales literas, etiam quacunque extante consuetudine, probare, post Felin. *in cap. post cessionem. n. 17. de probat.* adducentem ad hoc Rotam Rom. scribit Matth. Wesemb. *cons. 178. num. 44.*

107 Denique † conclusivè hîc notandum, suspicionem falsi in parte substantiali instrumenti (qualem sigillum etiam esse Felin. & Dd. *in cap. 2. in fin. de fid. instr.* perhibent) totum vitiare. Menoch. *cons. 23. n. 17. per l. si ex falsis ubi Jason & cæteri C. de transf.* Castrens. Ruin. Curt. Jun. & Socin. Jun. locis à Wesemb. *d. cons. 178. n. 46. relatis.* ubi insuper addit: Suspicionem falsi in Civilibus pro ipsa falsitate haberi, Menoch. *cons. 42. n. 33.* ac solam sufficere ad tollendam probationis fidem: Cravet. *cons. 249. n. 9.* quantò magis pluribus concurrentibus, quæ longè plus operantur. Cravetta *d. cons. 240. n. 12.*

CA-

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

DE RECOGNITIONE SIgillorum.

SUMMARIA.

1. *Sigillum cujus sit, non semper verè constare potest.*
2. *Approbationis sive agnitionis, hodiè Recognitionis remedium, quo jure inventum?* & n. 128.
3. *Ordo tractandi hanc Recognitionis materiam.*
4. *Qui Sigilla recognoscant & recognitionem petant?*
5. *Recognoscenda diligenter Sigilla, & benè cum scriptura, cui apposita, inspicienda.*
6. *Recognoscere verbum quid Latinis importet?*
7. *Recognitio summa utilitate introducta est.*
8. *Recognoscũt Sigilla sua* I. Reus:
9. Ampliatur I. *Etiam in Clerico litigatore.*
10. Ampliatur II. *Ut appellatione non attenta Reus ad recognoscendum compelli possit.*
11. II. Procurator *speciale habens mandatum.*
12. *Formula pronunciãdi hîc quæ?*
13. *Procuratore non noscente Sigillum vel manum, principalis medio juramento recognoscet.*
14. *Per Procuratorem recognoscere periculosum.*
15. III. Curator *bonis absentis datus, recognoscere tenetur.*
16. IV. Notarius vel Officialis alius.
17. V. Civitates, Universitates & Collegia *quomodo de Jure Civili & Saxon. sigilla sua recognoscant?*
18. *Ratio assignata prædictorum.*
19. *Universitas parva solùm, cum sit privatorum loco, recognitione hac opus habet.*
20. VI. Dominus *sui ministri scripturam recognoscere tenetur.*
21. VII. Exempti *coram Ordinario loci propriam scripturam recognoscunt.*
22. *Ratio reddita.*
23. *Recognoscens scripturam coram alio judice, eam coram suo judice negare non potest.*
24. IIX. Heres *defuncti manum & Sigillum recognoscere tenetur.*
25. Conclusio: *Alienam, mandato suo scriptam manum & Sigillum quis ad jussum recognoscere*

gnoſcere tenetur, licet dicat ſibi ignotam eſſe.

26. Declaratur, *etiam in teſtamento alienâ manu ſcripto, aut Sigillo ſigillato, modò de identitate ſcripturæ & mandato pateat.*

27. IX. Pater & Filius *invicem ad recognitionem tenentur.*

28. X. Uxor *manum mariti.*

29. *Recognoſcere non niſi propriam manum regulariter quis tenetur*: & n. 114.

30. *Vſu tamen aliud receptum.*

31. XI. Teſtes *juratò recognoſcere coguntur.*

32. *Teſtamentum quando non requirat ulteriorem publicationẽ, ſi Notarius adhibit⁹?* & n. 33. 34.

35. *Recognitioni ſubſcriptionum & ſigillationum Teſtator renunciare poteſt.*

36. *Teſtium revocatio & renunciatio regulariter permiſſa.*

37. *Inſpectioni oculari ſive Evidentiæ renunciari poteſt.*

38. *Interrogatoriorum exhibitio magis voluntatis, quàm neceſſitatis.*

Renunciatio probationis, per teſtes in totum invalida:

39. *Non recognoſcunt Sigilla & manus omninò.*

I. Infantes.

40. II. Perpetuò Furioſi.

41. III. Fatui & Phrenetici.

42. *Non recognoſcunt ad tempus.* I. Ebrij.

43. II. Cognati: *addito præjudicio.*

44. III. Subditi, *quorum Dominus eſt contumax.*

45. *Commiſſarius hæc impedimenta benè conſiderabit.*

46. *Recognitionem quoq; petũt intereſſe habentes & hoc docentes.*

47. Quæ Sigilla recognitione opus habeant, vel non?

48. Concluſio I. *Inſtrumenta non agnita, utpote muta, non probant.*

49. Declaratur, *vera in Sigillis privatis, non etiam publicis.*

50. Concluſio II. *Scriptura privata ſigillata, prævia utriuſque recognitione, pro ſigillante probat.*

51. Limitatur, *varijs caſibus, ut hic.*

52. Concluſio III. *Sigillum privatum recognitum ſatis contra ipſum ſigillantẽ eſt authenticũ.*

53. Ampliatur I. *Et ſi ſigillans neque ipſe ſcripſerit, neque ſubſcripſerit.*

54. 58. *Subſcriptio & ſigillatio parificantur.*

55. *Sigillans æquè ſcripturam ratificat ac ſubſcribens.*

56. Ampliatur II. *In quovis privati hominis Sigillo.*

57. Amplia-

57. Ampliatur III. *In casu l. scripturas. 11. C. Qui potior in pignor.*

59. *Scriptura privata quando plenam fidem mereatur?*

60. Limitatur I. *Quando subscriptio & sigillatio pro forma requiruntur.*

61. Limitatur II. *quando sigillatio & subscriptio per modum conditionis exigitur.*

62. *Conditio in forma specifica adimplenda.*

63. *Conditio formam significat.*

64. *Contrà, quòd per æquipollens impleatur.*

65. *Conciliantur hæc remissivè.*

66. Ampliatur IV. *In subscriptionibus,*

67. Infertur, *quod talis scriptura privata recognita, quoad subscribentem, vim publici instrumenti habeat.*

68. Ampliatur V. *Vt etiam procedat in probatione facienda contra heredes sigillantis.*

69. *Instrumenta antiqua Dominorum Sigilla habentes, sufficienter contra ipsos eorumq; heredes probant:*

70. Ampliatur VI. *Etiamsi sigillans se illud Sigillum apposuisse professus non fuerit.*

71. *Præsumitur Sigillum cum consensu ad præbendam scripturæ fidem additum.*

72. Limitatur *hæc ampliatio remissivè.*

73. Ampliatur VII. *Licet nulli testes scripturæ sigillatæ inscripti, vel subscripti sint.*

74. *Rationes adductæ* ex l. 2. C. de reb. alien.

75. Limitatur principalis Conclusio I. *In negante suũ Sigillũ.*

76. *Negatione res fit dubia.*

77. *Fundans se in Sigillo, ejus veritatem probare debet.*

78. Limitatur II. *In subscribente & sigillante ignorante contenta, & negante voluntariam Sigilli appositionem.*

79. *In consensu fundata est Sigilli probatio.*

80. Sublimitantur *prædicta ex conjecturis contrarijs.*

81. Limitatur III. *Juxta locorum consuetudines: quod exemplis Germaniæ illustratur.*

82. *Ad recognitiones rectè recurritur, quando scripturæ habent Sigilla partium.*

83. Conclusio IV. *Antiqua Sigilla propter antiquitatem sine agnitione probant.*

84. *Sigilla & scripturæ mortuorum plus probant, quàm vivorum.*

85. *Antiqua in dubium vocare non licet.*

86. Amplia-

86. Ampliatur, *In scriptura privata.*

87. Declaratur I. *Vt, si propter antiquitatem Sigillum recognosci nequeat, ad alia transeundum.*

88. Declaratur II. *Quando adversarius ignorantiam prætendit; tùm Comparationi locus.*

89. Conclusio V. *Sine recognitione Sigilla in remota regione cæteris paribus probant.*

90. Declaratur, *Si simul adsint Testimoniales.*

91. Conclusio VI. *Publica Sigilla Recognitione & Comparatione non indigent.*

92. *Ratio addita.*

93. Objectio I. *quòd antiquis instrumentis sigillatis non credendum.*

94. Responsio *est, si illa falsa sint, & vitiosa.*

95. *Chiliani* Königs *laus.*

96. Objectio II. *quòd etiam authentica Sigilla recognitione opus habeant.*

97. Responsio, *quòd generalis, non etiam specialis agnitio ad omnia sigilla spectet.*

98. *Publica Sigilla, in illa regione, ubi sigillatio facta, penitùs ignota non esse, sufficit.*

99. An litteris Episcopi, solo Sigillo recognito, credatur in ordinandis non subditis? *Dist.*

100. Conclusio VII. *Sigilla & Commissarij & Adjuncti recognosci convenit.*

101. Conclusio IIX. *Marchæ simplices & Rusticorum Notæ etjam recognoscendæ sunt.*

102. *Ratio assignata.*

103. Conclusio IX. *Recognoscere quis non tenetur ea, ad quæ respondere necesse non habet: quod exemplificatur* n. 104. & 105.

106. Conclusio X. *Sigilla & scripturas invalidas recognoscere nemo tenetur.*

107. *Sigillum & scriptura de falso suspecta, non recognoscenda.*

108. *Rasum, mutilatum & notoriè impertinens Sigillum & scriptura recognoscenda non est.*

109. *Præjudicia Cameralia ad hoc adducta.*

110. Ampliatur, *In instrumento præscriptione sublato.*

111. Conclusio XI. *In Epistolarum recognitione exacta diligentia remissa est.*

112. *Rationes adductæ.*

113. *Alienum æquè ac proprium suum Sigillum quis recognoscere tenetur.* & n. 114.

115. In quibus causis Recognitioni locus sit, vel minus?

116. Civi-

116. Civiles causæ hanc habent Conclusionem: *Parte adversâ ad jussum Judicis per contumaciam non recognoscente instrumentum, habetur illud pro agnito.*

117. Praxis forensis & præjudicia Cameralia.

118. Ampliatur, *ut taliter absenti per contumaciam Exceptionis declinatoriæ oppositio denegetur.*

119. Declaratur I. *Nisi pars recognoscens semel in Judicio comparuerit: aliàs secus.*

120. Declaratur II. *In causis magnis & arduis.*

121. Ratio assignata.

122. Declaratur III. *In contumaciam pro agnitis non habentur Sigilla, nisi quæ sunt authẽtica.*

123. Subdeclarantur prædicta I. *Vt Sigilla authentica in Camera non recognoscantur, sed ijs omninò stetur.*

124. Subdeclarantur II. *Aliàs parte opponente per Judicem Sigilla etiam authentica formiter sunt recognoscenda.*

125. Declaratur IV. *Vt adversario recusante Sigilla pro recognitis non acceptentur: additis Præjudicijs.*

126. Dilatio ad notificandum recognitionem injunctam procuratoribus indulgenda: & ad hoc Præjudicia.

127. Declaratur V. *In vero, non ficto contumace.*

128. In contumaciam non recognoscentis, quando instrumenta pro agnitis habeantur?

129. Summarias circa causas ita concluditur: *In his ab initio actus recognitionem fieri & protocollo inseri solere.*

130. In summarijs causis quomodo procedatur?

131. Criminales causæ hanc tenent Conclusionem: *In his manus & Sigilla non habentur pro Confessatis, sed probatio admittitur.*

132. Extenditur *ad causas fractæ pacis.*

133. Quomodo & qualiter fiat recognitio cum effectu?

134. Commissionum vix ullum genus circa instrumenta, quod recognitione careat.

135. Requiritur *ad recognitionem ritè faciendam* I. Citatio.

136. Ratio assignatur, illustrata Exemplis.

137. II. In Judicio ut fiat: *& quare?*

138. Declaratur I. *Non tamen ut fiat coram tribunali.*

139. Declaratur II. *Nisi instrumẽta in alia cõserventur provincia.*

140. Declaratur III. *Si per Fœminas fiat recognitio : Senes, Valetudinarios , & personas egregias.*
141. Declaratur IV. *Si coram Deputatis fiat.*
142. Cautela circa recognitionem sigillorum, si in præparatorijs adhuc versemur.
143. III. In continenti, vel ad proximam *fieri debet recognitio: & quidem sub Comminatione Recognitorum.*
Formula Comminationis Recognitorum.
144. IV. Vel per Comparationem, vel per Testes.
145. Per Testes instrumenta dicuntur sufficienter recognita, si ijs nota sit manus.
146. Ampliatur, *In litteris Cambij.*
147. Apochæ privatæ qualiter facienda recognitio?
148. Declarantur I. prædicta, *quando alia per testes occurrunt adminicula.*
149. Instrumentum regulariter in præsentia testium esse confectum requiritur, nec sufficit attestari sibi notam esse manum:
150. Puta, si sit privatum: non si publicum.
151. Declarantur II. *Ad recognoscendum datum terminum non obesse: quò minus adhuc Testes super veritate instrumentorum audiantur.*
152. Declarantur III. *Subscriptio non ritè facta, sed in summa chartula annotata, arbitrio Judicis opus habet.*
153. Vel per Juramentum.
154. Objectio I. cũ Responsione
155. Objectio II. cum Responsione.
156. Conclusio : *Recognitio regulariter medio juramento fieri debet.*
157. Ratio & Præjudicia adducta.
158. Jurandi in puncto Recognitionis formula.
159. Recognitio sigillorum, eorumq́; diffessio, quæ habeat solemnia verba?
160. Ampliatur I. *In Principali, si Procurator neget se noscere manum, vel Sigillum.*
161. Ampliatur II. *In Aurifabris.*
162. Ampliatur III. *In Testibus.*
163. Circa recognitionem Commissiones an sine Interrogatorijs expedienda?
164. Commissarius, quæ circa recognitionem considerabit : Et quando præsentia Testium necessaria, vel non? & n. 165. 166.
167. Declarantur prædicta I. *Si modò documenta quid probent contra diffitentem.*

168. De-

168. Declarantur II. *In Sigillis partium sub distinctione.*

169. Declarantur III. *Juramentum hoc recognitionis de Veritate est.*

170. V. Bonâ fide ut fiat recognitio.

171. VI. Ut subscriptio & sigillatio inducendæ obligationis & non testimonij causâ facta.

172. *Forma recognoscendi sigilla.*

173. Quid si pars recognoscere nolit, vel falsò diffiteatur?

174. *Recognoscere sigilla quis tenetur: & quando hæc recognitio præjudicet?*

175. Conclusio I. *Reus non attentâ appellatione ad recognitionem compelli potest.*

176. Ampliatur I. *In Reo diffitente manum suam.*

177. Ampliatur II. *Quoad Executionis punctum.*

Conclusio II. Remissivè posita.

178. Conclusio III. *Commissarius ad transsumendũ deputatus instrumenta pro agnitis in contumaciam rei non recognoscentis acceptare nequit.*

179. Declaratur *in Commissario specialiter ad actum deputato: non ad totam causam.*

180. Adversario nõ agnoscente, sed falsò Sigillum diffitente & negante, quid agendum? *Disting.*

181. *Super Signeto vel Subscriptione Notarij in Camera non fit altercatio.*

182. *Notario ad recognitionem vocato, ac signum & manum suam diffitente, magis creditur, quàm comparationi.*

183. *Comite Sigilla sua nõ agnoscẽte, sufficit illa ab alijs agnosci.*

184. *Diffitente aliquo manum vel Sigillum falsò, quid agendum?*

185. *Testamentum non obstante Sigilli negatione, tamen aperitur: & quare?*

186. *Ex negatione quando Sigillũ reddatur suspectum? Disting. variè.*

187. *Præsumitur magis pro Sigillo, quàm pro negante.*

188. Intellectus L. ne satisdatio. D. Rem rat. hab.

189. Quando recognitioni locus sit, vel non: & cujus illa fiat Sumptibus?

190. *Recognoscere manum & Sigilla statim post productos processus quis non tenetur.*

191. Conclusio I. *Recognitio etiã post conclusionem causæ & sic post omnes terminos peti & injungi potest.*

192. *Officium Judicis circa recognitionem latum est.*

193. Ampliatur I. *Ut Recognitio scripturæ, in prima instantia productæ, neglecta, in secunda rectè fieri potest.*

194. Ampliatur II. *Si Copia in processu producta, Originalis recognitio post peti potest.*

195. Conclusio II. *Recognitione à Judice injuncta, Executio cessat, donec opposita Exceptiones discutiantur.*

196. *Rationes adductæ.*

197. Ampliatur, *Etiam completa Præscriptione.*

198. Conclusio III. *Recognitione non opus, ubi Sigillo & manui non contradicitur.*

199. Declaratur, *Si ad contradicendum certus terminus sit præfixus.*

200. De Sumptibus Conclusio IV. *Sumptibus recognitionem petentis instrumentorum missio fieri debet.*

201. Ampliatur, *sive quis ratione Dignitatis, sive Valetudinis ad recognitionem comparere nolit, vel non possit.*

202. Conclusio V. *Sumptibus producentis ad recognoscendum pars evocari debet.*

203. Utilitates & Effectus Recognitionis qui?

204. I. *est, Complementum Actus intendere.*

205. II. *est, Confessionis vim habere.*

206. III. *est, Publici instrumenti vim recognitionem continere.*

207. IV. *est, Judicati vim habere.*

208. *Agnoscens instrumentum, hoc est, Sigillum, vel scripturã, omnia in eo contenta vera fatetur.*

209. *Per recognitionem plena fides & probatio in scriptura contentorum.*

210. *Recognitione subsecutâ Sigilli approbatio verificatur.*

211. Ampliantur prædicta, *Sive recognitio fiat super chirographo, sive super Sigillo.*

212. Declarantur I. *Si Sigillum & manus sint propria, non si alterius tertij extranei.*

213. Declarantur II. *Quoad Judicis arbitrium.*

214. V. *Recognitio eandem vim habet, quam instrumentum publicum & liquidum.*

215. *Executionem paratam quando faciat instrumentum recognitum? remissivè.*

216. VI. *Recognitio privatam scripturam instrumento publico æquiparat.*

217. VII. *Recognitio etiam post mortem operatur.*

218. IIX. *Agni-*

CUM † quòd Sigillum scripturae per sigillantem, vel ejus 1
mandato impressum, vel cujus illud sit, non semper verè constare possit, ita, ut ob id omnis probandi vis & facultas vacillet; Chilian. König. *part. 2. Process. cap. 39. vers.* Wie und welcher gestalt. Jura † nostra civilia salutare admodum ap- 2
probationis sive agnitionis, (quod communiter Practici omnes Recognitionem vocant) invenere Remedium: vel ut post Rebuffum auctor est Rulant. *part. 2. de Commiss. lib. 5. cap. 39. n. 1.* Consuetudine introductum.

De hac † Recognitione, quò ejus doctrina magis sit per- 3
spicua, subsequentes tractandi & examinandi veniunt Paragraphi.

I. Qui Sigilla recognoscant, & recognitionem petant?

II. Quae Sigilla & Instrumenta recognitione opus habeant, vel non?

III. In quibus causis?

IV. Quomodo fiat, & quae, ut fidem mereatur, requirantur?

V. Quid, si pars recognoscere nolit, vel falsò diffiteatur, agendum?

 VI. Quan-

VI. Quando recognitioni locus sit, vel non? Et cujus illa partis fiat sumptibus?

VII. Quæ denique recognitionis Utilitates & Effectus?

§. I.

4 ## QUI † SIGILLA RECOGNOSCANT, & recognitionem petant?

5 Ante † omnia hic sciendum, benè & diligenter sigilla cum scriptura, cui apposita sunt, inspicienda & recognoscenda esse. Ita *Gloss. 7. art. 42.* Landr. ubi inter alia ita scribit: Sihe auch wol zu/ob es deß Fürsten rechtes Insigel ist: Auch ob es nicht zubrochen sey an den Buchstaben/oder anderswo/dann da deß etwas daran zu sehen/hilfft es jhm nicht/*per cap. 2. Ext. de fid. instr.* Arnold. Reyger. *in thes. jur. Voc. Sigillum n. 11.* Martin. Dobberc. *in Re-*
6 *pert. Rubr. de signo & sigillo.* Est enim † hoc verbum singularis studij & diligentiæ atque assiduitatis, neque aliud recognoscere, quàm iterum atq; iterum providerere, legere penitusq; cognoscere & intelligere significat, *l. cognoscere 56. de V. S.* nonnunquam etiam approbare *l. si procuratorem. D. de procurat.* Cic. *lib. 12. Epist. 12. & in Verr. Orat. 2. & Pro Dejotar.* Herm. Kirchner. *lib. 4. de Offic. Cancellar. cap. 3. n. 27. & seqq.* Rulant. *de Com-*
7 *miss. d. p. 2. lib. 5. cap. 39. in fin. prin.* Summa † itaq; utilitate introductum est, ut adversarius, contra quem instrumenta, subscriptiones, & sigilla exhibentur, compareat, & ea recognoscat, ne producens falsa instrumenta, adulterina sigilla, fictitiasq; subscriptiones sub alterius nomine supponat, & inde magnum lucrum cum alterius jacturâ reportet. *d. l. cognoscere 56. D. de V. S. cum plures. 15. §. ult. D. de reb. auct. jud. poss.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 44. n. 1.*

8 Ex his † autem qui Sigilla recognoscere tenentur, est.

I. *Reus*, Licet enim hic Actori probationes subministrare non teneatur, sed ipsemet paratus accedere debeat: attamen nihilominus Sigillum suum & privatam quanq; scripturam recognoscere, prout & ad articulos respondere, ac ita actorem in probando sublevare tenetur. Jo. Cephal. *cons. 260. n. 35.* Fulv. Pacian. *lib. 1. de Probat. cap. 63. n. 167.* *Amplia-*

Ampliatur I. † Ut non solùm Secularis, verùm etiam Cle- 9
ricus Litigator à Judice causæ ad recognitionem cogi possit. Nic. Boer. *decis. 114. n. 8.* Borgnin. Cavalcan. *decis. Fivizan. 27. n. 56. part. 2.* Ant. Faber. *in Codic. lib. 3. tit. 12. defin. 7.* Card. Tusch. *pract. concl. jur. 452. n. 21. lit. I.*

Ampliatur II. † Ut non attentâ appellatione, Reus ad reco- 10
gnitionem compelli possit: nec hæc appellatio suspensivum operatur effectum. Cavalcan. *d. decis. 27. n. 57.* Nicol. de Passèrib. à Janua *tract. de priv. script. lib. 2. cap. 1. n. 32.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 8. lit. Z.*

II. *Procurator.* † Per hunc enim cum speciali man- 11
dato recognitio fieri potest. Dan. Moller. *lib. 4. Semestr. cap. 43. n. 3.* Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 4.* Nicol. de Passèrib. *de priv. script. lib. 1. quæst. 8. n. 11.* Berlich. *part. 1. concl. pract. conclus. 44. n. 17. & 18. post ibi relat.* Sine autem tali speciali mandato minimè ad recognitionem admittitur. Nicol. Mozz. *de Mandat. cap. De divis. Mand. n. 65.* Jannin. Peregr. *lib. 3. De Citat. reali, cap. 21. n. 129.* Rebuff. *in tract. Conclus. Rub. de Elect. derogat. vers. 42.* Rulant. *de Commiss. d. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 4.* Unde † ita pronunciari so- 12
let: daß D. G. Krafft special Gewalts medio juramento zu recognoscirn schuldig. Gilman. *tom. 3. Symph. inter Decis. & præjud. Camer. verb. Sigilli recognitio. pag. 323.* Quod † si verò Procura- 13
tor non noverit sigillum, vel manum, aut etiam negaverit, Principalis mediante juramento recognoscere debet, Moller. *d. cap. 43. n. 3.* Nic. de Passèrib. *d. lib. 1. quæst. 8. n. 12.* Berlich. *part. 1. concl. 44. n. 19. & 20.* ubi præjud. addit.

Hinc † patet, quàm periculosum sit per procuratorem 14
recognoscere. Nam si confitetur, generatur Domino præjudicium: si negat se scripturam aut sigillum nosse, aut ejus, cujus pars esse, affirmat, non valet; sed Dominus aut recognoscere, aut ipse juramento diffiteri cogetur; & hanc esse praxim post Moller. *d. cap. 43. n. 3.* tradit Rulant. *d. cap. 39. n. 19.*

III. *Curator,* † bonis absentis datus, nomine absentis 15
æquè recognoscere tenetur, alioquin procedetur ut & aliàs cõtra ipsum principalem. Ant. Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 7. de Obl. & Act. defin. 13. n. 8.*

IV. No-

16 IV. *Notarius* † vel *Officialis* alius. Quando enim negatur instrumentum à Notario confectum, tunc is, vel alius Officialis ad recognitionem ante omnia citandus est. *l. si quis decurio. 21. C. ad L. Corn. de falf. Nov. 73. cap. Si verò moriatur 7. in prin.* ibi: neque tabellio superest. Coler. *part. 3. de proceß. Execut. cap. 1. n. 83. verf. Sin verò negetur.* addens insuper dicto eorum hac in re stari. Sigismund. Scacc. *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 911. & 915. tom. 3. Digest. noviß. tit. Instrumentum. cap. 44. & 45.* post Afflict. *decis. Neapol. 245. & decis. 251.*

17 V. *Civitates* † *Universitates*, *Collegia* & *Communiones*, de Jure Communi per se, puta per hos, per quos municipij res geruntur, sua sigilla mediante juramento, moribus verò Saxonum per duos vel tres de Collegio, Universitate &c. recognoscere, non autem per Syndicum Procuratoremve ea diffiteri debent. *L. Municipibus. 47.* ibi: per eos itaque jurabant, per quos Municipij res geruntur. *D. de cond. & demonstr.* Ordin. Cam. Imp. *part. 2. art. 10. §. 1. verf.* Würde aber ein *Commun.* Sachsisch. Landr. *lib. 1. art. 6. Et lib. 2. art. 22.* personale exigit juramentum. And. Rauchbar. *part. 1. quæst. 8. n. 13.* Rationem

18 † prædictorum affert Christoph. Zobel. *in Gl. ad d. art. 22. lit. ff.* quod scilicet juramentum consistat in motu animi, qui alteri committi non potest, & quod Principalis magis quàm Procurator noscat veritatem. *cap. si quem 8. in fin. Ext. de procur. l. fin. §. 1. C. de Procurat.* Plenè Matth. Coler. *decis. 115. num. 16. 17. & 18.* Rauchbar. *d. quæst. 8. à n. 13. ad n. 18.* Dan. Moller. *lib. 4. Semestr. cap. 20.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. pract. n. 34. à n. 16. ad n. 23.* Obi-

19 ter † tamen hic observandum venit, quòd Matth. Wesemb. *conf. 12. n. 49. & 51.* superiùs dicta de parvâ Universitate, cujus sigilla tanquam privata recognitioni subjacent, intellecta velit, quòd aliàs publica civitatum Sigilla illâ opus non habere, constet.

20 VI. *Dominus* † scripturam sive literam sui famuli, institoris, factoris, administratoris & scribarum recognoscere tenetur. post Rebuff. Franc. Bursat. *conf. 39. n. 23.* Borgnin. Cavalcan.

can. *decis.27.n.55.ubi pleniùs. lib.2.*Nicol. de Passeribus *in addit. ad lib. 2. de script. privat. tit. De Apoch. manu debit. conscript. n.31. pag.133.*

VII. *Exempti* † coram Ordinario loci ad recognoscendum propriam scripturam comparere tenentur, nec prætextu Exemptionis jurisdictionem Ordinarij declinare potest. Erasm. Chokier *de jurisd. Ordin. in Exempt. part. 2. quæst. 45. n. 104.* post Rebuff. *ad Const. reg. tom. 1. de Chirograph. recogn. art. 1. n.31. & seqq. & arg. cap. 1. §. fin. de for. comp. in 6.* Ratio † est secundum eundem Chokier, quia incompetentia quoad scripturæ recognitionem allegari non potest, eleganter Joan. Lucius *lib. 11. placit. Curiæ tit. 4. art. 6. fol. 229.* eò, quòd (inquit Rebuffus) non præjudicetur aliquo modo recognoscenti, cum non condemnetur ad garniendum ab illo judice, sed ad suum forum remittitur, prodest † tamen illa recognitio, utpostea scripturam recognitam coram suo judice negare non possit. Hinc quando fiunt contractus, quorum probatio ex Consuetudine fit per sigilla judicum secularium, tales literæ sigillatæ ita probant contractum coram Judice competenti contra clericos, sicut contra laicos modò judex secularis sit competens contra clericos. Joan. Andr. & Perus. *ad cap. seculares. de for. comp. in 6. & ibid.* Franc. *n. 1. & 5.* 21 22 23

IIX. *Heres* † defuncti manum & Sigillum recognoscere adstrictus est. *arg. l. nam postea. §. fin. D. de jurejur. l. cum à morte C. de Rei vind.* Rebuff. *d. art. 1. n. 4.* Bursat. *cons. 39. n. 23.* Henning. Goden *cons. 109. n. 11.* Hart. Pistor. *obs. singul. 196. n. 5.* ubi dicit, ita respondisse Scabinos Lipsenses, & in judicando Judicium Curiale tenuisse. Et licet Reus, cui recognitio injuncta fuerat, ab ea sententia appellavit, tamen eandem sententiam in appellationis instantia confirmatam esse. Ratio prædictorum hac terminatur Conclusione: † 24

Quòd alienam, cumprimis mandato suo scriptam manum & sigillum quis ad jussum Judicis etiam recognoscere teneatur, nec relevet eum opositio, sibi esse ignotam. 25

text. in l. libellorum. vers. Item subscribere. D. de Accu

Ita Gloss. & Dd. in Lecturis, Commentarijs & Tractatibus: Gloss. *in cap. cum inter. verb. sua. & ibi Felin. De re judic.* Rebuff. *ad Const. reg. part. 1. tit. de Chirogr. recogn. art. 1. n. 6. & 15.* Pyrrh. *in Consuet. Aurelian. Rub. de Execut. crim. cap. 22.* Nicol. de Passerib. *lib. 2. de priv. script. tit. de Apoch. debit. in addit. n. 31. & 32.* Scacc. *lib. 2. de judic. cap. 11. n. 897. & seqq. n. 1070. ac seqq. ut & n. 1082.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 17.*

In Consilijs & Consultationibus:

Mart. Uran. *cons. 73. n. 2. vol. 2.* Franc. Bursat. *cons. 39. n. 23.* Consult. Saxon. *lib. 4. quæst. 118. Edit. ult.*

In Decisionibus, Observationibus, Præjudicijs, Conclusionibus & Quæstionibus. Cavalcan. *d. decis. 27. n. 55. part. 2.* Hart. Pistor. *obs. sing. 196. per tot.* Auctor. præjud. Camer. apud Gilman. *tom. 3. Symph. Voc. Sigilli recognitio. vers. Forma recognoscendi sigilla. pag. 323.* Berlich. *p. 1. concl. pract. 44. n. 32. Edit. noviss.* Franc. Personal. *quæst. 14. n. 6.*

26 *Declarantur* † priora, ut etiam non obsit testamento manu aliena & tertij scriptum, vel sigillo alieno signatum esse, modò constet de identitate ipsius scripturæ, ad quam testatoris vel alterius disponentis voluntas referatur: Tunc enim non interest, an propria, vel alterius manu conscribatur, dummodò de ejus mandato & Commissione pateat, idq; in omni scriptura privata verum esse dicit Ludov. Lana *in Enchirid. de testam. form. n. 17.* post Imol. *cons. 91. col. 1.* Marsil. *in Rubr. de probat. n. 309.* Castrensem, Nattam, Jason. Socin. & Ruin. *loc. ibid. relat.* ubi demum notabiliter addit, expedire ideò, quòd in rogitu Notarij mentio fiat, cujus manu sint scriptæ tabulæ, ad hoc, ut eâ probatâ, magis specificè constet de veritate & ipsius schedulæ identitate.

27 IX. *Pater* & † *Filius* invicem & recognitionem Sigillorum & manuum tenentur. Joan. Bapt. Costa *de facti scient. & ignor. insp. 74. num. 2. & 3.* Bursat. *cons. 39. n. 23.* Cavalcan. *d. decis. 27. num. 55. lib. 2.* Nicol. de Passeribus *in d. Addit. ad lib.*

lib. 2. de priv. script. tit. De apocha man. debit. conscript. num. 31. pag. 133.

X. *Uxor*, † quæ manum mariti ad Judicis jussum recognoscere tenetur, etiamsi scribere ipsa nesciat, cum nihilominus manus ei nota esse præsumatur. Pet. Rebuff. *in constit. reg. Gall. part. 1. tit. Chirograph. recogn. art. 1. n. 4.* Bursat. *cons. 39. n. 23.* Costa *de fact. scient. & ignor. inspect. 73. n. 5.* Cavalcan. *d. decis. 27. n. 55. lib. 2.* Nicol. de Passerib. *d. loc. n. 31. pag. 133.* Ideò † licet regulariter quis non nisi propriam manum recognoscere teneatur: *Auth. contra qui propriam. C. de non num. pec.* nec usquam legibus, uti Hart. Pistor. *obs. sing. 196.* de sua memoria & observatione testatur, cautum reperiatur, quòd quis alienam etiam scripturam recognoscere cogatur: Usu † tamen receptum, ut ad petitionem Actoris Reo passim alienæ etiam scripturæ recognitio injungatur, modò verisimiliter appareat, illum notitiam ejus habere posse. Hart. Pistor. *obs. singul. 196. n. 1. & seqq.* Conf. *infrà n. 114.*

28

29

30

XI. *Testes.* † Nam ad evitandas falsitates, necessarium est, ut non solùm ipsi testes schedulam, puta testamenti, sed & proprias suas subscriptiones & sigillationes omnes juratò, (ne uno vel altero diem suum obeunte, testamentum omninò corruat) recognoscant, & recognitionis suæ causas (quia sigillum, vel manus benè noverint: vel, quòd præsentes fuerint, & id, de quo agitur, peragi viderint: quamvis hoc postremum, uti ex traditis Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 32. & seqq.* ubi tamen *n. 35.* causas mercatorum excipit: ac Berlichij *part. 1. concl. pract. 44. n. 21. & seqq.* patet, sit controversum. Conf. infrà *§. 4. vers. Ampliatur III. In testibus. n. 162.* addant, sicuti post Bart. Cæpoll. Gozadin. Paris. & alios tradit Menoch. *cons. 639. n. 15. lib. 7.* Cothman. *resp. 2. n. 18. vol. 4.* Hercul. Marescott. *lib. 1. var. resol. cap. 80.* Rulant. *de Commiss. d. part. 2. lib. 5. cap. 9. n. 23. & seq.* Trentacinus *lib. 2. tit. de fid. instr. resol. 12. num. 12.* ubi limitat, 1. si pars subscriptiones fateatur & recognoscat: 2. quando negatur debitũ, sed non scriptura, &c. Berl. *d. concl. 44. n. 21. & seq.* 31

32 Quòd † enim omnium in ore circumfertur, teſtamentum non requirere ulteriorem publicationem, quando Notarij opera adhibita eſt; Cothm. *d. reſp. 23. n. 19. vol. 4. per ibi relat.* id ita declarant Dd. ut tum demum procedat, ſi teſtator curarit, *hoc eſt,* Notarium rogarit, omnes & ſingulos teſtes teſtamentarios ſignacula & ſubſcriptiones ſuas coram alijs teſtibus recognoſcere, & ſuper his in præſentia duorum, à reliquis ſeparatorum teſtium, inſtrumentum confecerit. Herman. Mejer. *tract. de Succeſſ. teſtam. lib. 3. tit. 1. num. 64. verſ. Verùm iſta gloſſ.* ſubijciens poſt Fulgoſ. *conſ. 56.* conſultè ipſum facturum, ſi ſuper eodem teſtamento id conſcribat, ad evitandum fraudem.

33 Et hanc † doctrinam nobis ſuppeditat Barthol. Cæpoll. *cautel. 88.* ubi Apoſtill. Fulgoſ. *d. loc.* addit. & ſequitur Roland. à Valle *conſ. 36. in fin. vol. 1.* & ultra eum idem tradit Socin. *regul. 399.* vel quiſquis ille fuerit, qui de verbo ad verbum reaſſumit dictam Cæpoll. Cautelam, quam etiam annotare non neglexerunt Ludov. Lana JCtus Brixienſ. *in Enchirid. de teſtam. form. n. 13.* & alij ſimiles.

34 Hinc † dependere videtur Veritas doctrinæ traditæ à Chriſtoph. Beſold. *conſ. 303. n. 23. & ſeqq. vol. 6.* quòd juxta præmiſſa ex Mejero inſuper duo alij teſtes ſingulares adhibendi à Notario, nec teſtamentarij ſeptem ſufficiant, cum Notario ſine teſtibus non credatur, nec duplici officio quis defungi poſſit. De quo cum aliquando dubitaverim, nec capiant hanc cautelam, nec obſervent eam omnes, indeque multorum teſtamenta vacillare videantur, præcipuè ſi unus, vel alter teſtis teſtamentarius, ante legitimam publicationem in fata conceſſerit, lubuit illam bono teſtamentorum publico hic inſerere.

35 Inſuper † & hoc notatu dignum, ipſum teſtatorem in ſuo teſtamento huic recognitioni renunciare poſſe, prout animadverti ex teſtamento Nobiliſſimi ac Strenuiſſimi Viri Dn. Dieterich Wilhelm Kreuetz zu Saltzkotten/ etc. idque quòd hæc recognitio non æquè ſit de ſolennibus & forma teſtamenti ſicut ſubſcriptio & conſignatio ſive ſigillatio. Eſt enim

enim † Testium revocatio & renunciatio, quatenus alteri 36 (quod in casu testamenti testatore vivente cessat) jus nullum quæsitum, permissa. Heig. *part. 2. quæst. 4. n. 20. & seqq.* Mynsing. *cent. 6. observ. 76.* Berlich. *part. 1. pract. concl. 38. n. 49. & seqq. per ibi relat.* Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. quæritur. n. 2.* Flamin. Chartar. *decis. Genuens. 106. per tot.* Imò † potest etiam oculari 37 inspectioni, re adhuc integra, renunciari: Heig. *d. quæst. 4. n. 41. & seqq.* post Rulant. *part. 2. de Commiss. lib. 3. cap. 9.* ut & † Interro- 38 gatoriorum exhibitio voluntatis magis, quàm necessitatis reputanda: nec Judex ex officio ad ea adstrictus est, sed in solius partis arbitrio situm, an ea ultrò offerre velit. Adam Keller. *lib. 2. de Off. Jurid. polit. cap. 26. vers. Sunt igitur.* Farinac. *quæst. crim. 73. n. 12.* Grævæus *lib. 1. pract. concl. 95. consid. 2. in Coronid. in fin. & passim.* Denique Nicol. à S. Gemin. & Lanfr. ab Oriano post Andr. Dalner. *tr. de Renunc. cap. 9. n. 26.* scribunt: Quòd renunciatio valeat, si quis specialiter super aliquo capitulo testibus renunciarit.

Non † autem recognoscunt Sigilla & manus, ac quidem 39 omninò;

I. Infantes, Rebuff. *ad Const. reg. tit. De chirograph. recogn. n. 10. & seqq.* Bursat. *cons. 39. n. 23. vol. 1.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 27. n. 13.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 14.*

II. Perpetuò Furiosi, † quia nullum negotium face- 40 re possunt. *l. in negotijs, D. de Reg. Jur.* Rebuff. *d. loc. n. 11.* Rulant & Berlich. *dd. loc.*

III. Fatui † & *Phrenetici, cap. cum dilectus. de success. ab intest.* Jason. *in l. furiosum. C. Qui testam. fac.* Rebuff. *d. loc. n. 14.* Rulant & Berlich. *dd. loc.* 41

Ad † tempus verò non possunt recognoscere: 42

I. Ebrij, jacent enim vino sepulti, & nesciunt, quid loquantur. *cap. sanè. 7. quæst. 1.* Rebuff. *d. loc. n. 13.* Rulant & Berlich. *d. loc.*

II. Cognati, † de quibus, quamvis idem judicium fe- 43

rendum videatur, quòd scilicet illi propter affectionem ad recognitionem non admittantur, temerè tamen removendi non erunt. Si enim alia adminicula adsint, eorum recognitionem recipiendam esse & probare, dubium non habet. Ita consideratum in Camera Imp. in causa Reineck Waßmer & Consorten / contra Engelsen Nößling 3. Mart. Anno 1559. testatur Rulant. *d. cap. 27. n. 13.*

44 III. *Subditi,* † si eorum Dominus est contumax, ad recognitionem admitti possunt, si alia adsint adminicula, imprimis si juramento fidelitatis & subjectionis sint soluti: uti pronunciatum in causa Wiedt contra Stolberg / observatore Rulant. *d. p. 2. lib. 5. cap. 27. n. 13. in fin.* Berlich. *d. p. 1. concl. 44. n. 16.*

45 Hæc † impedimenta, hasque Exceptiones, circa personam versantes, si Commissarius notoriè in personis conspiciat, eas à recognitione in perpetuum removebit: vel si ad tempus vitia durent, ut de furiosis dilucida intervalla habentibus & in Ebrijs dictum est, tantisper, donec habiles conspiciantur, differet. Rulant. *d. cap. 27. n. 14.*

46 Denique † petunt hanc Recognitionem ij, qui Interesse suum apud Judicem docuerunt, prout latè notat Fulv. Pacian. *cons. 11. n. 19.* post Bald. quem sequitur etiam Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 35. lit. K.*

§. II.

47 *QUÆ † SIGILLA RECOGNITIONE opus habeant, vel non?*

HIc ut ordine, quo cœpimus, rectà progrediamur, ita in genere & in specie habendum.

Conclusio Prima.

48 *Instrumenta † non agnita, utpote inanima & muta non probant, nec fidem faciunt.*

l. procuratorem. 65. ibi: literis ejus approbatis. *D. de procurat. l. si quis decurio. in fin. C. de fals. l. relatum. in prin. D. de Jur. patron. cap. 1. §. fin. de for. comp.*

Ita

Ita Gloss. & Dd. in Commentarijs & Tractatibus.

Gloss. Alber. Bart. Castrens. & Joan. de Prato. *ad d. l. procuratorem 65.* Barth. *in Auth. Etsi contractus. n. 18. & 19. C. de fid. instr. & in l. admonendi. n. 26. de jurej.* Alciat. *in l. cognoscere. n. 1. D. de V. S.* per illum textum. Scacc. *lib. 2. de Judic. cap. 11. part. 4. diff. 1. cas. 1. n. 897. & seqq.*

In Consilijs & Responsis:

Aymo Cravett. *cons. 73. n. 15. in fin.* August. Beroj. *cons. 68. n. 21. vol. 3.* Surd. *cons. 368. n. 19.* Pacian. *cons. 107. n. 1.* Goedd. *cons. Marp. 28. n. 16. vol. 1.*

In Decisionibus.

Borgnin. Cavalcan. *decis. 27. n. 15. part. 2.* Surdus *decis. 265. n. 26.* Joan. Meichsner. *decis. 28. n. 91. tom. 1.* Koppen *decis. 46. n. 24. & 25.*

Declaratur † hæc Conclusio vera esse in Sigillis privatis, 49
non etiam publicis & authenticis. Etenim Sigillum privatum non magis probat, quàm scriptura & subscriptio privata, quæ nisi sit recognita, aut aliàs verificata, nullius est fidei. *d. l. procuratorem. 65. l. cum fidem. C. de non num. pecun.* facit *l. fin.* ibi: si de earum fide constiterit. *de Probat.* Roman. *cons. 303.* Covarr. *pract. quæst. 22. n. fin. tom. 2.* Koppen *d. decis. 46. n. 25. & 41.* Berlich. *part. 1. conc. pract. 44. n. 30. & 31. per text. & Dd. ibid. relat.*

Conclusio Secunda, ut & subsequens tertia hinc consequuntur.

Scriptura † privata sigillata, pro sigillante, nisi utrumq; & scriptura & Sigillum fuerit recognitum, non probat. 50

Per ea, quæ suprà *cap. 11. §. 3. concl. 4. n. 231.* pleniùs adduximus. Ingolstadiens. apud Giphan. *tract. de Renunciat. cons. 6. vers.* Man will. *pag. 196.*

Ampliatur, in tantum procedere, ut si fuerint mortui testes ante recognitionem, & nulla possit fieri literarum comparatio, corruat tota probatio, vel fides instrumenti. post Roland. *cons. 2. n. 39. vol. 1.* Ingolstad. *d. loc.*

Limi-

51 *Limitatur* † eo casu, quando Sigillum & voluntas sigillantis non negatur, neque negari potest: neque etiam, quando haud merè privatum est, sed magnorum Comitum: ac res pridem devenit ad successores & heredes: vel denique factum, in quo versamur, sit antiquissimum. Georg. Everhard. *cons. 51. n. 6. & 7. vol. 1.* post Carol. Molin. *ibid. relat.*

Conclusio Tertia.

52 *Ut Sigilla† privata non recognita nihil: ita recognita plenè contra sigillantem probant ea, quæ in scriptura sigillata continentur.* Sive: *Sigillum alicujus privatum recognitum satis contra ipsum sigillantem est authenticum.*

arg. l. 2. C. de reb. alien. non alien. cum similibus suprà *concl. 1. in pr. & fin. n. 48. & 49.* adductis, ut & infrà vers. Infertur hinc. Nam (ut est de scriptura privata JCtorum sententia) etsi contra sigillantem, cujus nomine scripta est, non probet absque Sigilli agnitione, cum id res inanimata & muta sit, quæ facile surripi possit; per tradita suprà *cap. 11. §. 4. concl. 6. n. 275.* attamen si Sigillum recognitum & approbatum fuerit, contra sigillantem plenariam facit fidem. Atque ita sentiunt Dd. comuniter

In Lecturis, Commentarijs & Tractatibus: veluti Bart. Salicet. Innocent. Abbas Panorm. Felin. Decius, Roman. Cæpolla & alij relati à Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 58.* Hippol. de Marsil. *ad Rubr. Cod. de probat. n. 320. & seqq.* Menoch. *lib. 2. de præsumpt. 57. n. 30.* Chilian. König *part. 2. Process. cap. 39.*

In Consilijs & Responsis:

Matth. Wesemb. *cons. 27. n. 10.* ubi hanc sententiam communem esse dicit: Ludolph. Schrad. *cons. 32. n. 2. vol. 2.* Jo. Goedd. *cons. Marp. 28. n. 31. & seq. vol. 1.*

In Decisionibus, Disceptationibus forensibus & Notis. Guid. Papæ *decis. Grationop. 481.* & ibi Ant. Rambaud. *in not. n. 3. in Voc. Sigillata.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 183. n. 16.* Joan. Koppen. *d. decis. 46. n. 23. 24. 25. & 41.*

53 *Ampliatur* † hæc Conclusio I. Etiamsi is, qui Sigillum scripturæ

pturæ impressit, neque manu propriâ eam scripserit, neque eidem subscripserit, *d.l.2.C.de reb. alien.* per quem text. ita dicere Bald. Salicet. & alios, & sequi eandem sententiam Bart. Decium, Roman. & similes scribit Nicol. Everhard. *d.cap.12.n.62.* ubi ad hoc enarratorum Dd. loca citat, & insuper *cap.2.Extr.de solut.* ubi subscriptio † & sigillatio parificantur, ac ob id ad probatio- 54
nem per recognitionem faciendam alterutrum sufficere addit. Quibus accumulo Schurpf. *cons.17.n.13. cent.1.* Covarr. *d. quæst.22.n.9.* Menoch. *de arb. jud. quæst. cas.113.n.10.* Berlich. *part.1. concl. pract.36.n.35. cum ibi relat. per l.8.§.15.D. Quib. mod. pign.* Scaccia. *lib.2.de Judic. cap.11.n.1162.* Coler. *de process. executiv. part.3. cap.1.n.102.* Koppen *decis.46.n.41.part.1.* quos etiam ex parte adducit Hunnius *part.2. Encyclop. jur. tit.18.n.1.2.& 3.* Atq; † ideò, 55
qui sigillat, eodem modo scripturam ratificare censetur, & vera fateri omnia, quæ in ea continentur, sicuti is, qui subscripsit. Nicol. Everhard. *d. tract. de fid. instrum. cap.12.n.58.& latè cap.9.*

Ampliatur II. † Non solùm in Sigillo majori alicujus ho- 56
minis privati, sed etiam in anulo signatorio, quemadmodum in terminis tradunt Innocent. & Panorm. *in cap. 2. n. 8. de fid. instr.* quos etiam sequitur Nic. Everhard. *d.cap.12.n.60. arg. l. ad testium. 21. §. signum autem. D. de testam. junctâ l.2. C. de reb. alien. non alien.*

Ampliatur III. † In casu *l. scripturas. 11. C. Qui pot. in pig. hab.* 57
ubi nominatim per legem requiritur, quòd in terminis ejus legis debitor vel propriâ manu scripsisse, vel subscripsisse debeat cautioni, adhibitâ quoque subscriptione trium testium, & tamen illo casu pro subscriptione sufficit, Sigillum tanquam æquipollens impressum fuisse. *arg. l. mulier. in prin. D. ad SC. Trebell.* Lud. Roman. *cons.303.n.2.* Cravett. *de antiq. temp. part.1. §. quæritur. n. 43.* A pari † enim procedunt, eandemque vim & 58
operationem habent subscriptio & consignatio sive sigillatio. *d.l.2. C. de reb. alien. non alien.* Hippol. de Marsil. *in repet. Rubr. Cod. de probat. n.300.* Guid. Papæ *decis.175.* Franc. Vivius *decis.54. n.1.* & alij plures, quos refero infrà *cap.15.Rub.6.concl.2.n.135.* Licet † enim privata scriptura in actis publicis non reperiatur, 59

nec etiam Consuetudine, Statuto, vel etiam conventione hoc robur accipiat; attamen plenam fidem meretur, si à partibus & testibus fuerit scripta, vel subscripta, & ab utrisque recognita: vel à subscribente, vel sigillante solùm. *l. Publia. 26. sub fin. D. Depos. l. cum de indebito. 25. §. ult. D. de prob.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 36. n. 29. & 30.* ubi quòd sola testium recognitio sufficiat, si partes decesserint, vel manum, sigillumve abnegent. Matth. Wesemb. *cons. 218. n. 37. 44. & 45.*

60 *Limitatur* I. † hæc ampliatio, ut non procedat, quando subscriptio & sigillatio simul pro forma requiruntur. Tunc enim unum sine altero nõ sufficit, sicut in testamento, in scriptis confecto cõtingit, per ea, quæ dixi *Infr. cap. 15. Rub. 5. Concl. 1. n. 92.*

61 *Limitatur* II. † Non solùm in istis casibus, in quibus sigillatio vel subscriptio pro solennitate substantiali requiritur, sed etiam ubi per modum conditionis exigitur. Tunc enim non facilè sigillatio pro subscriptione admittetur propter regu-
62 lam: Conditio † in forma specifica debet adimpleri. *l. qui heredi. 44. in pr. D. de cond. & dem. l. commodissimè. cum ibi notat. D. de lib. & posth.* Decian. *resp. 1. n. 2. resp. 49. n. 27. vol. 1. resp. 1. n. 21. vol. 2. & resp. 84. n. 1. vol. 3.* Matt. Wesemb. *cons. 132. n. 24.* Gail. *2. obs. 4. n. 16. & obs. 144. n. 13. ac lib. 1. de pac. publ. cap. 7. n. 23.* Ant. Gomez. *tom. 1. Var. resol. cap. 12. n. 77.* Valent. Forster. *cons. Marp. 8. n. 13.* & Goed. *cons. 28. n. 122. vol. 1.* Sixtin. *cons. 10. n. 51. vol. 2.* Vultej. *cons. 21. n. 70. & 234. vol. 3.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 64.* Dom.
63 Arum. *decis. 2. n. 6. & 7. lib. 2.* Ratio est, † quia conditio formam significat: ideò præcisè & in forma specifica, Decian. *resp. 106. n. 2. vol. 2.* nec per æquipollens adimplenda. Idem Decian. *resp.*
64 *88. n. 21. vol. 2.* Sixtin. *cons. 10. n. 51. vol. 2.* Non † moramur igitur, quòd Paulus Picus *comm. ad lib. 1. Feud. tit. 26 n. 6.* eandem quidem regulam referat, sed *n. 17. & seqq.* falsam esse putet, tenendo, conditionem per æquipollens adimpleri posse. *arg. l. in conditionibus. 19. §. si patronus. 2. D. de cond. & demonst. l. 2. vers. veluti he-*
65 *redis. D. de bon. poss.* Nam † hæc opinio secundum Ant. Gomez. *d. cap. 12. n. 77.* declarationem, & Vulteij *d. cons. 21. n. 234.* limitationem accipienda & intelligenda est.

Amplia-

Ampliatur IV. † In Subſcriptionibus. Nam quemadmo- 66
dum ſcriptura privata manu alicujus propria ſcripta, ſi recognita, vel confeſſata ſit, plenè probat contra ſcribentem: text. *in l. Publia. & ibi Bart. D. Depoſ. & in l. cum de indebito. D. de probat.* ita etiam ſcriptura manu alterius ſcripta, ab alio verò ſubſcripta, quaſi tota manu ejus ſcripta videtur, ſi à ſcribente recognita & propriâ confeſſione liquidata fuerit, plenam adverſus ipſum inducit probationem, poſt Bald. Felin. Pariſ. Covarr. & Nicol. Everhard. Martin. Mager. *tract. de Advoc. armat. cap. 14. num. 75.*

Infertur † hinc, talem ſcripturam privatam recognitam, 67
& confeſſatam, quantum ad ſubſcribentem, vim publici inſtrumenti, à tabellione confecti, habere. *d. l. Publia. D. Depoſ. l. cum de indebito. D. de probat. l. ſcripturas. C. Qui pot. in pign.* Covarr. *lib. 2. var. reſol. cap. 11. num. 4.* Zaſ. *conſ. 6. n. 8. lib. 1.* Rulant. *de Commiſſ. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 2.* Mager. *d. cap. 14. num. 76. & ſeq.*

Ampliatur V. † Ut procedat non tantùm in probatione fa- 68
cienda contra ipſum ſigillantem, ſed etiam heredes ejus, *arg. l. Nam poſtea. §. fin. D. de jurej. l. cum à morte. C. de rei vind.* Henning. Goden. *conſ. 109. n. 11.* Hinc † patet ejus dubitationis reſolutio, 69
quam Chaſſàn. *ad conſ. Burgund. Rubr. Nous auons faict mettre noſtre ſeel &c. n. 6.* de inſtrumentis antiquis non Notarij ſubſcriptionem, ſed Dominorum tantùm ſigilla habentibus, certa prædia ſubditis, vel alijs concedentibus ponit, utrum ex his legitima fiat probatio? Et ex prædictis ſat manifeſtum, quòd ſufficienter ex his contra ipſos Dominos, eorumque heredes fieri poſſit probatio. Quam deciſionem etiam de Conſuetudine Germaniæ ſervari, teſtis eſt Nicol. Everhard. *d. tract. de fid. inſtr. cap. 12. n. 50.*

Ampliatur VI. † Etiamſi ſigillans in literis ſive ſcriptura 70
ipſa, ejuſque ſubſcriptione, ſe illud Sigillum appoſuiſſe, profeſſus non fuerit. Æquè enim ipſi præjudicat, quod ſuo Sigillo ſcriptura ſigillata ſit. Panorm. *in cap. 2. n. 15. de fid. inſtr.* Ratio † 71
eſt, quia præſumitur Sigillum appoſitum ad præbendam

scripturæ de consensu ejus, ad quem Sigillum spectat, fidem, nisi contrarium probetur. *arg. lib. 2. C. de reb. alien. non alien.* & *cap. tertio loco. Extr. de probat.* Nicol. Everhard. *d. tract. cap. 12. n. 61.* ubi dicit hanc Panormitani sententiam etiam Decium *in d. cap. 2. in fin.* & Felin. *ibid.* ut & Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. quæritur etiam. n. 47. & seq.* sequi.

72 *Limitatur* † hæc ampliatio, prout suprà *Ampliationem II. vers. Limitatur I. n. 60.* non procedere diximus.

73 *Ampliatur* VII. † Obtinere principalem conclusionem, licet nulli testes illi Scripturæ, cui Sigillum appositum est, inscripti, vel subscripti sint. Nihilosecius enim talis scriptura probat contra sigillantem, *arg. d. l. 2. C. de reb. alien. non alien.* quem text.
74 dupliciter hoc probare † ait Nicol. Everhard. *d. tr. de fid. instr. cap. 12. n. 65.* 1°. Quòd ibi nulla de testibus fiat mentio, unde nec nos testes requirere debere. 2°. Quòd ibi ad præjudicandum sigillanti, non sit necessaria ipsius subscriptio, sed Sigillum ejus sufficiat. Ergo multò minus necessaria videri debet inscriptio vel subscriptio testium. 3°. Hanc etiam ibidem subdit rationem, quòd scriptura alicujus privata, vel subscripta tantùm ab aliquo, contra ipsum scribentem, vel subscribentem plenè probet, etiamsi nulli testes in ea inscripti, vel subscripti sint, *arg. l. scripturas. cum ibi notatis. C. Qui pot. in pign.* Ergo nec hîc necessariam esse testium subscriptionem, vel inscriptionem, quòd Sigillum eandem vim habeat, quam subscriptio contra scribentem obtinet.

75 *Limitatur* I. † Superior principalis Conclusio ex quorundam sententia, ut non habeat locum, si is, contra quem scriptura sigillata producitur, negat id esse Sigillum suum, atque ob id
76 non vult recognoscere. Tunc † enim negatione res fit dubia.
77 *l. post rem. cum ibi notat. per Bart. D. de transact.* Et ideò fundans † se in Sigillo ejus veritatem probare debet. *l. 2. de probat.* & in terminis tradit Molin. *ad consf. Parisf. tit. 1. §. 5. n. 14.* quemadmodum etiam chirographum, vel subscriptionem negatam. Nicol. Everhard. *d. cap. 12. n. 66. & cap. 9. ibid.* Videatur omninò suprà *c. 11. §. 1. v. Verùm in hac. n. 57. cum seqq.* & *c. 12. §. 1. concl. 1. n. 13. ac seqq.* Limi-

Limitatur II. †. Quòd quemadmodum ſubſcribens, ſi 78
nullam habeat contentorum in ſubſcriptis tabulis ſcientiam, illæ haud ad probandum aptæ ſunt; poſt Angel. Carol. Ruinus *conſ. 22. n. 5. vol. 4. per l. fin. C. Plus valer. quod agit. l. 2. C. de reb. alien. non. alien.* Martin. Mager. *de Advoc. armat. cap. 14. n. 78. & 79.* ita quoque ſi pars ſigillans id ſuum eſſe ſigillum fateatur quidem, ſed neget à ſe, vel ſua voluntate appoſitum, ſimili modo nihil probabit *arg. cap. tertio loco Ext. de probat. l. 2. C. de reb. alien. non alien.* Deficit † enim tunc conſenſus in quo fundatur pro- 79
batio ex ſigillo deſcendens. Nic. Everhard. *d. cap. 12. n. 67.* Confer ſuprà *cap. 11. §. 1. verùm in hac n. 57. & cap. 12. §. 1. concl. 1. n. 13. & ſeqq.*

Sublimitantur † præcedentes duæ limitationes, quando ſci- 80
licet adſunt Conjecturæ, ex quibus ſigillum conſenſu & voluntate illius, cujus eſt, appoſitum fuiſſe patet, veluti ſi ſigillans fuerit vir induſtrius, diligentiſſimus & rerum ſuarum obſervantiſſimus, quo caſu etiam in privato ſigillo Abbatis opinionem obtinere vult Covarr. *pract. quæſt. cap. 22. n. fin. tom. 2.* ad hoc, ut inde arbitrio judicis ingens quædam præſumptio aſſumatur.

Limitatur III. † Secundum locorum Conſuetudines. 81
Nam de moribus Germaniæ hæc multum variant. Quamplurimis enim in locis ſcripturas privatas, partium ſigillo vel ſubſcriptione munitas, etiam abſque recognitione, vel literarum comparatione, vel ſigilli, ſimpliciter plenam fidem importare, uſu obſervatur. In quibuſdam etiam locis expreſsè ſtatutum, **daß vff vnlaugbare klare Brieff vnd Sigel ſtracks geholffen werden ſolle**/ ut eſt Conſtit. Elector. Saxon. & Thuring. poſt Coler. à Koppen. *deciſ. 46. n. 43. part. 1.* annotata. Alijs multis in locis Germaniæ, imò etiam illis, quibus prædictæ Conſtitutiones vigent, recognitiones & literarum Comparationes Judicibus legalioribus adhuc in uſu ſunt, ut eò rectiùs veritati conſulatur & maleferiatorum fraudibus obvietur. Quando † igitur ſcriptu- 82
ræ contrahentium tantùm habent ſigilla partium, tum benè ad ſigillorum recognitiones recurritur, quo facto tales literæ plenè probant. *l. cum fidem. 4. l. generaliter. C. de non num. pecun. l. unic.*

C. de Confess. l. post rem judicatam. D. de re judic. l. cum de indebito. de probat. post Coler. Koppen. *d. decis. 46. n. 45. & 48.*

Conclusio Quarta.

83 *Sigilla † antiqua propter antiquitatem sine agnitione probant, ac pro agnitis habentur.* Vel generalius ita: *In antiquis instrumenta citra agnitionem Notarij alteriusve Scriptoris probant.*

L. census 10. D. de probat.

Ita Dd. in Tractatibus & Commentarijs & Processibus: Sigism. Scacc. *lib. 2. de judic. cap. 11. n. 916. & seq.* Granut. *lib. 1. Theorem. 25. n. 35.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 20.* Julian. Magenh. *ad part. 3. Ordin. Cam. tit. 11. in prin. pag. 352.* Wintzler. *ad process. Pels. tit. 36. n. 36.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 46.* Frider. Hiltrop. *part. 3. Process. Judic. tit. 12. n. 3. & 4.* & alij relati suprà *cap. 11. §. 2. concl. 6. limit. 5. n. 210.*

In Consilijs & Responsis.

Georg. Everhard. *cons. 51. n. 6. & 7. vol. 1.* post Car. Molin. *ad consf. Paris. tit. 1. §. 5. à n. 12. ad n. 18.*

In Decisionibus, Resolutionibus & Conclusionibus.

Cavalcan. *decis. 23 n. 82. in prin. part. 2.* Marta Neapol. Digest. *noviss. tom. 1. tit. Exemplum. cap. 7. & tom. 3. tit. Instrumentum. cap. 40. 44. & 45.* post Rotam Roman. *in noviss. Paleoti decis. 382. part. 3. lib. 3.* & Matth. de Afflict. *decis. 245. & 251.* Covarr. *pract. concl. 22. n. 9. in prin. tom. 2.* Hercul. Marescott. *lib. 1. resol. cap. 80. n. 6.* ubi similes alij auctores referuntur. Gabriel. *lib. 1. com. conclus. tit. de præsumpt. concl. 4. n. 12.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 36. & seqq. cum ibi relat.*

84 Ratio † Conclusionis I. hæc est: Quia scripturæ & sigilla mortuorum plus fidei merentur, quàm vivorum. Bald. *in l. comparationis 20. n. 26. C. de fid. instr. & in l. rationis. 6. n. 2. C. de probat.* Jason. in *repet. l. admonendi. 31. n. 120. D. de jurej.* Bernhard. Wurmbs. *lib. 1. tit. 17. obs. 3. n. 2.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 37.*

85 II. Ratio † est, quia Reipublicæ admodum utile est, antiqua

tiqua in dubium non vocari, ne res a Majoribus nostris gestæ, testimonio destitutæ, perpetuari non possint. *d. l. census 10. l. jubemus 29. §. sed ne aliqua. Cod. de testam.* Atq; sic in terminis concludere Joan. Ferrar. Montan. Rulant. & alios cum locis & præjudiciis à se adductis, testis est Berlich. *d. concl. 44. n. 38.*

Ampliatur † In scriptura privata, quæ æquè in antiquis probat. Cravett. *cons. 411. n. 9. vers. Et primò.* Cardin. Paris. *cons. 104. n. 55. lib. 1.* 86

Declaratur I. † Ut quando propter antiquitatem temporis sigilli recognitio fieri non possit, per comparationem: vel alia argumenta judici ad veritatis indagationem transeundum, nec propterea omninò despondendus animus. Myns. *resp. 31. n. 28. in med. decad. 3.* Joan. Goedd. *cons. Marp. 28. n. 40. vol. 1.* 87

Declaratur II. † Idem esse, quando adversarius non quidem manū, vel sigillum diffitetur, sed sibi ignota esse dicit, ad comparationem erit descendendum, cum aliàs valde iniquum esset propter heredis ignorantiam jure suo quem privari, vel negotium in veritate gestum corruere debere. Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 43. & 46. juncto n. 28. ac concl. 26. n. 31. ibid.* post Coler. & Rulant. *loc. ibid. citat.* 88

Conclusio Quinta.

In † remota regione sigilla etiam sine recognitione probant, quando à persona legali exhibentur instrumenta, illaq; juret instrumentum verum esse, & à publica persona confectum. 89

Ita Dd. in Commentarijs, Tractatibus & Processibus: Azo *in summa C. de fid. instr.* Cynus *in l. comparationes 20. C. eod.* Franc. Caldas. *tract. de Empt. cap. 35. n. 17.* Marq. Freher. *lib. 2. de Existim. cap. 6. n. 8.* Octav. Vestrius *lib. 6. prax. Rom. cap. 1. n. 8.* Rulant. *in addit. ad process. Ferrar. Mont. part. 2. lib. 2. cap. 5. vers. Ad §. ubi verò in vers. Instrumentis standum.* ubi ita in Cam. Imp. in causa Johan von Reinen contra Eberschwein/ observatum scribit.

In

In Responsis & Singularibus:

Mynsing. *resp. 21. n. 28. cent. 1.* Lud. Roman. *in suis singul. verbo: Instrumentum, vers. Cum instrumentum producens non sit suspecta persona.*

In Conclusionibus & Rebus quotidianis.

Joseph. Mascard. *de probat. concl. 1096. n. 14.* Berlich. *part. 1. concl. 44. n. 34. cum ibi relat. alijs.* Joan. Yanetz. Parlador. *lib. 2. Rer. quotid. cap. ult. part. 1. §. 11. n. 16. & 17.*

90 *Declaratur* † tamen hæc Conclusio, ut circa eam Cautela sit, quò tutiùs naviges, si scilicet in eam rem sub sigillo Civitatis, vel alio aliquo publico simul Testimoniales exhibeas, quòd talis scriptor legalis ac fide dignus sit.

Ita Dd. in Commentarijs, Tractatibus & Processibus,

Veluti Rebuff. *comm. ad Constit. Reg. tit. de Liter. obligat. art. 1. Gloss. 7. n. 7.* Conf. suprà *cap. 4. §. 1. vers. Unde valde. n. 31. & seqq.* ubi de Rebuff. doctrina hac pleniùs. Scacc. *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 900. 902. cumprimis verò n. 957. & 959.* Vestrius *d. cap. 1. n. 8. in fin.*

In Conclusionibus & Opinionibus Communibus:

Mascard. *d. concl. 1096. n. 13. & seqq.* Franc. Vivius *com. opin. 387. n. 2.* Berlich. *d. concl. 44. n. 35. cum ibi relat.*

In Decisionibus & Rebus quotidianis.

Nicol. Boer. *decis. 154. n. 5. & 6.* Joseph. de Sese *decis. Aragon. 232. per tot.* Parlador. *d. lib. 2. part. 1. §. 11. n. 16. & 17.*

Conclusio Sexta.

91 *Publica † atq; Authentica sigilla, utpote satis nota, Recognitionis & Comparationis adminiculis non indigent:* Sive: *Sigilli satis Noti recognitio non requiritur, sed etiam sine ea fidem facit; secus autem si sit Ignotum.* *cap. 1. ubi Gloss. dist. 98. l. scripturas. 11. C. qui pot. in pign. hab. l. census 10. C. de prob.*

Ita Dd. in Commentarijs, Tractatibus & Processibus:

Bartol. Salic. & alij *ad d. l. scripturas.* Menoch. *lib. 2. de arb. jud. quæst. cas. 113. n. 8.* Andr. Knich. *in Encyclop. cap. 2. n. 56.* ubi, quòd illu-

illustrium sigilla etiam non recognita probent. Rutg. Rulant. *de Commiss. & Commiss. part. 1. lib. 5. cap. 2. n. 16. lit. b.* ubi, quod sigillum Imperatoris per se sit satis notum, recognitione opus non habens: *& rursf. cap. 39. n. 22.* Coler. *de Process. execut. part. 3. cap. 8. n. 17. & seq. ac cap. 1. n. 92. cum seqq.*

In Consiliis & Conclusionibus:

Collegium Papiens. *cons. 97. n. 92.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 31. cum ibi citat.*

In Definitionibus, Decisionibus, & Resolutionibus.

Ant. Faber. *in Cod. lib. 1. tit. 3. defin. 29. n. 2.* Joan. Koppen. *decis. 46. n. 41. part. 1.* Hercul. Marescott. *lib. 1. var. resol. cap. 80. n. 6.* ubi præjudic. & Dd. citantur. Gilman. *tom. 1. Symph. part. 3. vot. 14. n. 12. & seqq.*

Ratio † Conclusionis hæc redditur: quòd ejusmodi sigilla quasi publicè cognita pro recognitis habeantur, & publicam fidem faciant. Ant. Faber. *d. defin. 29. in not. n. 2.* Conf. infrà *§. 3. Concl. 1. Declar. 3. cum ejus subdeclar. 1. n. 122. & 123.* 92

Non obstat † huic Conclusioni, quòd antiquis instrumentis sigillatis non videatur fides, nec integritas habenda, *per text. expr. in Novell. 111. in fin. prin.* cum ignotis tabellionibus & testibus non credatur. *Novell. de testib. 90. cap. 1. §. si verò ignoti.* Specul. *tit. De instr. edit. §. restat. 8. n. 6. in prin.* Respondetur † enim modò dicta de instrumentis falsis & in sua materia corruptis & vitiosis accipienda esse; quæ meritò tractu temporis convalescere, & vires assumere non possunt. Bald. *in l. comparationes 20. n. 26. vers. Non obstat textus C. de fid. instrum.* Berlich. *d. part. 1. concl. 44. n. 36. & 39.* 93 94

Nec ab hac Conclusione Chilian. † König (cui seu Regulo & Duci practicæ Saxonicæ, quoad formam procedendi, maximè in Judicijs causarum ordinarijs utplurimum tanquam Lesbiæ regulæ inhæreri solet. Matth. Coler. *in Epist. dedicat. ejus process. in med.* Frider. Pruckman. *cons. 2. n. 339. vol. 1.*) abire censendus est, dum † *part. 2. Process. cap. 39.* ita scribit: Darumb thut es wenig/ daß ein Sigel auffgedrucket werde/ es sey dann daß der/ der es auffgedruckt/ sich darzu bekenne/ secundum Innocent. *in cap. 2.* 95 96

col. 2. de fid. instr. Vnd das ist nicht allein in den schlechten / sondern auch in den gemeinen Sigeln / als der Bischoffe / einer Stadt / Capitul vnd Versamblung zu vernehmen / ut per Bald. *in l. si qua per calumniam. C. de Episc. & Cler.*

97 Nam † si totus prædicti König contextus & antecedens & sequens inspicitur, non tàm de hac speciali recognitione, quàm generali illa agnitione & approbatione impressi vel appositi sigilli, quæ semper cum voluntate & consensu Domini ad falsitates & fraudes evitandas fieri debet, *l. unic. §. ne autem. C. de Caduc. toll.* conceptus est, quo sensu cum communi omnium Dd. opinione, de qua *cap. 11. §. 4. concl. 4. n. 272. & seq.* diximus, haud pugnat. Aliàs † sufficere hæc sigilla publica illâ in re-
98 gione, ubi sigillatio facta, incognita & ignota non esse, uti de sigillo Comitis illud recognoscere abnegantis, respondet Mynsing. *d. resp. 21. n. 28. cent. 1.* Conf. suprà *cap. 11. §. 2. concl. 1. vers. Limitatur III. n. 120. & seqq.*

99 Hinc † cum in Curia Romana dubitatum fuit: *An literis Episcopi, solo sigillo recognito, credatur in literis, quas fecit in non subditos ad ordinandum non subditum de licentia sui Ordinarij?* Et fuit decisum, quòd cum agatur de modico præjudicio, quòd credatur. Joan. Mohedan. *decis. Roman. 128. n. 1. & 2.*

Conclusio Septima.

100 *Sigilla † tàm Commissarij, quàm Adjuncti à partibus tempore publicationis attestatorum recognosci debent.*

Rulant. *de Commiss. & Commiss. part. 1. lib. 6. cap. 1. n. 11.* Otto Melander. *com. ad* Noe Mäurer / *part. 2. Rubr.* vom sechsten Termin. *vers. Recess. cum seqq.* Christoph. Schwanman. *lib. 1. Process. Cam. cap. 47. n. 2.* & cum his Frider. Pruckman. *cons. 21. n. 64. vol. 4.*

Conclusio Octava.

101 *Marchæ † simplices* (quas humiliorum Signa vocat Suetonius in Tiber. *cap. ult.*) *& Rusticorum Notæ etiam recognoscendæ sunt.*

Nam

Nam † quemadmodum cujusque instrumenti recognitio fieri debet: sic etiam alicujus vel Marchæ simplicis, vel Notæ, uti inter Rusticos moris, agnitionem fieri necesse est. Anton. Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 16. defin. 23.* Joann. Petr. Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. clausul. 6. Gloss. 3. part. 7. n. 4.* Rutg. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 35. lit. λ.* benè notandum hoc esse scribens, cum moribus nostris quotidiè eveniat, ut scribere nescientes signum suum manu subijciant. 102

Conclusio Nona.

Non † tenetur quis protinus post reproductos Processus sigilla vel manum propositam ad instantiam Procuratoris exadverso recognoscere, 103 darauff er sich *ante litis contestationem, vel etiam quando in causa conclusum est,* zu handlen nicht schuldig erkant.

Tilman. de Benign. *prodrom. Pentecost. 5. Obs. Cam. Imp. 33.* Gilman. *tom. 3. Symph. inter Decis. seu præjud. Cam. verb. Sigillorum recognitio pag. 322. & seqq.* ubi tale ponit exemplum: † Wann 104 ein cliens reus were / vnd actoris procurator statim productis processibus, & reo comparente, libellum producirte / in quo multorum documentorum mentio fieret, & ad recognoscendum sigilla acriter instaret: Rei procurator replicando potest respondere, cum lis non sit contestata, & cliens suas in jure validas Exceptiones habeat, ut in puncto incompetentiæ vel devolutionis, ideò eum non teneri, ut in puncto principalium productorum sigilla recognoscat, vel diffiteatur. Dann wann man sich auff eine Schrifft referirt, darauff man zu handlen nicht schuldig / da ist auch vnnötig / daß man derselben sigilla recognoscire. Et rursum † *ibid. pag. 323.* aliud subdit exemplum, veluti: 105 Als wann schon in causa concludirt were / vnd Titij Gegentheil petitionem pro rescissione Conclusionis eingeben / vnd in derselben angezogenen documenta mit producirt auch eingeben / vnd dann deren recognition begert / ich mich aber auff solche producta zu handlen nicht schuldig erkennete / so were ich die producirte documentorum Sigilla zu erkennen auch nicht schuldig.

Conclusio Decima.

106 *Sigilla † & Scripturæ, quæ non probant, nec sunt validæ, ad eas recognoscendas nemo tenetur.*

Cavalcan. *decis. 27. n. 54. part. 2. & decis. 34. n. 11. part. 5.* Pacian. *cons. 11. n. 1. & seqq.* Nicol. de Passerib. *lib. 2. de priv. script. tit. de Apocha man. debit. script. in Addit. n. 32.*

107 Hinc † illæ secundariæ traduntur à Dd. Conclusiones: Sigillum vel Scriptura, si fortè ex circumstantijs sit de falso suspecta, recognitione, utpote frustraneâ, non indiget. post Rotam. Costa *de fictionibus cap. 8. cas. 6. n. 19.* Rulant. *part. 2. de Commiss. lib. 5. cap. 39. n. 3*

108 *Item:* † Rasum, mutilatum & notoriè impertinens sigillum ac scriptura recognoscenda non est. Pacian. *d. cons. 11. per tot.* Cavalcan. *d. decis. 77.* Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 3. & n. 17. in fin.*

109 ubi exemplum † ponit in causa Schaumburg contra Hamburg vnd Dennemarck/interveniente simplicis querelæ den Billenwerder belangende/injungitur recognitio 16. August. Anno 1579. Ad proximam D. G. auff gestrigen Bescheid/demnach das Mittel Sigel hinweg/ deßwegen nicht zu recognoscirn, vnnd die beyde vbrig vnbekant/das vbrig in circumferentia verschrt/ wüste er es nicht zu recognosciren/ diffitetur. Die 10. Octobr. R. sey diese recognitio vngemäß/ soll es purè diffitiren, oder recognosciren. G. repetit priora. Judex 18. Octob. ita pronunciat, daß D. G. Krafft SpecialGewalts medio juramento zu recognosciren schuldig: id quia aliter judici cognitum.

110 *Ampliatur* † etiam in instrumento præscriptione sublato. Nam recognitio & Confessio instrumenti tàm publici, quàm privati, præscriptione sublati, recognoscenti non præjudicat. Alphons. de Azeved. *lib. 4. Com. in Reg. Hispan. Constit. tit. 15. leg. 6. n. 41.* ubi de hoc latè tractat.

Conclusio Undecima.

111 *Int Epistolarum recognitione exacta diligentia aliàs requisita, remissa est.*

Cæsar de Grassis *decis. Roman. 113. n. 7.* Rota Genuens. *decis.*

decis.18.n.12. Bursat. *cons.103.n.9.* Nicol. de Passer. à Janua *lib.3. de privat.script.quæst.1.n.45.*

Ratio † est, *tùm*, quòd eæ perrarò in præsentia testium exarentur: Cæs. de Grass. *d.decis. Rom.113.n.7.* & alij modò relati, *tùm*, quòd ijs, solâ literarum factâ comparatione, mittentem scilicet illas scripsisse, absque ullo etiam Sigillo credatur. *l. cum tabernam. §. Idem quæsiit.* ibi: quamvis signatæ tabulæ non fuerint &c. *D. de pignor. l. comparationes. 20. C. de fid. instr.* Tyndarus *tract. de testibus. lib.2. cap.8.n.6.* Conf. suprà *cap.10. vers. Non obstat. n.16. cum seqq.* 112

Conclusio Duodecima.

Alienum † æquè ac proprium suum Sigillum quis recognoscere tenetur. 113

Quamvis † regulariter quis non nisi propriam scripturam recognoscere teneatur, *Auth. contra qui propriam. C. de non num. pecun.* usu tamen receptum est, ut ad petitionem actoris reo passim injungatur alienæ scripturæ recognitio, modò verisimiliter appareat eum notitiam ejus habere. Hart. Pistor. *obs. sing.196.n.1.& seqq.* ubi *n.5.6.7.* præjudicium curiale & confirmatum in superiori judicio addit. Bursat. *cons.39.n.23.* Scacc. *lib.2. de Judic. cap.11.n.897.& seqq. ac n.1070. cum seqq.* Franc. Person. *quæst.14.n.6.* Consultat. Saxon. *lib.4. quæst.118.* 114

Qua de re dixi suprà *§.1. sub vers. IIX. Heres n.24. cum seqq. & vers. X. Uxor. n.28.& seqq.* ac infrà *§.5. in prin. n.174.*

§. III.

IN † QUIBUS CAUSIS RECOGNITIONI locus sit, vel minus? 115

Causas † *Civiles* quod attinet, de his sequens tenenda est Conclusio. 116

Parte adversâ ad jussum Judicis in causa Civili per contumaciam non recognoscente instrumentum, habetur illud pro agnito, & confessato, atque tale ad petitionem partis acceptatur, & plenam fidem meretur.

Ita Dd. In Tractatibus & Processibus.

Gail. *lib. 1. de Pac. publ. cap. 15. n. 14. & seqq.* Scacc. *lib. 2. de* [illegible] *cap. 11. n. 923. & 1055.* Coler. *de process. Execut. part. 3. cap. 1.* [illegible] *101. & seqq.* Nicol. de Passer. *lib. 1. de priv. script. quæst. 3.* [illegible] *227.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. num. 5. & 8. p*[illegible] *relat.*

In Consilijs, Consultationibus & Conclusionibus.

Joan. Gutiretz *cons. 37. n. 1. per ibi relat.* Alvar. Valasc. *Consult. 164. n. 2. in fin.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 59. & concl. 36. n. 36. cum ibi relat.*

In Decisionibus & Observationibus.

Joan. Koppen *decis. 46. n. 33. part. 1.* Gail. *1. obs. 80. n. 6.* Wurmbs. *1. obs. 1. n. 3. tit. 20. de Instr. edit.* Auctor Obser. Camer. annexarum Julian. Magenhorst *comm. ad Ordin. Cam. obs. 35.* Atque ita
117 decis. in Camera Imp. 10. Mart. 1567. Si quis † igitur judicialiter produxerit Documenta quædam sigillata ad probandam suam in libello & articulis conceptam intentionem: Reus autem ea recognoscere contumax esset, Judex vel Assessores Cameræ Imperialis ex officio habent facultatem sigilla & scripturas hujusmodi pro recognitis acceptare, & simul in continenti in una sententia pronunciare pro actore. Ita judicatum 12. Februar. Anno 1565. In Sachen D. Jacob Friedrich Mewer Klägern eins/ wider Jacob Juden zu Schweickhausen Beklagten anders theils / Ist das Sigel der Original-Schuldverschreibung/ vnd derselben Vnterschrifft in contumaciam für bekand / vnd die Sach von Amptswegen für beschlossen angenommen / derhalben publicatio erkent / vnd D. N. zu ferner Handlung hiemit zugelassen. Hoc est, Sigilla attestationibus nuper productis impressa pro agnitis acceptata, eaque propter publicatio decreta, & D. N. ad agendum ulteriùs admissus est. Idem toto die in alijs multis causis observatur, ut documenta sigillata in vim probandi producta pro confessatis per sententiam acceptentur, quando scilicet pars, vel Procurator ejus recognoscere vel diffiteri

diffiteri ea non voluerit, vel distulerit, raroque injungitur probatio, uti observatũ in causa Geil contra N. Juden: Ense contra Ertzbischoff zu Cöllen: Sayn contra Trier simplicis querelæ: Et in causa Barby contra Magdeburg & infinitis alijs, teste Auctore *obs. Camer. 55.* qui annexus est Hieron. Mariliani decisionib. Rulant. *part. 1. de Commiss. lib. 6. cap. 1. n. 13.* Berlich. *d. part. 1. concl. 44. n. 59. in allegatis.*

Ampliatur † hæc Conclusio, ut quamvis comparens ad faciendum recognitionem, nihilominus exceptionem declinatoriam salvam habeat: attamen contumaciter sese absentanti id denegatur, ex quo semel per Interlocutoriam pro agnita acceptata. Ant. Faber *in Codic. lib. 3. tit. 12. de Jurisdictione. defin. 44.* 118

Declaratur I. † præcedens Conclusio vera esse, nisi pars recognoscens semel in judicio comparuerit. Sin autem nunquam comparuisset, & lis in contumaciam pro contestata acceptata esset, actorq; ex tribus Ordinarijs vijs, unam in causa procedendi elegisset, hoc casu sigilla & manus per Comparationem probanda erunt. Ita servatum in causa D. N. contra Comitem N. ubi à D. N. in contumaciam processus institutus, quòd scriptæ & consignatæ Officij literæ, salarij promissi nomine ipsi servatæ non fuerint: quia verò Comes nunquam comparuit. D. N. injunctum fuit, ut Sigillum probaret. d. Auctor *Obs. Cameral. 35.* 119

Declaratur II. † In magnis & arduis causis. Sigilla enim semel in judicio comparentis contumacis probanda, nec in contumaciã nõ recognoscentis pro recognitis acceptantur, si causæ magnitudo & personarum qualitas diversum suadeant. Gail. *d. lib. 1. de pac. publ. cap. 15. n. 16. vers. Quod tamen non procedit.* Auctor *d. obs. Cam. 35. in fin.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 5.* Berlich. *part. 1. pract. concl. 44. n. 61.* Ratio est, † quòd hæ causis criminalibus comparari soleant, *per modò allegatos*; in quibus sigilla nunquam pro confessatis & recognitis acceptantur, ut infrà *n. 131.* diximus. 120 121

Declaratur III. † Nunquam sigilla in contumaciam pro agnitis haberi posse vel debere, nisi ea fuerint Imperatoris, 122

Prin-

Principis, vel alicujus Communitatis, cum notoria & certa esse videantur. Guil. Scipio *part. 1. decis. Rot. Cam. 225.* Marta Neapol. *part. 1. Digest. noviss. tit. Sigillum. cap. 3.* Erasm. Rosencorb. *controvers. 101. n. 11.* Scaccia *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 905. & seqq.* Conf. suprà *§. 2. concl. 6. n. 91. cum seq.*

123 *Subdeclarantur* † modò dicta I. quòd Sigillis Imperatoris, &c. usque adeò stetur, ut hæc in Judicio Cameræ Imper. recognosci non soleant: quemadmodum etiam ubi Acta in Consilio aperiuntur, Sigillum Judicis non recognoscitur. Julian. Magenhorst. *part. 3. Comm. ad Ordin. Cam. tit. 11. pag. 352.*

124 *Subdeclarantur* II. † Aliàs non sufficere solius Judicis notitiam, ut hæc Sigilla tanquam notoria acceptari in contumaciam pro agnitis possint: quia nihilominus parte opponente formiter erunt recognoscenda; nec posset se de eo Sigillo, scripturave informare extrajudicialiter. Scacc. *lib. 2. de judic. cap. 11. n. 915. juncto n. 910. cir. fin.*

125 *Declaratur* IV. † Quòd sicut non absolutè citra considerationem casuum articuli in Contumaciam pro confessatis acceptantur: sic nec adversario recusante pro recognitis Sigilla. Scacc. *d. loc.* Gail. *1. obs. 80. n. 2.* Rulant *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 8. post med.* ubi sic observatum scribit in causa D. Joan. Brentzlein/contra Hans Jacoben Hunten/ 15. Septembr. Anno 1580. Et in causa Sophiæ von Grumbach/ denegatæ justitiæ, 22. April. 1583. Item Stadt Landaw contra Münsterische Eigenthumbs Erbgenammen 12. Septembr. Anno 1586. Gothofr. An-
126 tonij *in adversar. ad d. Gail. obs. 80. n. 2.* Atque † ideò dilatio indulgenda Procuratoribus, ut Dominis antè notificent recognitionem injunctam esse. Vincent. de Franch. *decis. Neap. 304.* Rulant. *d. cap. 39. n. 19. in fin.* Idque hac de causa, quod ipsæmet partes utplurimum non sint præsentes, procuratoribusque manus & sigilla incognita, ut propterea ipsis ad consulendum suos principales, ne ijs præjudicet, tempus concedendum sit: uti factum in causa Paul Graf zu Salm/contra Pfaltzgraf Georg Hansen. Anno 1575. Rulant. *d. cap. 39. n. 18. & 19.* Berlich. *d. part. 1. concl. 44. n. 19. & 20.*

Decla-

Declaratur V. † Quòd non nisi contra verum contumacem pro agnitis in contumaciam instrumenta acceptari possint: secùs autem in ficto contumace. Latè Scacc. *lib. 2. de judic. cap. 11. n. 923. vers. Restringe. cum seqq.* magisque † ex stylo & consuetudine est, quàm aperta juris decisione, quòd instrumenta in contumaciam non recognoscentis pro agnitis habeantur, nisi omnes illæ conditiones, de quibus *in cap. si post præstitum 2. de Confess. in 6.* concurrant. Petr. Gilken. *in l. cum quidam. fin. n. 8. C. de fid. instr.* Auctor *obs. Camer. quæ annexa sunt Marilian. decision. obs. 55.* 127 128

De † Causis ***Summarijs*** ita conclusivè habendum. 129

In causis Summarijs ab initio actus recognitio fieri, & Protocollo inseri solet.

Dn. Wilhel. Anton. *tract. de Rescript. morat. concl. 57. n. 17. & seq.* In his † enim causis non secundum juris ordinem, sed de facto, summariè, & executivè sine longo (ut Juuenal. *satyr. ult.* cecinit) sufflamine litis, proceditur. Asin. *in prax. jud. part. 1. § 3. cap. 31. n. 20. & 21.* Gail. *1. obs. 20. n. 6. & 7.* Jacob. Schultz *obs. 3. n. 140.* Schrad. *in l. licet. 1. n. 6. C. de Condict. ex leg.* Cothm. *resp. 55. n. 140. vol. 2.* Casp. Klok. *dissert. de Contrib. Imp. concl. 60.* Nostri ajunt, de plano, sine strepitu & figura judicij: *Clem. sæpè. de Verb. sign.* omniaque in his sublata censentur, quæ sunt juris positivi: non ut pro libitu vagari & procedere in ijs liceat, sed ut tempora adstringantur, & dilationes abbrevientur. Berlich. *part. 1. concl. pract. 38. n. 13. 14. 15. & 16. cum ibi relat.* 130

Causæ † deniq; ***Criminales*** hanc tenent Conclusionē. 131

In Causis Criminalibus sigilla & manus non habentur pro Confessatis, sed partes ad probandum per Testes, vel Comparationem admittuntur.

Gail *lib. 1. de pac. publ. cap. 15. n. 13. & seq.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 8. vers. Quod tamen sub illa distinctione.* Berlich. *d. part. 1. concl. 44. n. 60.*

Extenditur † hæc Conclusio quoad causas Fractæ pacis. 132
In his enim literarum vel instrumentorum ex parte Rei in

contumaciam non recognoſcentis Sigilla, pro recognitis non acceptantur, veluti, ſi quis literas belli denunciatorias, hoſtiles, vel diffidatorias, Abſagbrief alteri ſcripſiſſet, & is ob id ad Cameram ſuper Conſtitutione fractæ pacis citatus, non compareat, hoc caſu Sigilla talium literarum in contumaciam pro recognitis non recipiuntur, ſed ad probandum per Teſtes, vel literarum comparationem admittuntur. *l. comparationes. 20. C. de fid. inſtrum.* Gail. *d. cap. 15. n. 13.* quem ſequuntur Rulant. & Berlich. *dd. loc.*

§. IV.

133 *QUOMODO † ET QUALITER FIAT RECOgnitio, & quæ, ut fidem mereatur, requirantur?*

134 Vix ullum † Commiſſionum genus circa inſtrumenta extat, quod recognitione hac careat, aut carere poſſit, adeò ex indies decernuntur & ſæpè Commiſſario inſtrumenta occluſa mittuntur, ac ut recognoſcere faciat, injungitur, poſt exempla remiſſivè ex Barthio allegata à Rulant. *de Comm. part. 2. lib. 5. cap.*
135 *39. in prin.* Ut autem † recognitio ritè facta dicatur,

Primò, **Citatione** opus eſt. Ante omnia enim Judex meminiſſe debet, ut ſi de tali ſigillatione vel ſubſcriptione oriatur controverſia, vel charta blanca ſive alba tantùm, ſigillata tamē & ſubſcripta tradita ſit, ad hoc ut deinceps contractus ei inſcribantur, ſigillantem & ſubſcribentem ad recognitionem, per ſe perſonaliter, vel aliud ad id ſpeciale habentem mandatum, citari faciat. Rulant *de Commiſſ. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 3. in med. & in fin.*
136 *ac n. 4.* Sunt enim, † *inquit* Anton. Hering. *tract. de fidejuſſ. cap. 11. n. 103.* quòd nonnulli aliorum manus fuerint imitati, ſigillaque eorum interceperint & ſic fraudem commiſerint, illuc exigentes, quod nunquam crediderant, qua de re videri poſſunt Sueton. *in Tito cap. 3.* Cuſpin. *in vita Aurelian.* ubi de ejus Notario ſive Scriba Meneſthio: Stumpff. *lib. 7. hiſt. Helvet.* ubi de Hulderico Wagnero & Ægidio cive Bernenſi. Gregor. Turonenſ. *lib. 10. hiſt. cap. 19.* Chriſtoph. Pezel. *part. 3. Poſtill. Melanch. pag. 205.*

pag. 205. Cujac. *tract. de præscript. cap. 31.* Gilken. *part. 1. de præscrip. cap. 1. n. 56.*

Secundò, † Fieri debet recognitio *in Judicio,* & quidem eo, 137
ubi instrumenta ad jussum judicis fuêre producta. *l. prætor ait, §. sed ibi compellitur. ubi Bald. n. 1. & seq. C. de Edend.* Coler. *de process. execut. part. 3. cap. 1. n. 104. & seqq. ac cap. 8. n. 18.* Berlich. *part. 1. concl. 44. n. 56.* Etenim non aliter recognitio operatur ac relevat, quàm si in judicio fiat. Petr. Rebuff. *ad Const. reg. part. 1. tit. de Chirograph. recogn. n. 68. in præfat.* Koppen. *decis. 46. n. 27. in prin. part. 1.*

Declaratur I. † hoc requisitum, quòd tamen non necesse sit 138
eam fieri pro tribunali, sed etiam domi apud Judicem eam peragi sufficiat. Jason *in l. fin. n. 4. C. de Edict. Divi Hadr. toll.* Coler. *de process. execut. part. 3. cap. 1. num. 101.* Koppen. *d. decis. 45. num. 16.*

Declaratur II. † Nisi instrumenta in alia conserventur Pro- 139
vincia, vel in archivo publico. Tunc enim mittendæ erunt sumptibus producentis partis personæ ad recognoscendum sufficientes. Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 57.*

Declaratur III. † Si recognitio fiat per Fœminas, tunc ut 140
in Judicio fiat, necesse non est, sed Notarius ad ædes earum mittitur, ut coram illo instrumenta recognoscant, prout in judicio curiali Lipsensi 11. Martij Anno 1609. pronunciatum refert Berlich. *d. p. 2. concl. 44. n. 4. & n. 5.* ubi idem in Senibus, Valetudinarijs, illustribus, & alijs egregijs personis obtinere scribit, per text. *in l. ad personas egregias. 15. D. de jurej.* Capell. Tholos. *quæst. 100. n. 1. in prin.*

Declaratur IV. † Quòd etiam coram Deputatis Sigilla, si- 141
gna, manus Notariorum agnosci & Commissarij peti, nominarique possint & soleant. Kamergerichts-Ordn. zu Regenspurg. Anno 1507. auffgerichtet / Rubr. Wie es mit Besichtigung der Sigel / rc. ubi ita sancitū: Item, als mit Besichtigung der Sigel / Zeichen der Notarien / Hand- oder andern Schrifften / durch die Procuratores offtmahl im Gericht viel unnützer / undienstlicher Rede / dē Partheyen zu schadē vñ zu verlängerung der Sachen reichend / gebraucht werdē /

wollen wir/ daß solche Besichtigung vnd Bekantnuß der Notarien Sigel vnd Schrifften hinfüro nicht im Gericht / sondern nach der Audientz in der Cantzley von Beysitzern / so darzu verordnet / beschehen soll/Ordin. Cam. Imp. *part.3.tit.11.§.1.* & ibi Julian. Magenhorst *in prin.* Cisner. & alij. Petr. Denais. *de Jur. Cam. tit.118. n.2. & tit.257.n.1. & 2.* Guil. Roding. *lib.2. Pandect. Cam. tit.10.n.5.*

142 Hinc † notandum venit, I. Wo ein Judex die Handlung aufferlegen würde/ were ich schuldig die Sigilla entwedes zu recognoscirn, oder zu diffitirn; so aber einer in præparatorijs ad recognoscendum mit der Handlung in puncto principalium vorgebracht/ compellirt würde/ kan er salvis exceptionibus oblatis recognosciren. Gilman. *tom.3. Symph. inter Decis. Cameral. verb. Sigilli recognitio. pag.323.*

II. Notandum, Documenta Originalia in Judicio producta, nec dum recognita, à Lectoribus Cameræ Imp. non reposcenda, nec impetranda esse, Visit. Memor. *59.§.39.* dieweil auch fürkompt. Denais. *de Jur. Cam. tit.124.n.2.*

III. Sciendum, Procuratores, qui sigilla, manusve agnitas non receperint, Judici à Lectoribus dicendæ causæ, pœnæq; sustinendæ nominandos esse. Lector. Mem. *77.§.ult.* Denais. *d.loc.n.5.*

143 *Tertiò,* † *Incontinenti* fieri debet recognitio, vel ad proximam, cum extrinsecam saltem formam concernat, salva veritatis substantia. Gilman. *d. tom.3. Voc. Sigilli recognitio. §.4.* Cavalcan. *decis.27.n.56.part.2.* Rulant *de Commiss. part.2.lib.5.cap.39.n.17. post prin.* Recognoscenda igitur in Camera Imp. sunt Sigilla, manus & scriptura sub Comminatione Recognitorum. Licet autem si Actorum sigilla acceptentur pro recognitis, quidam ex Dnn. hoc de Sigillis Attestationum, Commissarijs scilicet à Camera datis tantùm intelligant, quidam generaliter: extant tamen utriusque præjudicia. Formula Comminationis Recognitorum hæc esse solet: Mit dem Anhang/ 2c. daß alßdann die Sigilla & manus berürter Documentorum: vel, die Pittschafften vnd Insigel berürter Originalium, vffgedruckt/ oder angehenckt/ vor bekand angenommen / vnd jhm der Weg solches zu thun / hiemit benommen seyn soll.

Quartò.

Quartò. † Et quidem vel *per Comparationem*, juxta 144
ea, quæ dixi *cap.* *u. vers. Fit sigilli n. 27. cum seqq.* Vel *per Testes* talis fieri potest recognitio, etiamsi confectioni instrumenti non interfuerint, sed solùm manum Notarij sibi notam esse, dicant: Caputaq. *decis. Rom. 27. lib. 1.* Granut. *lib. 1. theorem. 15. n. 35.* Berlich. *part. 1. Concl. 44. n. 21. & seqq.* Item se credere, illius esse manum. Decius *cons. 445. n. 18.* Parlador. *lib. 2. Rer. quotid. cap. ult. part. 1. §. 5. n. 6.* Nam † instrumenta Notariorum sufficien- 145
ter agnoscuntur per testes manum sibi notam esse deponentes, cum rarò in instrumentorum confectionibus præter duos requisitos alij adhibeantur. Octav. Vestrius *lib. 6. prax. Roman. cap. 1. n. 8.* Hercul. Marescott. *lib. 1. var. resol. cap. 80. n. 1.* Ideò quando per testes fit recognitio, eos deponere sufficit per verba: mihi videtur: cum solo judicio intellectus id fiat & percipiatur, an sit eadem manus, vel sigillum. Farinac. *cons. 11. n. 38. lib. 1. & decis. 70. n. 1. part. 1.* ex Alexandro ibid. adducto.

Ampliatur, † In literis Cambij, in quibus talis recognitio, si- 146
bi notam esse manum scribentis, sufficit. Bursat. *cons. 103. n. 9.* Mascard. *de probat. concl. 991. n. 4.* Fontanella *de pact. nuptial. tom. 2. claus. 6. Gloss. 3. part. 7. n. 31.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 26. per ibi relat.* Sed qualiter † apochæ privatæ facienda sit recogni- 147
tio, docet Tuschus *tom. 6. pract. concl. lit. R. conclus. 50. pag. 474.*

Declarantur † modò dicta I. quando alia per testes occur- 148
runt adminicula, dicentes sibi manum notam, & scriptura illa cum sigillo suo reperta sit inter alias ejus scripturas: vel testes sint omni exceptione majores, ut eorum cognitioni magna vis insit: vel literæ sint cambij: vel antiquæ: vel literarum comparatione, testibus subscriptis jam vità functis, adjuventur, &c. sufficienter fit recognitio. Seraphin. *decis. Rom. 700. in fin.* Steph. Gratian. *part. 5. discept. forens. cap. 895. n. 35.* Fontanell. *d. loc. n. 20. & seqq.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 24. & seqq.* Quæ † decla- 149
ratio propterea probè notanda, quòd aliàs regulariter requiratur, instrumentum in præsentia testium esse confectum, nec sufficere attestari manum sibi notam esse. Franc. Vivius *com. opin.*

opin. 889. n. 4. verbo, Testis. Scacc. *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 113. & seqq.* Trentacinus *lib. 2. var. resol. 12. tit. De fid. instrum. n. 22.* Farinac. *cons. 70. n. 11. 76. ac seq. cons. 164. n. 5. lib. 1. & cons. 112. n. 24. lib. 2.* Decius *cons. 86. n. 6.*

150 Verùm † hanc regulam de Consuetudine non servari attestatur Steph. Gratian. *part. 4. discept. forens. 710. n. 10. & seqq.* Seraph. *decis. Rom. 522. n. 1. & 2.* Franc. de Amatis *decis. Ferrar. 2. n. 19.* Rota Genuens. *decis. 18. n. 12.* Marescott. *lib. 1. var. resol. cap. 79. n. 4. & 5.* Fontanell. *d. claus. 6. Gloss. 3. part. 7. n. 25. & seqq.* Octav. Vestrius. *in prax. Roman. lib. 6. cap. 1. n. 8.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 22. in fin.* Marta Neapol. *tom. 1. Digest. noviss. tit. Scriptura. cap. 29. post Rot. Roman.* Scaccia *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 9. 54. & seqq.* qui tamen in privata scriptura dissentit, & hanc consuetudinem ad instrumenta publica restringit, juxta illa, quæ *cap. 11. §. 2. concl. 1. n. 81. cum seqq.* pleniùs diximus.

151 *Declarantur* II. † prædicta, quòd actor offerens probationem per Testes super veritate instrumentorum adhuc audiatur, quamvis à Judice Reo præfixus sit terminus ad mediante juramento recognoscendum, isque quando ejusdem personam suspectam habeat actor, compareat, ac jurare paratus sit: Berlich. *part. 1. pract. concl. 44. n. 49. & seqq.* inducens ad hoc novam Saxoniæ Electoris Ordinationem, ac Lipsensium Scabinorum responsa.

152 *Declarantur* III. † quòd subscriptione Chirographi tempore vel die destitutâ, nec agnitâ, ea, quæ in summa chartula adnotata erat, ut valeat, judicis arbitrio opus est. Alciat. *ad l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. n. 12. & 13. D. de Verb. oblig.*

153 Denique † vel *per Juramentum*, maximè diffessione factâ, recognitio fieri debet. *text. expr. in nov. 73. cap. 4.* Francis. Marc. *decis. Delphin. quæst. 999.* Coler. *de process. execut. part. 3. cap. 8. n. 18. vers. Ponitur & clausula.* Moller. *lib. 4. Semestr. cap. 43. n. 1.* Joan. Althus. *lib. 3. Dicæolog. cap. 38. n. 51.* Berlich. *part. 1. pract. conclus. 44. n. 44. & seqq.*

154 Non † obstat *primò*, quòd in Commissionibus hujus rei nulla

nulla fieri soleat mentio, & ob id si petatur parti regulariter denegetur. Respondetur enim, benè hîc Commissionis extensionem fieri posse, quia id videatur commissum, quod jure communi requiritur. Rulant. *de Comm. p. 2. lib 5. cap. 39. n. 10. & 13.*

155 Æquè † *Secundò.* non refragatur, quòd apud Judicem Cameræ sigillorum recognitio ordinariè absque juramento fiat: qui stilus à superiore observatus, etiam à Delegato attendendus erit. Nam respondetur, in Procuratoribus, tanquam personis publicis & juratis, hoc ita in Camera Imp. receptum & ex singulari ratione dispositum haberi, non ut ad alios casus extendatur. Rulant. *d. cap. 39. n. 11. & 14.*

156 Immota † igitur Conclusio: *Recognitionem regulariter ex dispositione juris & Doctorum traditionibus medio juramento fieri debere.*

Ripa *in cap. 21. Ext. de judic. n. 21.* Coler. *d. cap. 8. n. 17.* Ferrar. Montan. *lib. 2. De usu instrum. §. diximus, dicent partes. &c.* ac alij jam ante adducti. Ratio † est, quòd extrinsecus sigilla recognoscentes, aliaq; ad instrumenti fidem facientia, sanctè jurare cogantur. Hinc contra eum, per quem recognitio fieri debet, ita interloquendum: Daß er das jenige/ was von seinem Gegentheil producirt, zu cognoscirn/ oder Mittel Eides zu diffitirn schuldig. *Hoc est:* Ut id, quod ab adversâ parte productum est, cognoscere vel mediante juramento diffiteri debeat. Moller. *d. lib. 4. cap. 43.* Rulant. *d. cap. 39. n. 12.* Ad quod præjudicia plurima citat Christian. Barth. inter sentent. Camer. hinc inde. Ita judicatum in Camera Imp. 20. Septemb. Anno 1540. & 7. Julij 1567. ac sententiam super diffidatione latam, videre licet apud Seyler ibid. & observatum in causa Münster contra Bentheim scribit Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. 39. n. 12. & part. 2.* Commissions Formulars *lib. 5. cap. 9. part. 2. formul. 2.* ubi de Processu diffessionis, & quomodo utrinq; juramenta præstentur & imponantur. 157

158 Formula † verò extraordinariè Jurandi in puncto Recognitionis sigilli extat apud Gilman. *tom. 3. Symph. vocib. sigillorum recognitio.* Rulant. *d. cap. 39. n. 14.* ibi: Ihr werdet schweren in

in ewer/vnd vermöge vorbrachten Special Gewalts / in ewer Parthey Seel/einen Eid zu Gott/ vnd auff das H. Evangelium / daß euch Inhalt der Schrifft/den 2. vnd 3. Junij, jüngst vorbracht / die Sigilla der Original Brieff/darinn vermeldet / zu recognoscirn nit müglich / sondern hiemit dergestalt diffitiren, vnd verneinen / daß solche gantz vnbekant auch der jenigen/vor die sie angeben zu seyn/nit wissen können. *Hoc est:* Juramentum in vestram & principalis animam vigore exhibiti specialis mandati per Deum & S. Evangelium præstabitis, vos, prout in scriptura 2. & 3. Junij producta, asseritur, sigilla Originalium literarum in illis nominatarum recognoscere non posse, sed eas hac ratione diffiteri & negare, quòd planè ignota, & ignoretis, an sint illorum, quorum esse allegantur. Sic videmus Decretum 13. Febr. 1543. & 7. Julij 1567. Aliam formulam ad Literarum recognitionem spectantem Vid. apud Rulant. *in Commiss.* Formular. *part. 2. lib. 5.*
159 *cap. 10. formul. 6.* Et quidem † hæc Sigillorum diffessio vel abnegatio, sive recognitio, fieri debet sub verbis: Glaub/oder glaub nicht. *Id est,* Novi sigillum & scio. Communiter tamen ita fieri sufficere quidam putant: Agnosco bona fide, salva veritatis substantia: Vel ita: Agnosco bona fide, non approbando contenta. Coler. *part. 3. de Process. Exec. cap. 1. n. 108. & seq.* Koppen. *decis. 46. n. 27.* Germani nostri hoc modo: Ich lasse die Sigilla der jenigen seyn/von derentwegen sie hierauff vnd vorgedruckt. Gilm. *d. tom. 3. Voc. Sigillorum recognitio. vers. Forma recognoscendi. pag. 323.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 33.*

160 *Ampliatur* I. † Superior Conclusio in principali, qui mediante juramento recognoscere debet, si manum vel sigillum non noverit, vel etiam negaverit Procurator. Daniel. Moller. *lib. 4. Semestr. cap. 43. n. 3.* Nicol. de Passeribus *de privat. scriptur. lib. 1. quæst. 8. n. 12.*

161 *Ampliatur* II. † In Aurifabris. Nam periti adhibiti ad recognitionem, non nisi mediante juramento audiuntur, & fidem faciunt. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 23. & seqq.*

162 *Ampliatur* III. † In Testibus, qui etiam medio juramento reco-

recognoſcunt: *tum* quod in his & alijs teſtibus nulla diverſitatis ratio circa juramentum ſtatui poſſit: *tum*, ſi juramentum hoc omittatur, nullum in dictis teſtium ponendum ſit fundamentum. Fab. Turret. *conſ. 7. n. 2.* uſq; adeò, ut ſive agnoſcat, ſive diffiteatur teſtis ſigillum, tamen indifferenter jurare cogitur: idq; ſive ſua ſint ſigilla, ſive non. poſt Gloſſ. & Bart. *in l. cum ab initio 4. verbo: recognoſcere. D. Quibus mod. teſtam. aper.* Rulant. *d. cap. 19. n. 26. per l. jurisjurandi. 9. C. de teſtib.* quòd ſc. teſti injurato non credatur. Illud etiam † hîc notatu dignum, quòd licet plurimæ commiſſiones circa recognitionem ſigillorum expeditæ ſint abſque interrogatorijs, teſtibus propoſitis: tamen contrarium verius, & juri magis conſentaneum, & obſervatum in cauſa Herrn Christoph / Hertzogen zu Würtenberg / contra den Käiſ. Fiſcal Exemptionis, die Herrſchafft Löwenſtein betreffend: & in cauſa Aſchenburg contra Steinberg in puncto correctionalium, ut & cauſis quamplurimis alijs. Interim † hîc Commiſſarius diligenter cõſiderabit, ne teſtes indiſcretè recognoſcant. 163 164

Si ſuam ipſius recognoſcere debent manum, vel ſigillum: an ipſi ſcripſerint, vel ſigilla appenderint, quæret: ſi negent, ulterius, quorum ſint ſigilla, inveſtigabit. Sin tertij, an ſit ipſius Titij, vel Sempronij manus, aut ſigillum: Item, an fuerint, cum ea ſcriberẽtur, præſentes, ſicut docet eleganter Alex. Trentacinus. *lib. 2. tit. de fid. inſtr. reſol. 12. n. 22.* Hercul. Mareſcott. *lib. 1. var. reſol. 79. n. 1. & ſeqq. per tot.* ac per text. & Dd. latè à ſe adductos probat Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 28. & ſeqq.* ubi *n. 35.* in cauſis † Mercatorum limitat, quòd in illis præſentia opus non ſit, ſed ſufficiat deponere, ſe manũ habere cognitam, nõ etiam ſe vidiſſe ſcribi, cum in ejuſmodi cauſis apices juris non curentur. Burſat. *conſ. 103. n. 9.* Extra † verò hunc caſum à communiori recedendum non eſſe putat: idq; maximè etiam eâ de cauſâ, ut ſi unus ex teſtibus pluribus aſſerat, ſe non interfuiſſe, inſtrumentum vel teſtamentum dicatur falſum. Natta *conſ. 124.* Surd. *conſ. 378. n. 23.* ubi tamen hoc limitat illo caſu, quando non conſtat, quòd hic teſtis per calumniam contradicat, illaque detegatur, aut inſtrumenti fide, ex alijs comprobetur, *per Dd. ibid. n. 24.* 165 166

relat. modos verò, quibus calumnia detegatur, vide *ibidem d. n.* 23. Alij casus, in quibus recognitio testium dicentium se alicujus manum notam habere, etiamsi præsentes non fuerint, valet & probat, sunt, si scriptura sit notoria, antiqua, mortuorum, cognatorum &c. de quibus & similibus alijs Vid. Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 23. & seqq. cum ibi relat. alijs.* Herc. Marescott. *lib. 1. Var. resol. 79. n. 1. & seqq.* ubi itidem limitat variè.

167 *Declarantur* † prædicta I. quòd tunc quis ad sacramentalem diffessionem adstringatur, si modò Documenta illa cõtra diffitentem aliquid probare possint: aliàs si ei non præjudicant, ejusmodi diffessione sacramentali onerari non debet per tradita Fulv. Pacian. *consf. 11. n. 1. & seqq. per tot.* ubi aliquot hanc in rem adducit fundamenta. Berlich. *part. 1. concl. pract. 44. n. 62.* Conf. suprà *hoc cap. 13. §. 2. Concl. 10. n. 106. cum seq.*

168 *Declarantur* II. † In sigillis ab ipsa parte, non etiam testibus appositis, & tunc ***aut fatetur*** sigillum, & juramento opus non est, quia hujus confessioni etiam non juratæ creditur, Moller. *lib. 4. Semestr. cap. 43.* ***aut negat,*** & tunc sub juramento cogi poterit, juxta prædicta: ***aut est ab alio appensũ,*** & tunc vel noviter impressum, vel est antiquum. Priori casu recognitio necessaria est: Posteriori casu, in ea forma recognitio facienda non est, *tum*, quia verisimiliter pars ignorare potest: *tum*, quia aliàs materiam perjurij præberet. Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 15. & 16.* ubi etiam formulam Interlocutoriæ hoc in casu proponit.

169 *Declarantur* III. † Ut si juramentum parti imponendum veniat, consultum sit, non de credulitate, sed de veritate per Commissarium imponatur, hoc modo, Glaub/oder glaub nicht/ hoc est, novi sigillum & scio. Vid. supra paulò ante *vers. Formulam in fin. n. 159.* Rulant. *d. cap. 39. n. 17.*

170 *Quintò* † requiritur, ut bonâ fide & non in præjudicium creditorum, vel tertij fiat recognitio, post Bartol. *in l. post contractum n. 17. D. de Donat.* & Coler. *d. part. 3. cap. 1. n. 108. & seqq.* Koppen. *decis. 46. n. 27.* Berlich. *d. part. 1. concl. pract. 44. n. 8. cum ibi relat.*

Sextò

Sextò. † Requiritur ad recognitionem, ut subscriptio & sigillatio testificetur eam inducendæ obligationis & non testimonij causâ factam esse, post Felin. *in cap. quoniam contra. n. 47. de probat. l. si pater. C. de fidejuss. l. si non subscripsisti. C. de administ. tut. l. Cajus. de pign. act.* Coler. *d. part. 3. cap. 1. n. 124.* Koppen. *d. decis. 46. n. 27.* Besold. *in thes. pract. lit. H. Voc.* Hand Unterschrifft. *15.* 171

Forma † autem recognoscendi sigilla communis hæc esse solet. Recognosco bonâ fide, simpliciter, salvâ veritatis substantiâ, bonâ fide, citra tamen approbationem contentorum. Vid. *hoc §. 4. vers. Formulam, in fin. n. 159.* Rul. *d. loc. cap. 39. n. 17.* ubi pluribus de hac recognitione pro diversitate sigillorū, Alieni & Proprij. Similiter si Rotulus coram Deputatis recognoscendus, hoc modo fieri solet: Recognosco sigillum Rotuli bonâ fide, salvâ veritatis substantiâ Rul. *de Comm. part. 1. lib. 6. cap. 1. n. 12.* 172

§. V.

QUID † SI PARS RECOGNOSCERE NOLIT, vel falsò diffiteatur, agendum? 173

Etiamsi † sigillum, ait, Gilman. *tom. 3. Symph. inter decis. seu præjudic. Cam. verbis : Sigillorum recognitio pag. 323.* quis non cognoscat, tamen tenetur id recognoscere, cum satis tutus sit, declaratione ista (salva veritatis substantia) nec sine magno periculo possit diffiteri: quia illa recognitio hoc tantùm importat, quòd externa forma sigilli sit illæsa & integra, non autem, quòd credat sigillum ejus esse, cujus assèritur, aliàs non esset ordinatum, quod si quis ad proximam non recognoscat, habetur pro recognito. Aliud tamen est, quando suumet ipsius sigillū quis recognoscere teneretur, ut quando testes in testamento sua sigilla recognoscunt, quia hoc præjudiciale est in puncto recognitionis sigillorum. Rul. *de Comm. part. 2. lib. 5. c. 39. n. 17.* ubi præjudiciū in causa Schaumburg contra Hamburg vnd Dennemarck/ interveniētem simplicis querelæ, den Billewerder belangend. Ut autem hæc recognitionis negatæ, vel falsò diffessæ materia eò accuratiùs intelligi possit, sequentes notādæ sunt Conclusiones. 174

Conclusio Prima.

Reus † etiam non attenta appellatione sub pœnis solitis ad recognitionem compelli potest, nec suspensivum appellatio illa operatur effectum. 175

Ita Dd. in Tractatibus & Commentarijs.

Nicol. de Passeribus *lib. 2. de priv. script. cap. 1. n. 32.* Petr. Reb *part. 1. Constit. Regn. tit. de Chirograph. recogn. art. 1. n. 35.* Alph de Azeved. *ad L. 5. Regni Hispan. lib. 4. tit. 21. n. 4.* Rulant. *de C miss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 7. & 8. lit. z.*

In Consilijs & Responsis:

Frider. Pruckman. *cons. 2. n. 348. vol. 1.* Fulv. Pacian. *cons. 11.* ubi, quòd impositio recognitionis recusari non possit. Bald. *in auth. contra qui propriam. C. de non numer. pecun.*

In Decisionibus, Observationibus & Conclusionib

Borgnin. Cavalcan. *decis. 27. n. 57. part. 2.* Hart. Pistor. *obs. 196. per tot.* Card. Tusch. *pract. concl. 111. n. 62. & 40. lit. S.*

176 *Ampliatur* I. In Reo diffitente manum suam, quòd à dice ad scribendum cogi possit, ad hoc, ut comparatio li rum eò meliùs iniri queat. Pacian. *lib. 1. de probat. cap. 61. n.* Cavalcan. *d. decis. 27. n. 56.* Pruckman. *d. cons. 2. n. 348. vol. 1.* Rulant. *part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 7.* ubi in causa Münster contra heim præjudicium ponit, & alios Dd. citat, ac communem h esse practicam post Pacianum laudat, additâ simul hanc in Cautelâ, ne recognoscens hanc comparationem animadv tat, aliterque literas pingat. Simulabit igitur finito recogni nis actu, se, si solvat salarium, nomine sumptuum habere apocha, ex cujus postmodum scriptione, an similis hæc ma alteri sit, facilè animadvertet. Si autem is, rem intelligens, d nolit apocham, coget eum ad scribendum.

177 *Ampliatur* II. † quoad Executionis punctum. Nam si in contumaciam pro confessata, acceptatum sit sigillum, exequi potest: Joan. Gutierretz *pract. obs. 121. lib. 1.* quòd à præcepto de recognoscendo appellari non possit. post Maur. Burg. *part. 3. de Laudem. inspect. 38. in fin.* & Costa *de fictionib. cap. 8. cas. 6. n. 19.* Rulant. *part. 2. de Commiss. lib. 5. cap. 39. n. 8.* Conf. suprà *§. 3. Conclus. 1. n. 116. & seqq.*

Conclusio † Secunda.

Parte adversâ judice ità demandante ac per contumaciam non recognoscente sigillum vel manum suam, illa habetur pro agnita.

Vid.

Vid. suprà *§. 3. in princ. d. n. 116.*

Conclusio Tertia.

Commissarius † ad transsumendum documenta deputatus, instrumenta pro agnitis in contumaciam rei non recognoscentis acceptare nequit, sed ad committentem hunc punctum remittere tenetur. 178

Rulant *d. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 5. 6. & 8.* Berlich. *d. part. 1. concl. 44. n. 63.*

Declaratur † hæc Conclusio vera esse in Commissario specialiter ad examinandum testes, vel ad actum recognitionis deputato: non verò in eo, qui ad totam causam à Cæsare vel Camera est deputatus, ita, ut ad definitivam usque ejus procedat commissio. Hîc quemadmodum probationes, ac in specie Confessiones legitimè suscipere possunt: ita & recognitiones, ac tandem in contumaciam pro agnitis acceptationes, in vim modumve Confessionis recipere poterunt. Ideò cum pars peteret in causa Christoph von Wirsperg contra Herrn Heinrichen Hertzogen zu Braunschweig vnd Lüneburg/ ut Commissarius literas pro recognitis acceptaret; petitioni ejus ob specialem Commissionem locus datus non est. Rulant. *d. cap. 39. n. 8. in fin.* 179

Verùm, † *quid agendum, si adversarius non agnoscit Sigillum, sed diffitetur, vel falsò illud diffitetur & negat?* Respondetur. 180

Priori casu per testes approbanda & agnoscenda esse sigilla, *l. scripturas. 11. C. Qui pot. in pign.* Berlich. *part. 1. concl. pract. 36. n. 30.* idque maximè tùm locum habet, ubi in contumaciam proceditur, per ea, quæ dixi suprà *§. 3. n. 116. & seq.* Hîc † probè notandum I°. In Cameræ Imperialis judicio super signeto vel subscriptione Notarij non fieri altercationem, sicuti in Consistorijs Ecclesiasticis fieri consuetum: Imò rarò vel nunquam agnoscuntur. Atque ideò in Cameræ Judicio ita fieri solet recognitio: Agnosco bonâ fide salva veritatis substantia: In Consistorijs hoc modo: Agnosco bonâ fide, non approbando contenta. Julian. Magenh. *ad part. 3. Ord. Cam. tit. 11. in prin. pag. 352.* 181

II°. Sciendum, † Notario ad recognitionem vocato, si manum & signum suum diffiteatur, ejus dicto potiùs standum, quàm comparationi, quantumvis magna similitudo literarum 182

 appareat.

appareat. Sigism. Scacc. *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 942. & seqq.* post Castrens. *in authent. Etsi contractus. n. 4. vers. Sed quærit. C. de fid. instrum.*

183 III°. Ideò † etsi Comes non agnoscat, nec agnoscere velit Sigilla literis appressa, tamen sufficit Sigilla & sigillantes in ea regione, in qua sigillatio facta est, & ab his, ad quos literæ sunt scriptæ, vel aliter agnosci, juxta Felin. *in d. cap. post cessionem. col. 5. vers. 4.* ad hoc citatum à Joach. Mynsing. *resp. 21. n. 28. cent. 1.* Surd. *cons. 378. n. 23.*

184 Posteriori † casu, quando manum vel Sigillum quis falsò diffitetur, tùm errore vel falsitate detecta, diffessio ista per sententiam Judicis, ut instrumenta probent, rescindi & retractari debet. Andr. Rauchbar. *part. 2. ill. quæst. 4. n. 40. vers. Ac his de causis.* Rulant *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 35. lit. K.* Ber-

185 lich. *part. 1. concl. 44. n. 55.* Aliàs, † si quis neget Sigillum suum agnoscere, non ideò quidem minus aperiuntur tabulæ, licet aliàs suspectæ fiant. *l. 1. §. 2. D. Quemad. testam. aper.* præsertim isto casu, ubi pars adversa transigere vult ante publicationem, contra *l. 1. in fin. D. Eod. l. de his. D. de transact.* Nam vel ob hoc ipsum aperiendæ testamenti tabulæ sunt: quia non aliter transigi, nec veritas exquiri apud judicem de controversiis testamenti potest, nisi publicato testamento, verbisque ejus cognitis. *d. l. 1. vers. Neque enim sine judice transigi.* Matth.

186 Wesemb. *d. cons. 257. n. 2. vol. 6.* Unde † Gloss. *in d. l. 1. §. Si quis neget.* ita distinguit: aut quis negat vel reprobat Sigillum, aut dubitat. Jam si non est Sigillum sigillantis proprium, reddit illud suspectum: secus si sit proprium, quia præsumitur pro Sigillo, *per l. ne satisdatio. D. Rem ratam haberi.* Bartolus verò in *d. §. si quis neget.* tres distinguit casus: 1. Quando quis apertè hoc suum Sigillum esse negat, seque nunquam apposuisse dicit, & tunc instrumentum redditur suspectum; 2. Quando quis simpliciter non agnoscit Sigillum, & tunc si sit alienum, redditur suspectum. Idem est, quando prætenditur proprium, non tamen apparet forma, ita, quòd non possit discerni, quia etiam tunc redditur suspectum. 3. Quando quidem

quidem apparet Sigillum, vel quia in eo reperiantur arma, vel literæ descriptæ, tunc recognoscentis dubitatione exclusâ, præsumitur instrumentum esse validum & non suspectum. Ratio † est, quia in dubio præsumitur pro Sigillo. *l. tribunus. D. de testam. milit.* Imò magis præsumitur pro Sigillo, quàm pro negante. Bald. *in d. §. si quis neget. per jura ibidem relata.* Nec † quicquam impedit *d. l. ne satisdatio.* quoniam loquitur in eo casu, quando Sigillum ad obligandum apponitur, & quòd tunc non possit illi contravenire: secus si ad testificandum. Bartolus tamen etiam hoc posteriori casu, quando ad testificandum impressum est, idem servandum dicit, per rationem modò dictam. Francisc. Marc. *decis. Delph. quæst. 991. in prin. & n. 1. part. 1.* 187 188

§. VI.

QUANDO † RECOGNITIONI LOCUS SIT, vel non: & cujus illa partis fiat Sumptibus? 189

Cum † non statim post productos processus quis Sigilla vel manum propositam, contra quam ante litis contestationem actionem suam instituere non erat adstrictus, recognoscere teneatur, Tilman. de Benign. *Prodromi Pentecost. 5. obs. Cam. Imp. 33.* ideò conclusivè ita habendum. 190

Conclusio Prima.

Etiam † post omnes terminos & conclusionem causæ ad minimum judicis officio recognitio peti & injungi potest. 191

Petr. Rebuff. *in Const. regias. tit. de recognit. liter. in præfat. n. 78. & 79.* Nicol. de Passerib. *lib. 1. De privat. script. quæst. 3. n. 231.* Francisc. Bursat. *cons. 39. n. 19.* Judicis officium † quod attinet, id hîc tam latum est, ut parte adversâ non petente, ad recognoscendum manum vel Sigillum quem compellere possit, quamvis alioquin hoc opus non sit, cum probationes fiant judici non parti, & judex ad veritatem indagandam consti- 192

constitutus sit. Scacc. *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 932. difficult. 1. cas. 2.*

193 *Ampliatur* I. † Quòd recognitio scripturæ in prima instantia productæ, neglecta, in secunda rectè peti possit. *l. per hanc. 4.* ibi in fine: id quoque eos admittere, quo exercitatis jam negotijs pleniore subveniatur veritatis lumine. *C. de tempor. appellat.* Julius Cæsar Ruginell. *ad Const. Mediol. tit. de Appell. §. 10. Gloss. 3. n. 19. ubi plures refert.* Pruckman. *cons. 18. n. 6. vol. 2.*

194 *Ampliatur* II. † Quando copia in processu producta, originalis recognitio usque ad conclusionem post terminum exhibiti peti potest. Matth. Wesemb. *cons. 205. n. 60. ante fin.* cum similibus alijs.

Conclusio Secunda.

195 *Recognitione † à Judice injunctâ, exceptionibus salvis, is recognitione factâ, ad executionem procedere nequit, nisi prius oppositæ exceptiones discutiantur.*

Guid. Papæ *decis. Grationopol. 67.* Berlich. *part. 1. pract. conclus.*
196 *84. n. 97. & seq. tùm,* † quia si sententia lata fuerit definitiva, reservatis Reo Exceptionibus, videmus quòd in executione sententiæ supersedeatur, donec Exceptiones fuerint ventilatæ: *tùm*, quòd si illius Rescriptorum clausulæ (Reum documenta producta salvis exceptionibus recognoscere debere,) hic sensus esset, ut Exceptiones post factam Executionem in Reconventionem reijcerentur, ejusmodi clausulâ & Cautelâ opus non fuisset, quoniam reus cum suis exceptionibus post executionem in reconventione audiri debeat, etiamsi ejusmodi clausula non adesset. Ne autem sit otiosa, necessariò sequitur, quòd reservatæ Exceptiones ante executionem sint tractandę. Berlich. *d. cap. 84. n. 97. cir. fin.*

197 *Ampliatur*, † quòd etiam post completam præscriptionem, ratione processus executivi, nihilominus debitor instrumenta recognoscere teneatur. Joan. Gutierretz *lib 3. quæst. 36. n. 4.* qui *n. 5.* idem in genere tractat *& lib. quæst. 124. n. 5. & seq.* post alios ibid. allegatos.

Conclusio Tertia.

198 *Quando † adversarius non contradicens Sigillo vel scripturæ productæ*

ducta, agnovisse & approbasse videtur, ita, ut recognitione haud opus.

Ita Dd. in Tractatibus:

Aymo Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. Viso de enunciativi num. 22. & seqq.* & rursum *d. part. 1. §. quaeritur etiam. n. 23. & seqq.* Sigism. Scaccia *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 918 & seqq.* Menoch. *lib. 2. de praesumpt. 46. n. 1.*

In Consilijs:

Cravetta *cons. 150. n. 2. & per tot.* Bursat. *cons. 39. n. 17.*

In Decisionibus & Conclusionibus.

Joan. Meichsner, *decis. 28. n. 123. in med. vers. Secundò quia. tom. 1. & decis. 6. n. 32. part. 2. tom. 1.* ubi de Sigillo in Specie. Cardin. Tuschus *pract. concl. 51. n. 25. lit R.*

Declaratur † ita, ut tamen alij aliter non admittant, quàm si ad contradicendum & impugnandum terminus certus à Judice praefixus sit, isque citra contradictionem inaniter elapsus, alioquin aperta agnitio requiritur, post Felin. *in cap. 1. n. 28. de probat.* & alios ex antiquis relatos Petr. Gilken. *in l. cum quidam. n. 7. & seq.* Sichard. *ibid. n. 5. C. de fid. instrum.* Foller. ad Marant. *part. 6. tit. de Product. n. 44.* Mart. Neapol. *part. 1. Digest. noviss. tit. Sententia definitiva. cap. 109.* 199

Sumptus † quòd attinet, de illis conclusivè ita habendũ: 200

Conclusio Quarta.

Instrumenta Notario concredita ad aedes personarum privilegiatarum, non sumptibus producentis, & recognitionem petentis, sed illarum personarum expensis, quae talem missionem postulant, ad recognoscendum transmitti debent.

Capella Tholos. *quaest. 100. n. 1. vers. modò quaeritur cujus expensis. & n. seqq.* Bald. *in l. generaliter. 12. §. his de praesentibus. 2. C. de Rebus cred. & jurej. n. 5. vers. ubi consideratur, quòd hîc loquitur, & seq.* Berlich. *d. part. 1. concl. pract. 44. n. 6.*

Ampliatur † procedere, non solùm, si quis ratione Nobilitatis, vel dignitatis in judicio comparere, & ibi recognitionem 201

facere nolit. De quo casu propriè loquitur Capell. Tholos. & Bald. *dd. loc.* sed etiam, si quis propter senectutem, adversam valetudinem, vel aliam causam loco judicij documenta recognoscere non possit, ita, ut & tunc tabellio cum documentis ad domum ejus, qui talem missionem petit, sumptibus & expensis mitti debeat, propterea, quòd senes, valetudinarij, & personæ illustres ac egregiæ æquiparentur. *l. ad personas. 15. D. de Jurejurand.* Berlich. *d. loc. n. 7.*

Conclusio Quinta.

202 *Illa † persona, vel pars, contra quam instrumenta producuntur, debet ad illum locum, ubi instrumenta reservantur, ad videndum & recognoscendum evocari sumptibus partis producentis.*

Text. express. in l. prætor ait. 4. §. sed ibi compellitur. 5. in fin. D. de Edend. & ibi Bald. *n. 3.* Castrens. *n. 2. vers. Ex secundo casu.* Jason. *in d. l. 4. §. Is etiam n. 9. & 10.* Berlich. *d. part. 1. concl. 44. n. 58.*

§. VII.

203 *VTILITATES † ET EFFECTVS*
Recognitionis qui?

Recognito vel verificato Sigillo (quod in Summarijs causis ab initio actus fieri & protocollo inseri solet) hæc

204 *Primò* † subest Utilitas, quòd de complemento negotij appareat intentio, & quòd solemni consensu & approbatione ex sigillatione inducta, quæ solet esse externus in scripturæ alicujus probatoriæ completione actus, ita, ut tali casu non facilè in contrarium, de actus imperfectione, aut similibus alijs admittatur allegatio, quæ interdum contra scripturam, vel subscriptionem manus propriæ opponi solet. Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 56.* Magnam enim efficaciam habet talis recognitio, facitque plenam probationem. Afflict. *decis. 181.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 34.* per ibi relatos.

205 *Secundò,* † habet Sigilli & manus recognitio vim confessionis, *l. cum fidem. & l. generaliter. C. de non num. pecun. l. cum de indebito.*

bito. D. de probat. l. plures. C. de fid. instr. cap. relatum. Extr. de jur. patron. cap. 1. §. fin. de for. comp. in 6.

Ita Dd. In Tractatibus & Conclusionibus.

Coler. *part. 1. de process. Execut. cap. 3. n. 59. & part. 3. cap. 1. n. 93.* Mascard. *de probat. concl. 982. n. 2.* Rulant. *de Commiss. d. cap. 39. n. 2. in prin.* Joan. Althus. *lib. 3. Dicæolog. cap. 38. n. 50.*

In Consilijs & Decisionibus.

Matt. Wesemb. *cons. 220. n. 29.* Frid. Bruckman. *cons. 7. n. 16. vol. 1. & cons. 8. n. 276. Eod.* Joan. Koppen. *decis. 46. n. 26.*

Tertiò. † Continet recognitio publici instrumenti vim 206
atque facultatem. *l. ne in arbitrijs. in prin. & §. 1. C. de arbit.* Zas. *cons. 6. n. 8 vol. 1.* Matth. Wesemb. *cons. 3. n. 33. & cons. 27. n. 9.* Conf. suprà. *§. 2. Conclus. 3. vers. Infertur. n. 67.*

Quartò. † Judicati vim habet recognitio. Card. Paris. *cons.* 207
77. n. 24. vol. 3. Nicol. Everhard. Jun. *cons. 13. n. 56. vol. 1.* Ratio † prædictorum est, quòd agnoscens instrumentum, hoc 208
est, Sigillum, vel scripturam aliam, omnia ejusdem contenta vera esse fateri censeatur: Coler. *de Processib. Execut. part. 1. cap. 3. n. 39. ac part. 3. cap. 1. num. 93.* Scaccia *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 933. & seqq.* ac alij *§. præced. concl. 3. n. 198.* relati, plenamque † 209
omninò fidem atque probationem in scriptura contentorum per recognitionem operetur: Mascard. *de probat. concl. 109. n. 9. per ibi relat.* Pruckman *cons. 7. n. 18. vol. 1.* Chilian. König. *part. 2. de process. Execut. cap. 39.* ac † Sigilli approbatio per subsecutam 210
recognitionem verificetur. Bursat. *cons. 39. n. 26.* post Calcan. Molin. Franc. Marcum. Alciat. Menoch. & Gabriel.

Ampliantur † prædicta, sive ipsa recognitio fiat super chi- 211
rographo, sive super Sigillo. Nam & Sigilli recognitio contra sigillantem plenam fidem facit, post Bart. Purpurat. Castr. Wesemb. Hippol. de Marsil. Roman. & Chilian. König. Joan. Koppen. *d. decis. 46. n. 26.*

Declarantur I. † præcedentia, quòd tùm demùm recogni- 212
tio contra recognoscentem plenam fidem faciat, quando de

manu & Sigillo proprio, vel prædecessoris est quæstio: secus si sit alterius tertij extranei, quo casu fidem tantùm facit, quoad ipsam scripturam, quòd ejus sit, non etiam quoad contenta, cum falsò scribi, vel exarari ita poterit. Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. quæritur etiam. n. 82. & 83.* Coler. *de processib. Execut. part. 3. cap. 1. n. 92. & seqq.* Scacc. *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 933. 938. & 1080.*

213 *Declarantur* II. † Quoad Judicis arbitrium. Illi enim relinquitur, quantum fidei recognitio præstet. Menoch. *de arb. Judic. quæst. cent. 2. quæst. 114. n. 20. ad fin.* Steph. Gratianus *lib. 4. discept. forens. 710. in fin.* Joseph. Ludovic. *decis. Perusin. 7. n. 16. & seqq.*

214 *Quintò.* † Quoad executionem paratam eandem vim habet instrumentum liquidum vel agnitum, & in contumaciam pro agnito acceptatum. Rebuff. *ad Constit. Regn. Gall. part. 1. tit. de recognit. chirograph. in præfat. n. 98. & tract. de liter. obligat. art. 1. Gloss. 7. num. 9. tom. 1.* ubi in specie de Sigillo proprio & privato. Gutierretz *cons. 37. n. 1.* Card. Tusch. *pract. concl. 50. num. 14. lit. R.* ubi subijcit, nec appellationem ab eo permitti; *ac conclus. 410. lit. A. tom. 1.* Matth. Wesemb. *cons.*
215 *178. num. 12. & n. 40.* ubi latè explicat hunc † Executionis paratæ effectum, quando scilicet locum habeat, sive quæ requirantur? Confer etiam Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 2. & 3.*

216 *Sextò.* † Recognitio privatam scripturam publico instrumento æquiparari facit. *text. in l. ne in arbitris. post prin. C. de Rescript. arbit.* Zasius *cons. 6. n. 8. & 10. lib. 1.* Pruckman *cons. 7. n. 10. vol. 1.*

217 *Septimò.* † Recognitio Sigillorum & Schedulæ operatur, ut etiam mortuis testibus instrumentum subsistat. Ludov. Lana JCtus Brixiens. *in Enchirid. de testam. formul. n. 38.* post Cæpoll. *cautel. 88.*

218 *Octavò.* † Sigillum semel in judicio agnitum, etiamsi corrumpatur, nihil subest periculi. Julian. Magenhorst. *com.*
219 *ad part. 2. Ordin. Cam. cap. 31. pag. 326.* Nam † generalis regula

regula est, Sigillum semel approbatum, postea reprobari non posse. Adrian. Gilman. *tom. 2. Symphor. vot. 22. n. 21.* Conf. infrà *cap. 14. n. 117.* Unde † valet clausula: quòd veritatem obligationis non infringet, Wann der Brieff vor der Ablösung / an der Schrifft / Pergament und Insigel naß / löcherig / oder Schadhafft würde / Petr. Frider. *lib. 2. de Mandat. cap. 71. n. 18.* 220

Nonò. † Recognitio sive agnitio, quamvis ea facta cum clausula, citra approbationem contentorum, nisi contrarium probaverit, æquè præjudicat. 221

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Joach. à Beust. *in l. admonendi n. 943. ac seq. D. de jurej.* Pet. Gilken. *in l. instrumenta. n. 4. & 5. C. de probat.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 39. n. 17. in prin.* Nicol. de Passeribus. *lib. 1. de Priv. script. quæst. 3. n. 86.* Sciendum † tamen Ferrar. Montan. loco apud Rulant. suprà adducto, extante, talem clausulam planè non admittit, sed præcisè de veritate respondendum & recognoscendum scribit. 222

In Controversijs & Conclusionibus:

Fachin. *lib. 11. controvers. cap. 29.* Mascard. *de probat. conclus. 109. n. 8. & seqq.*

In Consilijs & Decisionibus:

Martin. Uran. *consf. 74. n. 1. vol. 2.* Cavalcan. *decis. 27. n. 59. part. 2. per ibi relat.*

Decimò. † Recognitio scripturæ vel sigilli tertio habenti jus ante recognitionis actum non præjudicat, nec pronunciata per judicem cognitio ei non nocet, si ipse ad illum actum citatus non sit, *per l. scripturas 11. C. Qui potior in pignor.* & Magon. Cavalcan. Surd. & alios citatos à Joan. Baptist. Costa *d. rat. ratæ. quæst. 121. n. 6.* 223

Undecimò. † Subscriptionum & Sigillationum recognitio inducit tantùm probationem extrinsecus assumptam de voluntate & consensu partium: dependetque hoc probationis genus duntaxat à fide & veritate præsumptâ testium deponentium, quæ præsumptio si fallit, fallit & testimonium: secus est 224

est in confessione propria. Camill. Borell. *in summ. decis. tom. 2. tit. 23. n. 15.*

225 *Duodecimò.* † Ex subsecutâ sigilli recognitione ejus probatio verificatur, post Calcan. Molin. Franc. Marc. Alciat. & a-
226 lios Bursat. *cons. 39. n. 27.* Est enim † ista probationis species, quæ fit per inscriptionem scripturæ vel Sigilli, adeò privilegiata, ut non solùm debeat omnibus alijs probationibus præferri; post Bald. Alex. & Tiraq. Rulant. *part. 2. lib. 5. cap. 39. in prin.* Verùm etiam semper, non obstante Statuto omnes Exceptiones excludente, admitti debeat, post Bald. Roman. & Alex. Idem Rulant. *d. cap. 39. in fin. princip.*

227 *Decimotertiò.* † A Decreto sive Præcepto Recognitionis Sigilli, vel manuum sive scripturæ, appellari non potest, eoq; non attento ad ulteriora rectè proceditur. Pet. Rebuff. *ad Constit. reg. part. 1. tit. de recognit. chirograph. in præf. n. 80. & art. 1. n. 35.* Marant. *tit. de appell. n. 316.* Avendan. *lib. 2. Prætor. cap. 30. n. 2. & seqq.* relatus ab Alphons. de Azeved. *lib. 4. Com. in Reg. Hisp. Constit. tit. 21. leg. 5. n. 4.* Bald. *cons. 335. n. 1. part. 4.* Borgn. Cavalcan. *decis. Fiviz. 27. n. 57. part. 2.* Nicol. de Passerib. *lib. 2. de priv. script. cap. 1. n. 32. cum ibi relat.* Rulant. *de Commiss. p. 2. lib. 5. cap. 39. n. 8. & cum ibi relat.*

228 Quæ † autem generalis hujus Recognitionis sit Utilitas, dixi *à princip. hujus cap. §. 1. n. 7.*

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

DE MODIS, QUIBUS SIGILLA IMpugnentur, ut & de Pœnis.

SUMMARIA.

1. *Transitio & Continuatio.*
2. *Testes duo literis sigillatis derogant.*
   Vox viva est vera & plena probatio: sigillum præsumpta.
   Probatio vera præsumptæ præfertur.
3. *Dolus requiritur, ut circa sigilla crimen dicatur commissum.*
4. Falsi crimẽ Sigillis adversum.
5. *Falsum sine dolo non cõmittitur.*
6. *Sigillum non probat, cum aliqua falsitatis suspicio adest.*

7. *Fal-*

7. *Falsum Sigillum inducentes Conjectura quæ?*
Atramenti diversitas: Stilus Cancellariæ: Mors Domini Sigilli sive Anuli: & ad hoc Annibalis exemplum.
8. *Falsum Sigillum etiam ex ejus qualitatibus & characteribus dignoscitur.*
9. *Alieni sigilli appositio falsum inducit.* & n. *20. ubi exēplificatur.*
10. *Ordo & modus, quo sigilla appēsa fuerunt, falsitatem arguit.*
11. Declaratur I. *ut substantiæ rei gestæ, sive instrumenti non obsit, præterquam in filij exhæredati substitutione.*
12. *Ordo sæpè in sigillando non observatur, sed quod primum se offert, primo loco subijcitur.*
13. Declaratur II. *Ut ordo sigillandi nunc videtur conversus, nunc rectus, membranæ facies intuenda est.*
14. *Ligulæ pensiles, sigillorum capsulas suspensas tenentes, fidem eorum quandoq; suspectam reddunt, quandoq; non.*
15. *Ligularum harum usus quis?*
16. *Falsum est sigillum, si illud sit pervetustum ex alio instrumento sumptum.*
17. *De falsitate Sigilli remissivè.*
18. Conclusio. I. *Falsum Sigillorum cōmittunt ij, qui Sigilla falsa conficiunt, vel aliena adulterant.*
19. *Pœna conficientium falsa sigilla, vel aliena adulterantium, quæ?*
21. *Clerici falsificantis sigillum Principis pœnæ tres.*
22. *Exilij pœna etiam ad Ecclesiam spectat.*
23. Ampliatur I. *In Textore & Mercatore pannario, falsa sigilla pannis appendente, qui pœna falsi punitur.*
24. Ampliatur II. *In fingente alienum chirographum vel Sigillum in alterius damnum, qui variè puniri solet.*
25. Ampliatur III. *In abnegante suū sigillū, ut puniatur de falso.*
26. Limitatur. I. *Si dolus malus ab fabricante & imitante sigillum alienum absit: veluti in Artificibus & alijs, qui pro salute patriæ, prout in Livonia* Taub vnd Krause *fecerant, talia sigilla conficiunt.* & n. 27. 28.
29. Limitatur II. *Si Sigillum aliàs per se ob literas illegibiles, consumptas &c. fidem non mereatur.*
30. Limitatur III. *Juxta Regni Constitutiones.*
31. Conclusio II. *Sumens sigillū Domini ad sigillandum certum aliquod instrumentum, & nihilominus aliud inscio Domino cōsignans, crimen falsi incurrit.*

32. Con-

32. Conclusio. III. *Defuncti sigillo sigillans tenetur de falso.*

33. Conclusio IV. *Testimonium præbens contra scripturam suo sigillo sigillatã, de falso punitur.*

34. *Abnegans sigillum, si falsi convictus, à testimonio removetur: & quæ ratio?*

35. *Ciceronis de anulo sive sigillo nostro ad nos ipsos elegans inductio.*

36. *De Pœna mendaciter syngrapham propriam abnegantis, remissivè.*

37. *Remedia contra abnegantes apocham & instrumenta incautè composita.*

38. *Falsum circa sigillum si commissum, cujus sit cognitio?*

39. Apertura literarum sigillis inimica.

40. Conclusio unica. *Litteras sigillatas aperiens, in Legem Divinam & Humanam peccat.*

41. I. *Litteras alterius aperiens peccat mortaliter, quod probatur & ampliatur.*

42. II. *Litterarum Effractor violat Jus Gentium.*

43. *Omnis alienarum litterarum apertura prohibita, sive publicè, sive secretò fiat.*

44. III. *Litteras alienas aperiens infringit jura Rerumpubl.*

45. *Litteræ olim per pueros & tabelliones notos mittebantur, benè munitæ imagine, cerâ & lino.*

46. *Litteræ aperiuntur inciso lino.*

47. *Litterarum ante aperturam quæ ad agnitionem receptæ formulæ: & consuetudo obsignandi ac obligandi.*

48. *Litteras alienas aperiens humanam tollit societatem, & ideò puniendus.*

49. *Justitiam quoq; talis effractor lædit.*

50. *Litteras aut missivam privatam quis edere non tenetur.*

51. IV. *Litteras alienas aperiens, legens, neminiq; ostendens, Stellionatus crimine tenetur.*

52. *Stellionatus crimen quid?*

53. *Stellionatus crimen extraordinariam habet cognitionem: & infamat.*

54. *Litterarum apertura licet tertio non sit nociva, extraordinariæ tamen pœnæ semper locus manet.*

55. Ampliatur: *Etsi contra aperientem in illis litteris quid scriptum esset.*

56. V. *Falsi criminis pœnæ subest, qui dolosè alterius litteras aperit & pandit, ac* n. 58. 59. 60. 61.

57. *Litteras aperiens, nec alij ostendens non in falsi, sed in Stellionatus crimen incidit.*

62. *A-*

62. *Actiones aliæ, quæ contra aperientem alterius literas dantur.*
63. *Secreta patrimonij pandenda non sunt.*
64. *Friderici Imp. laus, quòd Sollichij literas suspectas aperire noluit.*
65. *Cicero literas suspectas aperuit.*
66. *Tabellarius quando circa litteras in Falsi crimen incidat, vel nõ?*
67. *Litteræ crebrius intercipiuntur.*
68. *Litteræ sine crimine aperiũtur, si Reip. vel ferentis intersit eas aperiri: quod exẽplificatur.* n. 69.
70. Conclusio: *Non restituens litteras illi, ad quem perscriptæ, sed alij inimico pandens, Falsi criminis reus est.*
71. *Cameræ Imp. & aliorum Scabinatuum ad hoc Præjudicia,* & n. 72. 73. 74. 75.
76. VI. *Injuriarum, Depositi, & in factum Actione, aperiens litteras, transmittenti tenetur.*
77. VII. *Furti Reus fit, qui publicas litteras aperit, clypeos & galeas aufert.*
78. IIX. *Læsæ Majestatis crimen incurrit hic Effractor.*
79. *Litterarum Effractores arbitrio Judicis puniendi: eorumq́, Collegiũ funditus subvertendũ.*
80. *De Pœnis & Calamitatibus inde nascentibus alijs.*
81. Declarantur *prædicta X. in casibus.*
82. Subdeclarantur. I. *Si mortale damnum ex apertura sit futurum.*
83. Subdeclarantur. II. *aliquot casibus, quibus aperire litteras alienas ex rationabili & limitata causa concessum.*
84. I. *Si ita statutum reperiatur.*
85. II. *Tempore belli: Secretum tamen litterarum celandum.*
86. III. *Si privatus timeat sibi in litteris damnum injustè parari.*
87. Subdeclaratur. III. *Cum aperiens litteras alienas versetur in illicitis, crimenq́. Stellionatus contrahat, ideò ad probandum non admittendus, nec audiendus*
88. *Litteras aperienti, eæ ad probationem inde sumendam non prosunt, quod decisione notabilis casus Facultas Juridica Ingolstadiensis firmavit.* n. 89. & 90.
91. *Ut ex litteris suis quis conveniri possit, animus injuriandi adesse debet.*
92. *Litteras comburendi clausula quid importet?*
93. *Ex Litteris alienis apertis nulla datur actio, nisi animus injuriãdi evidenter probetur.* & n. 225.
94. *Litteras aperiens contenta secretò habere debet, aliàs duplici peccato obstringitur.*

95. *Litteras aperiens, easq; ad superiorem deferens, excitandi eum causa, ipso jure infamis est.*

96. *Ex talibusq; literis effractis nulla contra scribentem nascitur obligatio, aut actio.*

97. *Ex Confessarij revelatione Secretorum nullum datur judiciũ, nec testimonium præbet, nisi Confessor consentiat.* n. 98. & n. 99. *ubi rationes adducuntur. Epistola manet mittentis, donec rectè tradatur.*

100. *Contra Effractoris litterarum Receptorem & ejus superiorem quando competat actio?*

101. *Litteræ ad Uxores perscriptæ aperiendæ non sunt: idq; exemplificatur.*

102. *Litterarum effractarum exẽplum.*

103. *Doctorum virorum & Justitiæ patronorum communem sortem calumniis nõ carere: per exẽpla.*

104. IX. *Pœnæ alia in litterarum Effractores constitutæ.*

105. *Litteras patentes frangens, in pecunia punitur.*

106. *Rustico litteras judicis aperienti, quando mitigetur pœna?*

107. *De Actionibus Insignium nomine proditis remissivè.*

108. Fractura, Corruptio, Remotio, Incisio, Resignatio & Depositio Sigillis & signis obsunt.

109. Conclusio I. *Fractura enormis fidem sigillo detrahit. Litteræ, quarum sigilla non sunt integra, nihil probant.*

110. Ampliatur. *Etiam fracturâ hac singulariter consideratâ.*

111. *Fractæ Bullæ Exemplum.*

112. Limitatur, *Fracturam sigilli non vitiare instrumentum, si illud publica manu factum sit.*

113. *Voluntates ultimæ Contractibus sunt favorabiliores.*

114. Sublimitatur, *Si sigillum sit de substantia scripturæ: vel ita esset conventum, ut apponatur.*

115. *Sigillum semper ad Cautelam apponi solet.*

116. *Defectus sigilli non obest, quãdo instrumentũ aliter probari potest.*

117. Conclusio II. *Corruptum sigillũ, vitians sensum inscriptionis, fidem ejus evertit.*

118. Ampliatur I. *quoad Privilegia*

119. Ampliatur II. *In Sigilli & legalitatis suppressione.*

120. Limitatur, *In sigillo corrupto, semel agnito.*

121. Conclusio III. *Violans & fabricans sigillum falsum, præter pœnam falsi, arbitrio Judicis ut plurimum puniri solet.*

122. *Item amissione causæ.*

123. *Corruptor Sigillorum ad Torneamenta non admittitur.*

124. Conclusio IV. *Incisis resignatisve sigillis voluntate Domini, illa per hoc satis sunt impugnata, & instrumentum redditur invalidum.* Vo-

154. Conclusio VI. *Cancellatio sive Remotio Sigillorum per eũ facta præsumitur, à quo instrumentum reperitur receptum.*

155. Ampliatur. *In custode instrumenti.*

156. Limitatur; *Nisi ex conjecturis aliud appareat.*

157. Turbatio, Mutatio, Ablatio sive Repetitio, Defectus, Amissio & Abusus sigillis sunt contraria.

158. Conclusio. I. *Turbatio sigillorum consultò facta per eum, qui ad hoc potestatem habet, instrumenta reddit invalida.*

159. *Remotâ sigillatione testium, præsumitur recessum à priore voluntate.*

160. Limitatur, *Si casu turbata fuerint sigilla.*

161. Conclusio II. *Mutare sigillum suum, dummodo non fraudulenter fiat, licitum.*

162. *Ad hoc Exempla.*

163. Conclusio III. *Ablatione sigilli aufertur officium. Ad hoc Exempla.*

164. Conclusio IV. *Ut appositione sigilli consensus: ita cessatione ejus dissensus arguitur.* & n. 174.

165. *Actum censetur nihil, quoties ad agendum aliquid superest.*

166. Ampliatur. I. *Ut apponens post ea sigillum in eadem voluntate permansisse censetur: ita non apponens mutasse sententiam præsumitur.*

167. Ampliatur II. *In defectu characteris sigilli.*

168. Ampliatur III. *Ex lege conventionis.* & n. 173.

169. Declaratur hæc Ampliatio. *In testibus testamentarijs supernumerarijs, quorum expressio non officit.*

170. Limitatur Conclusio I. *In terminis testamenti.*

171. Limitatur II. *In subscriptione*

172. Declaratur. *Nisi instrumentum aliàs per se sit publicum.*

175. Subdeclaratur. *Si adsint cõjecturæ, quòd partes voluerint statim ut contractus valeat. Ad hoc Exempla.*

176. Limitatur III. *In sigillis publicis.*

177. Limitatur IV. *Nisi ipsæ partes sigillum appositum fuisse asserant.*

178. Limitatur V. *In privilegio Imperiali antiquo sigillo deperdito, si signum Imperatoris & Cancellarij attestatio adsint.*

179. *Deperdito sigillo quæ sint Cautelæ?* & n. 180. *Additis simul Præjudicijs.*

181. Conclusio. V. *Modica sigilli imperfectio & ejusmodi alia, non æquè ut totalis ejus abrasio & detractio illi obest.*

182. Mo-

182. Modica non curat Prætor.
183. Bullæ Papali in authentica forma confectæ, quæ nõ detrahant?
184. Ratio addita.

POstquam † hactenus de varijs, quibus Sigilla constituantur, modis egerimus; restat nunc, ut etiam quibus ea dissolvantur & impugnentur, juxta doctrinam Speculat. *tit. De Instrum. Edit. §. Instrumenti. vers. Item, quod imago Sigilli.* Rulant. *de Commiss. lib. 5. cap. 30. part. 2.* paucis tractemus. 1

Ita † igitur in genere habendum. Duo testes literis sigillatis derogant. Panorm. *in cap. à nobis. de testibus.* Ratio est, quia viva vox est vera & plena probatio: Sigillum autem præsumpta: sed vera probatio præsumptæ derogat. post Bald. Arnol. Reyger *in thesaur. Jur. Voc. Sigillum. n. 25. & 26.* 2

Circa † Modos autem, quibus impugnentur Sigilla ante omnia sciendum, ut quis dicatur circa Sigillum crimen aliquod commisisse, ante omnia DOLUM requiri. Nam cùm demum si scriptura quædam Sigillo munita sit, Sigillum illud vim subscriptionis habet, cum ex utroque pariter, si Dolus adhibitus non fuerit, consensus seu ratihabitio designetur. *l. distrahente. C. de reb. alien. non alien. l. fidejussor. §. pater Scji. de pignor. l. fin. C. Plus valere quod agitur. cap. 2. de solut.* Roman. *cons. 303. n. 2.* ubi addit. Horat. Mandos. refert, sequi Hipp. de Marsil. *in repet. Rubr. Cod. de probat. n. 300.* Conf. quæ dixi suprà *cap. 9. §. 1. vers. 11. Ratio est. n. 19. cum seqq.* 3

Ex hisce † modis *PRIMUS EST* 4

Falsum.

Cùm † Falsum sine dolo, qui difficilimæ est probationis, non committatur; *l. 1. in prin. D. de fals. l. quid si falsum. Eod.* Menoch. *cons. 96. n. 26. cons. 145. n. 12. cons. 221. n. 14. & cons. 248. n. 10.* Pruckman. *cons. 19. n. 92. vol. 2.* Sigillumque † non probet, cum aliqua adest falsitatis suspicio. Menoch. *lib. 2. arb. judic. quæst. 113. n. 12.* Monter. *decis. Aragon. 12. n. 9 per ibi relat.* illud in hac sigillorum materia varijs inducitur conjecturis: veluti 5 6

1. Ex † Atramenti diversitate: Menoch. *cons. 1004. n. 22. & 23. per ibi relat.* 7

2. Ex diverso atramento & recentioribus characteribus. Idem Menoch. *cons. 925. n. 12. & lib. 5. de præsumpt. 20. n. 8.*

3. Ex diversitate Styli Cancellariæ. Menoch. *d. cons. 925. n. 13. & d. præsumpt. 20. n. 16. & 20.*

4. Quando instrumentum est sigillatum ab eo, qui tùm temporis non habebat Sigillum, vel eo uti non poterat. Matth. Wesemb. *cons. 178. per tot. & cons. 238. n. 13.* post Felin. & Roman. *ibi relat.* Sic Annibalis docemur exemplo, qui bello Punico secundo Marcelli Consulis occisi anulo literas ad Salapianos obsignatas miserat, quibus Marcelli nomine eos monebat, se insequenti nocte Salapiam venturum; curarent proinde, ut parati sint milites in præsidio constituti, si fortè opera illorum sibi esset opus; sed qui ab his, à Crispino, altero Consule, præmonitis, ut literis nomine Marcelli scriptis, fidem derogarent, sua ipsius fraude captus, & turpiter abire est coactus, teste Livio *decad. 3. lib. 7.* El. Reusner. *in hort. hist. pol. coron. 6. flor. 17. in fin.* Coras. *ad l. 2. §. Et ut obiter. n. 4. D. de Orig. Jur.*

8 5. Ex † qualitatibus & Characteribus sigillorum. Antequam enim sigilli falsificatio, aut suppositio considerari possit, constare priùs debet de qualitate & substantia Sigilli, quòd & quale fuerit illud Sigillum, quo quis usus est, aliàs impossibile foret judicare, unum Sigillum alterius loco impositum esse. *l. Divus D. de test. milit.* Imò & constare debet illud esse instrumentum. post Bart. Jason. & Decium Cravett. *cons. 46. n. 4.*

9 6. Si quis † Sigillum alienum, quamvis privatum sine voluntate Domini apponat, post Gloss. *in cap. memoriam. dist. 19. & cap. tertio loco. in prin. de probat.* Felin. *in cap. 2. de fid. instrum. n. 36.* Matth. Wesemb. *cons. 178. n. 38.* Conf. suprà *cap. 12. §. 2. vers. Undecimò. n. 89.* & infrà *hoc cap. 14. concl. 1. n. 20.*

10 7. Quòd † Sigilla non justo Ordine & non legitimo modo, ei instrumento, de quo agitur, appensa fuerint: veluti si nomen Marchionis primo loco scriptum, & Palatini Sigillum secundo loco positum sit, quod nec idoneo, nec legitimo titulo factum creditur. Hugo Donell. *inter Cons. Altorfensium cons. 111. vers. Ex quibus illud. pag. 731.*

Decla-

Declaratur † tamen hæc conjectura, I. quòd nihil ad substantiam rei gestæ ac proinde instrumenti pertineat, cum liceat ordinem scripturæ & rei gestæ convertere, ut nihilominus valeat, quod scriptum est, præterquam in filij exheredati substitutione, quam ita scribi oportere placuit, ut pater sibi priùs heredem scribat, deinde filio exheredato substituat, & ordinem scripturæ non convertat. Imò filio instituto, valet institutio, licet pater conversa scriptura, filio testamentum fecerit, *l. 2. §. priùs. D. de Vulgar. & pupill. substit.* Cumprimis † verò in Sigillis 12 sive signis id observatur, quæ instrumento testificandi causa apponuntur, quorũ unumquodq;, ut se obtulerit primum, ita primo loco subijcitur. Nam ordo signorum ad fidem augendam, aut minuendam quid facit, dummodò ea signa adhibeantur, quæ oportet, & quot oportet. Donell. *d. cons. 111. pag. 731. vers. Ex quibus. cum pag. seq.* 11

Declaratur II. † Sigilla quandoque converso ordine posita 13 esse dici, & eadem rursus recto ordine posita asseri posse, prout est scilicet ea membranæ facies, quâ spectatur. Si enim anteriorem ejus faciem intuemur, ab ea parte Sigilla dici possunt conversa: sin spectamus posteriorem, cui sigilla subjecta sunt, omninò reperientur sigilla recto ordine collocata, quam etiam spectare solet Notarius, cum in eam desiit. Donell. *d. loc.*

8. Si † ligulæ pensiles, ex quibus capsulæ Sigillorum pen- 14 dent, non fuerint per sigillorum chordas traductæ. Verùm nec hæc Conjectura falsum & vitiosum reddit instrumentum. Id enim vitiat instrumentum, si quid ad substantiam ejus pertinet, & id omissum est: Id falsum arguit; si, quod pertinet ad probationem & fidem certam, id dicitur ementitum, ut si falsa sigilla, quæ Principis non erant, pro Sigillis Principis apponantur. At ut ligulæ traijciantur per ceram, ad substantiam instrumenti nihil pertinet. Non enim in ligulis istis sita est probatio Authentici instrumenti; sed in solis signis Principum, quæ ceræ imponuntur, & quamdiu hæc apparebunt instrumento appensa, tamdiu certum sit, vim & fidem publicam instrumento cõstare. Quis † ergò usus harũ ligularũ? Nõ alius, quã 15

ut

ut ceræ adjuncta Sigilla sibi devincta retineant, ut di... Sigilla esse propria ejus instrumenti, unde ligulæ pe... cui adhærent. Dum ergo hic usus retineatur, quocu... do id fiat, satis est, atque duobus modis ea signa per lig... siles instrumento annecti possunt, ita, ut sigilla utr... appensa esse constet: vel ut ligulæ per ceram trajectæ ... certiùs sigilla hæreant, vel ut ceræ ita adjungantur ex... ut non minùs à ligulis teneantur. Quapropter utr... fiat ad probationem signorum instrumento concili... hil interest. Huc usque totidem elegantioribus ver... Donell. *d. cons. 111. §. Obijciunt. vers. Quod autem de ... libus. pag. 733.*

16 9. Si Sigilla † ex instrumento alio sumpta, sint, ... instrumentum, pervetusta, vel ut dolus in his admissus agnosca- tur, non integra, sed quibusdam in locis cera illita. Donellus d. *cons. 111. §. Atque hæc de vitio. pag. 733.*

17 Cætera † Sigillum falsum & suspectum arguentia supra *cap. 12. §. 2. per tot.* proposui, unde huc repetenda veniunt. Circa hunc Falsorum Sigillorum modum sequentes notandæ sunt Conclusiones.

Conclusio Prima.

18 *Committunt † hoc Sigillorum Falsum ij, qui Sigilla falsa conficiunt, vel aliena adulterant.*

L. Lege Cornelia. D. de fals. ubi dicitur, eâ lege teneri eum, qui signum adulterinum fecerit, vel sculpserit. ubi Gloss. Bart. & Alber. relati à Farinac. *de fals. & simul. quæst. 50. n. 65.* Peinlich Halßgerichts-Ordn. *art. 112.* ubi Remus & Vigel. Sächs. Landr.

19 *lib. 2. art. 13. & art. 42. & ibi Gloss. 9. art. 16.* ubi † pœnam mortis, vel relegationis, juxta conditionem personæ ponit, & quòd communiter in foro Saxon. fustigatio cum relegatione, tanquam pœna falsi ponatur. Martin. Dobbercin. *in Repert. jur. Voc. de Signo.* &c. Reyger *in thesaur. jur. Voc. Sigillum. n. 14. 15. & 16.* Jodoc. Damhoud. *in prax. rer. crim. cap. 122. n. 4.* Matth. de Afflict. *decis. 404. n. 22. in fin.* Menoch. *de arb. jud. quæst. cent. ... cas. ... &*

306. & cent. 6. cas. 538. n. 18. 19. 20. Garf. Mastrill. *ad Indult. General. cap. 34. n. 3.* Sebast. Nævius *in Syst. jur. ad L. l. Cornelia. 29. n. 1. D. de fals.* Matth. Coler. *decis. 179. n. 6. & 8.* vel etiam † alieno 20
Sigillo invito Domino usus fuerit. Quo nomine reprehendit Anton. Bonfin. *Rerum Vngar. decad. 2. lib. 8. pag. 296.* Tartaros regium Sigillum ad Secretarij Cadaver inventum, lætabundos auferentes. Rebantur enim ad obsignandum in Ungarorum perniciem adulterinas literas id fore accommodatissimum: astumque plus quàm Barbaricum comminiscebantur. Conf. suprà *hoc cap. n. 7. vers. 4°. Quando.*

Hinc † est, quòd Clericus si falsificavit Sigillum Principis, 21
deponatur, & aliquo in facie ejus posito signo mittatur in exilium: Panorm. *in cap. ad audientiam. n. 1. & 12. Extr. de crim. fals.* ubi casum ad hoc talem ponit. Quidam Clerici falsificarant Sigillum Regis Franciæ, Episcopus quidam posuit eos in carcerem: significavit hoc Domino Papæ, postulans, qualiter essent puniendi? Respondet Papa, quòd nec membrum eis abscindi faciat, nec pœnam infligi corporalem, per quam mortis periculum incurrere possent, sed eis à suis ordinibus degradatis, in signum maleficij, aliquem characterem imprimi faciat, per quem inter alios cognoscantur, & provinciam eos abjurare compellat. Bern. No. 1. ex textu tres pœnas infligendas clerico falsificanti Sigillum Principis, suggerit. Prima est, degradatio, & intellige de depositione verbali: nam & illa degradatio est. Si enim caperetur pro actuali Degradatione, relinqueretur Judici seculari & afficeretur pœna mortis, *ut in cap. degradatio. de pœn. in 6.* sed hic post degradationem remaneret sub Ecclesia, ut patet ex impositione aliarum pœnarum. Et ex hoc infertur, quòd appellatione Degradationis quandoq; intelligimus de Depositione verbali. Secunda pœna est alicujus Characteris impressio, ut sic possint isti clerici inter alios cognosci, ut alij magis terreantur: & dicunt Dd. hîc, & benè, quòd ista pœna nō est regulariter infligenda per Ecclesiam, quia periculosa, sed est specialis in maleficij odium. Idem sentit Gloss. hîc. Tertia est
Exilium, & sic nota, quòd Ecclesia † habet pœnam Exilij. Con- 22

 cordat.

cordat. *cap. fin. Extr. de calumn.* Idem Panorm. *in Repert. lit. C. Voc. Clericus.* Pet. Rebuff. *ad Const. Reg. tract. de Liter. Oblig. art. 1. Gloss. 6. n. 4. & seqq.* ubi pluribus de clerico: & in genere de quolibet alio signum Principis adulterante & characterem mutante, *per d. cap. ad audientiam.* decidit Petr. Rojicius *decis. Lituanic. 3. n. 593.* Vid. me *Tract. de jur. Insign. cap. 18. n. 266.*

23 *Ampliatur* I. in † Textore, aut Mercatore pannario, qui falsa Sigilla suis appendit pannis, aut falsam panni tincturam vendit pro bona, aut aliam quasi falsitatem in panno dolosè contra juramentum suum, Leges, Regulas & Statuta sui Opificij & Civitatis, in quâ artem exercet, immittit, tanquam falsarius puniendus & sua negotiatione & opificio privandus est: Imò ipsi panni ita falsificati nonnunquam igni consumuntur, aliquando in varias diversasq; partes dissecantur, & scinduntur. Damhoud. *in prax. crim. cap. 125. n. 14.*

24 *Ampliatur* II. In † omni eo, qui alienum Chirographum vel Sigillum callidè & dolosè effingit, ita, ut hinc aliquis ullum patiatur incommodum ac detrimentum, vel corporis, vel vitæ, aut bonorum. Nam talis multorum judicio amputatione manus vel pugni puniendus: secundum Consuetudinem verò palàm ac publicè installandus est, & subrigendus in pelorinũ seu in meastrum: ac inde extra ditionem seu territoriũ, aut etiam provinciam ejiciendus, id est, exilio damnandus, aut aliàs juxta conditionem qualitatemq; Delicti puniendus, Damhoud. *in d. prax. rer. crim. cap. 122. n. 12.* Idem obtinet in obsignatione in fraudem facta, quæ non nocet illi, cujus est Sigillum, *l. 2. C. de reb. alien. non al.* quinimò apponens illud, falsum comittit, *cap. tam literis. Extr. de test. cap. ult. ubi Gloss. fin. de his, quæ fiunt à Prælat.* & ut falsarius punitur. Mynś. *ad cap. tertio loco 5. n. 3. Extr. de probat.*

25 *Ampliatur* III. In † eo, qui Sigillum suum abnegat, is si postea à parte adversa convincatur, pœnâ falsi punitur. *per l. eos. 27. D. de fals.* Chilian. König. *part. 2. Process. cap. 39. vers.* Wo aber einer sagt.

26 *Limitatur* I. † ejusmodi falsi pœna in eo, qui non dolo malo Sigillum alienum fabricavit & imitatus fuerit. *§. Item L. Cornelia.* ibi: sciens dolo malo. *Inst. de publ. judic. & ibi Dd.* Bart. *in l. L. Cor-*

L.Cornelia.D.de falſ. Farinac. *de falſ. & ſimul. quæſt. 150.n.66.* Exemplum † eſt in Artificibus, qui Sigillum, quod fabricant, præſertim ſi fuerit publicum, vel alicujus viri magnæ authoritatis, in cera & in charta exprimunt, & omnibus oſtendunt, ut appareat, quòd bonâ fide fecerint. Bart. *d. loc.* Olim lege Solonis hæc oſtentatio vetita erat, per ea, quæ annotavimus ſuprà *cap. 2.n.17.* 27
Aliud † refert Salomon Hennig in Lifflandiſch. *Chron. in Anno 1582. pag. 72.* Den 12. Martij/ ait, iſt die Königliche Majeſt. in eigner Perſon von Riga kommen/ vnd waren daſelbſt von den Lifflåndern die beyde Freyherrn (de quibus *Tract. de jur. Inſign. cap 22. nu. 178.* diximus) Taub vnd Krauſe vor der Königl: Majeſt: Ehrenrührig beſchuldiget / alß ſolten ſie dem Hertzog von Churland/ vnd mehr andern/ die Sigel nachgraben/ vnd an dē Großfürſten geſchrieben haben / ſich vnter jhn zu ergeben/ Sie wandten aber dagegen ein/ es were dem Lande zu Gutem geſchehen/ daß ſie jhme ſolche Naſe gedrehet/ aufgehalten/ vnd auß der Rüſtung gebracht/ Summa/ man kan nicht mit jnen fort/ ware nicht einmal roht oder bleich davon/ ꝛc. 28

Limitatur II. In † Sigillo, cujus literæ legibiles non ſunt, vel paucæ ſaltem, ſed neceſſariò non concludentes: aut etiam ſculpturæ ſunt conſumptæ: vel aliter corruptum, ut non benè appareat. Nam tale Sigillum ſi inſcio Domino literis impreſſum, pœnam falſi non meretur, cum in eo falſitas conſummata & perfecta conſiderari, vel puniri non poſſit, cum nemini nocere valeat. poſt Cravett. *conſ. 46.n.5. & 6.* & Afflict. *deciſ. 12. n. 12.* Farinac. *d. conſ. 60.n.46. lib. 1.* 29

Limitatur III. Ex † Conſtitutionibus Regni. Sic pœna falſificantium literas Regias in Regno Neapolitano, juxta contenta Conſtit. locum habet; quando & literæ & Sigillum Regium eſſent falſificata: ſecus ſi non. Vid. Thom. Grammat. *deciſ. Neapol. 27.n.9. & ſeqq.* 30

Concluſio Secunda.

Sumens † Sigillum Domini ad ſigillandum certum aliquod inſtrumentum, & nihilominus aliud inſcio Domino conſignans, crimen falſi incurrit. 31

Post Panorm. *in cap. 2. Extr. de fid. instrum.* Andr. Fachin *cons. 60. n. 18. vol. 2.*

Conclusio Tertia.

32 *Sigillans † Sigillo Defuncti tenetur de falso.*

Post Abbat. *in cap. 11. col. pen. D. de fid. instr.* & Bald. *in Rubr. C. Eod.* Hieron. de Federic. *resol. crim. 1. n. 10.* quæ extat *post lib. 2. Consil. Farinac.* Ratio est, quòd per hoc robur illis literis tribuerit, juxta not. *in cap. post cessionem. de probat.* Hieron. de Federic. *d. loc.* Atq; hinc est, quòd licet Regens Cancellariæ V. nomine Ferdinandi in processuum subsignatione in causa H. contra R. K. Sigillo defuncti Imperatoris Caroli V. usus fuerit: tamen successor ejus post obitum Ferdinandi de hoc dubitavit, ac priore Sigillo obliterato, Ferdinandi I. nomine Maximiliani impressit. Gilman. *tom. 3. Symph. Voce: Cæsaris cum Camera concursus.*

Conclusio Quarta.

33 *Præbens † testimonium contra scripturam suo Sigillo sigillatam, de falso punitur.*

Tyndar. *lib. 1. tract. de testib. cap. 8. n. 5.*

Ampliatur etiam in abnegante Sigillum suum. *l. eos. 27. §. 2.* ibi: Et eum, qui contra signum suum falsum præbuit testimonium, pœna falsi teneri, pronunciatum est. *D. de Fals.* Dobbercinus *in Repert. jur. Vocib. De signo, vel Sigillo.* Reyger. *in*
34 *thesaur. jur. Voc. Sigillum. num. 16.* Etenim † abnegans, nec recognoscens Sigillum suum, si falsi convictus in testimonium ampliùs non adhibetur. Harmenopol. *lib. 1. tit. 6.* & Theophil. *in §. testes. Instit. de testam.* Nam qui falsò Sigillum suum falsitatis arguit, se ipsum tanquam falsarium accusat, atque adeò se ipsum abnegat. Est enim anulus voluntatis nostræ certissimus testis, imò non testis modò, sed tanquam ipse nos,
35 ut rectè † Cicero *ad Q. Fratrem* scribat, cum author illi esset, ne anulum suum à ministris suis circumferri patiatur. Est enim, *ait*, non tanquam vas aliquod, sed tanquam ipse tu, non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ. Est enim anulus arctissimum quoddam vinculum omnium

contra-

contractuum & negotiorum, & in rebus privatis, omnium etiam testium loco, ut meritò ab omni testimonio in gerendis contrahendisque rebus excludantur, qui omnis fidei vinculum, quantum in se est, tollere conati sunt. Just. Reuber. *tract. de testib. part. 1. n. 144. & seqq.* In specie † autem de pœna
36 Rei & Actoris mendaciter syngrapham propriam negantis, aut impugnantis, videatur Cunrad. Rittershus. *in Expos. Novell. part. 9. cap. 25. n. 4. & seqq.* ut & de Remedijs † contra abnegan- 37 tes Apocham & instrumenta incautè composita Justinianus Imp. *in Novell. 73. cap. 4.* ibi: nisi secundum nostram legem adjiciatur documento credulitas, aut præsentia testium, coram quibus contractus est factus: aut forsan novissimum ejus rei refugium invenerit, dicimus autem quod ex Jurejurando est. Nam non infirmamus quod factum est. Nam falsitates & imitationes metuentes, & nudis eis existentibus non credentes hujusmodi subtilitatem causæ addimus; non ut credentes privemus fide suâ circa amicos, sed ut, quantum possibile est, & perfidiam & negationem multis reconvincamus modis. Aliam Cautelam ad evitandas circa sigilla fraudes Vid. suprà *cap. 9. §. 1. Concl. 1. Limitat. 1. n. 25.*

Sed † dubitatur hîc, *cujus sit cognitio, quando falsum circa sigil- 38 lum, cumprimis magnum, commissum sit?* Olim in Regno Galliæ si quis in hoc & Cancellariæ Franciæ sigillis falsum committebat, cognitio tàm ex privilegio, quàm ex Consuetudine ad Cancellarium spectabat. Nicol. Boer. *tract. de Custod. Clav. fol. 4.* & ita tenuisse & judicasse senatum refert Steph. Aufrer. *in Stilo Parlamenti part. 4. art. 115.* quem sequitur Pet. Rebuff. *ad Constit. reg. tit. de literar. oblig. art. 1. Gloss. 6. n. 2.* ubi *n. 3.* addit: hodiè tamen alio jure uti, cum Cancellarius ex Edicto Regio illam falsi cognitionem non habeat, nec bona falsum committentis acquirantur eidem.

SECUNDUS MODUS EST

39 Litterarum † Sigillo clausarum Apertura.

Conclusio Unicà.

40 *Si quis † alterius litteras sigillo obseratas aperuerit, effregeritvè, pœnas lege Divina & Humana sancitas nunquam subterfugiet.*

Nam cum eo ipso, quòd obseratæ literæ mittuntur, mittens non vult eas ab alio, quam ad quem mittuntur, legi, secretumque revelari, ob id meritò juris sui persequendi actiones retinet, delictique punitionem licitè petere potest. Mart. Navarr. *in cap. Sacerdos. n. 35. in fin. de pœnit. in 6. dist. 6.* Ludov. Molin. *tom. 5. de Iustit. & jur. tract. 4. disp. 36. n. 2.* Casp. Anton. Tess. *lib. 2. quæst. forens. 100. n. 9.*

41 *Primò.* † enim peccat mortaliter: siquidem alterius litteras sigillo munitas aperiens & legens, aut, quæ servabantur in secreto loco, injustitiæ peccatum committit, quandoquidem tollit jus alterius, tam mittentis, quàm ejus cui mittitur. Tollit etiam custodiam, quæ illi convenit. Est ergo peccatum mortale & lethalis culpa: maximè cum res gravis est, & quam celare tenebatur, & timeri inde justè aliquod notabile damnum, vel infamia, aliudve sequi posset: ac regulariter omnis injustitia sit peccatum mortale, post Thom. *2. quæst. 59. art. 4.* Menoch. *de arb. jud. quæst. lib. 2. cent. 4. cas. 311. n. 12. & cas. 538 n. 14. & seqq.* Farinac. *de fals. & simul. quæst. 150. n. 115.* Cardin. Franc. Toletus *de Septem peccat. mortal. cap. 44. in fin. & in addit. ibid.* Navarr. Sylvest. & Sot. *loc. ibid. adductis, & cap. 45. vers. Aliud dubium est in secretis, & ibi in annot.* allegans Navarr. Sot. & Ant. Anton. Goffar. *in compend. Oper. de Theol. moral. Mart. Bonacinæ in Voc. Secretum.* Lud. Molin. *d. tom. 5. tract. 4. disp. 36. n. 2.* Sed inter omnes placet audire hîc Dominic. Soto *de rat. tegend. & detegend. secret. memb. 1. quæst. 1. concl. 2. pag. 13.* Sed, *ait*, inter personas privatas, qui data fide recipit arcanum amici, tenetur illud abscondere de Justitia, veluti tenetur quis servare depositum. Atque adeò qui per injuriam extorsit ab alio secretum suum, tenetur

tur illud servare: sicut fur tenetur restituere furtum: ut si quis litteras alienas aperuit, præterquam quòd graviter peccavit, obnoxius est secreti servandi. Est ergo servare Secretum proximi, propriè fidei officium. *can. de forma 22. quæst. 5.* Nicol. de Passerib. à Janua. *lib. 3. de privata scriptura dub. 1. n. 18. & seqq.*

Secundò † Violat etiam iste litterarum effractor Jus Gentium, quo Legati prohibentur violari. *can. Jus Gentium. dist. 1.* At litteræ sunt muti legati, portitoribus, qui eas deinde curarent, commissæ. Plaut. *in Trin. act. 3. scen. 3. vers. 81.* Terent. *in Phorm. act. 1. scen. 2.* Joann. Philipp. Paræus *Elect. Plautin. lit. L. Voc. Litterarum &c. pag. 378.* Navarr. *in cap. Sacerdos. pen. n. 12. de pœnit. dist. 6. & in Enchirid. Confess. cap. 18. n. 53.* Menoch. *lib. 6. de arbit. jud. quæst. cas. 538. n. 16.* Carol. Paschal. *in Legat. cap. 17. pag. 118.* ubi de litteris fidei & credentiæ, & alijs. 42

Tertiò, † cum omnis apertura sit prohibita & aperire ille dicatur, qui naturaliter aperit tabulas, sive sint signatæ, sive non sint ligatæ: sed tantùm naturaliter clausæ: idque sive palam & publicè, vel secretò fiat, inquit Ulpian. *l. 3. §. Aperire. 19. cum seq. D. ad SC. Syllan.* rectè † existimatur infringere jura Rerumpubl. quoniam conducit ad fidem publicam, litterarum sigilla & Insignia esse inviolata. Etenim eo animo litteræ aperiuntur, ut aliquod magnum detrimentum amico afferatur. *arg. cap. cum minister. 23. quæst. 5.* Imò idem est etiam, si damnum non sequatur, modò eo animo factum fuerit, *arg. cap. si quis aperuerit. cap. si hos. & cap. si egressò. de injur.* post Navarr. *in cap. si Sacerdos. n. 12. & 14. de pœnit. distinct. 6.* Menoch. *de arb. jud. lib. 3. cas. 311. n. 12. & d. lib. 6. cas. 538. n. 16.* Goffar. *d. Compend. Voc. Litteræ.* Hæc † fides publica ut conservetur, dabant plerumque & mittebant Veteres per Pueros suos & Tabelliones notos (Lator enim Epistolæ sæpè suspectus est, cum etiam non est, ait Plaut. *in Bacch. act. 4. scen. 5. vers. 82.*) Epistolas cerâ sive lino & signo munitas. Illud plerumque erat Imago aliqua ceræ, cretæve impressâ: hoc fuit vinculum, quo Epistola obligata, & cui signum ipsum impositum, impressùmve. Plaut. *in Pseudol. act. 1. scen. 1.* 43 44 45

Per

Per ceram & linum litterasq; interpretes
Salutem mittit, & salutem à te expetit.

Et in Bacch. *act. 4. scen. 4. vers. 81. 96.*

Ne interturba, jam impetratum in cerâ est.
Cedò tu ceram ac linum actutum.

46 Nec † aperire litteras Epistolamve fuit, nisi vinculo soluto, integrum. Inde apud Curt. *lib. 7.* At Parmenio vinculum Epistolæ solvit. Thucyd. *lib. 1. pag. (mihi) 39.* ibi: Quare cum (Argilius) sigillum (Pausaniæ sigillo) simile fecisset, epistolam solvit. Apud alios incidere linum & solvere Epistolam dicitur. Per ceram autem & linum intelligunt signatas, quibus ideò fides habenda est, juxta senem apud Plaut. *in Bacchid. act. 4. scen. 7.* ibi:

Quid hæ loquuntur litteræ? Quid me rogas?
Ut ab illo accepi ad te obsignatas attuli.

Et Frider. Taubman. *in comm. ibid. in verbis: per ceram & linum.* Aldrovandus *lib. 1. de Insect. cap. 3. Rubr. Usus in scribendo. pag. 171.*
47 Hinc Formulæ † illæ, Nosce signum: & cognosce signum, de quibus Plaut. *in Bacchid. act. 4. scen. 2. & in Pseudol. act. 4. scen. 2.* ac utrobique Taubman. *in comm.* ubi addit: Ideò jubebant semper ante apertionem signa agnosci fidei causâ. Aldrovand. *d. loc. pag. 171.* De hac consuetudine obsignandi & obligandi literas videndi sunt Just. Lips. *Instit. Epist. cap. 4.* Adrian. Turneb. *lib. 24. Advers. cap. 24.* Mercer. *lib. 2. Opinion. cap. 23.* Salmuth. *ad Pancirol.* Jan. Gruter. *in Suspicion.* & alij plurimi, quos in hoc sequitur Joan. Philipp. Paræus. *Elect. Plautin. lit. L. Voc. Litterarum, scribendi, scripturæ. pag. 372. & seq.*
48 Humanam † igitur societatem & amicorum absentium secreta colloquia è vita humana tollit, qui litteras ad alium missas in medium profert, aperit, & publicat, idque impunè. Est enim impunitatis genus, jam non habere pœnæ locum. Debet autem pœna cæteros aut meliores reddere, aut, ut sublatis malis cæteri securiores vivant. Cicer. *Philipp. 2.* Senec. *lib. 1. de clement. cap. 22.* Hugo Grotius *lib. 2. de jur. bell. cap. 4. n. 4. & seqq.* ubi ex hac ipsa humanæ Societatis conservatione rationem puniendi, & audaciam talem

lem reprimendi sumit. Imò contra † justitiam præter commissum peccatum facit, qui litteras aperit & revelat. Sotus *de ration. tegend. & deteg. secret. quæst. 2. pag. 31.* 49

Ampliatur: † Quòd quis nec Missivam privatam invitus edere cogatur, licet volens requisitus possit. *Gloss. in l. Prætor. D. de Edend.* Atque ita decisum in Cam. Imper. in causa Hansen Laren contra Bernhausen/ im Martio Anno 1544. 50

Quartò. † taliter litteras alienas privati alicujus aperientem & solùm legentem, nec alteri ostendentem, Crimine Stellionatus teneri, docet Bart. *in l. qui testamentum. D. ad L. Corn. de fals. & l. Titio. D. ad Municip.* Adrian. Gilman. *lib. 2. decis. Cam. Imp. 43. inter summar. n. 129.* Alciat. *in Cons. impresso post ejus tract. de Duell. n. 14. in fin.* Farin. *de fals. & simulat. quæst. 150. n. 126.* Bernh. Wurmser. *lib. 1. pract. forens. tit. 47. obs. 25. n. 1. & 2.* Quod enim † in privatis delictis est de Dolo actio, id in criminibus Stellionatus persecutio, everriculum nimirum omnium fallaciarum & imposturarum. *l. 3. §. 1. D. Stellion.* Et quemadmodum de dolo damnatus infamis fit, ita etiam Stellionatus damnatus. *l. quid ergo 13. §. ult. D. de his qui notant. infam.* Stellionatus enim dolus quidam versutior & improbior est, planeque affectatus, vel, ut Plautus loquitur edolatus, exasciatus, & aliquandò falsitatis quiddam habens, ut in casu *l. qui duobus 21. D. de fals.* juncta *l. 3. §. 1. D. Stellion. & l. 1. cum seq. C. eod.* Nic. à Janua. *lib. 3. de priv. script. dub. 1. n. 50.* Hoc † Stellionatus crimen, publicum licet judicium non sit. *d. l. 13. §. ult.* extraordinariam tamen cognitionem habet. *l. 2. D. Eod.* & talem quidem coercitionem, quæ genere etiam pœnæ infamet, velut opus metalli, relegationem, ab ordine remotionem. *d. l. 3. §. pen. D. Stellion.* Ut planè indubitatum non sit, quin Stellionatus damnatio non minùs, quàm doli semper infamet. *d. l. 13. §. ult.* maximè, quòd extraordinaria coercitio plerumque cum infamia conjuncta sit. Freher. *lib. 3. de Infamia. cap. 10. n. 5. & 6. ut & cap. 4.* Marc. Lychlam. *lib. 1. Membr. Eclog. 21.* 51 52 53

Et quamvis † videri possit casu, quo apertura literarum 54

tertio non erat nociva, quòd nihil in illis, unde damnũ & injuria oboriri posset, continebatur, & sic nec pœnæ locus sit. Vivius *decis. 62. n. 13. lib. 1.* Menoch. *de arb. judic. cas. 538. n. 5. per ibi relat.* Nicol. à Janua. *lib. 3. de priv. script. dub. 1. n. 11. 12. & 13.* meritò tamen extraordinariæ pœnæ locus semper remanet, cum sit res mali exempli litteras alienas aperire, sive scribenti per hoc fiat præjudicium, sive non. Farinac. *d. quæst. 150. n. 134. & seqq.* Nic. à Janua. *d. dub. 1. n. 14.*

55 *Ampliatur;* † Etsi in ipsis litteris aliquid scriptum esset contra aperientem & legentem: adhuc enim pœna ipsa extraordinaria Stellionatus locum sibi vindicabit. Non per hoc enim debuit eas aperire, sed aut non recipere, aut receptas fideliter præsentare. Sic præcisè Abbas *in cap. cum olim Magister. 4. sub n. 2. vers. Et nota. D. de off. deleg.* Menoch. *d. cas. 538. n. 7.* Nicol. Janua. *d. lib. 3. de priv. script. dub. 1. n. 9.*

56 *Quintò.* † Falsi quoque criminis Reus habetur, & arbitrariè puniendus venit improbè & dolosè sui Compendij causa, ad occultandam veritatem in alterius detrimentum, *l. nec exemplum. 20. C. ad L. Corn. de fals.* Franc. Vivius. *decis. 62. n. 11. lib. 1.* (ita, ut vel scriptor, vel is, ad quem scribuntur litteræ, aliquid damni vel verecundiæ inde patiatur) litteras alienas, tàm publicas, quàm privatas aperiens, rationesque sibi creditas, ac mittentis sive amico, sive inimico & adversario ostendens & pandens, *lib. 1. §. 15. qui in rationibus. 4. cum seq. l. 2. lib. 16. D. de fals.* Arnold. ab Haersolt. *de Actionibus part. 7. act. 48. n. 5. & 8.* Clarus *§. Falsum. n. 26. & ibi addit. lit. d. & e.* Claud. Bertazz. *in addit. ad Barth. Bertazz. cons. crim. 112. lit. a. vol. 1.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 10. n. 64.* Jodoc. Damhoud. *in prax. crim. cap. 122. n. 19.* Tiber. Decian. *lib. 7. tract. crim. cap. 17. n. 46.* Matth. Wesemb. *cons. 314. n. 80. & 81.* Farinac. *de fals. & simul. quæst. 150. n. 114. 126. 127.* Nicol. à Janua. *d. dub. 1. num. 15. per ib. relat. num. 24. & 25.*
57 Si verò † ipse quidem aperuit & vidit, alijs verò non ostendit, vel ostendit quidem ei, cujus respectu causæ jam erant communes; vel obsignationem quidem deturbavit, aliâque ementitiâ Epistolam communivit, quam tamen

men à lectione castam conservavit, tunc non in crimen falsi incidit, sicut speciale est in aperiente testamentum, sed punitur aliter extra ordinem, crimine Stellionatus. Bartol. *in l. 2. n. 1. D. ad L. Corn. de fals.* & ibi Alban. *in addit.* Roman. *cons. 366. n. 2. & 3. vers. Dum verò.* Cornæus *cons. 45. num. 3. & 4. lib. 1.* Clar. *d. §. falsum. num. 26. ubi Addit. lit. d.* ac Bajard. *ibid. n. 205. & seqq.* Alciat. *d. cons. in mater. Duell. num. 14.* Decian. *d. lib. 7. cap. 17. num. 46.* Wurmſ. *d. lib. 1. pract. forens. tit. 47. obs. 25. num. 1. & 2.* Barth. Bertaz. *cons. crim. 112. num. 1. & seqq. lib. 1.* & ibi Claud. Bertazz. *in addit.* Joann. Schneidvvin *ad §. Item L. Cornelia de fals. num. 7. Inst. de publ. judic.* Dom. Card. Tusch. *pract. concl. lit. L. concl. 375.* Nicol. Janua. *d. tract. lib. 3. dub. 1. num. 1. & seqq.* Nicol. Everhard. *d. tract. de fid. instrum. cap. 10. num. 64.* Neque † enim licebat olim & adhuc hodiè cuique li- 58
teras obsignatas vel aperire & legere, vel alteri (citra crimen falsi) legendas tradere, egregiè docet Magnus JCtus Aremoricus Janus Langlæus *lib. 8. Otij Semestr. cap. 12.* Falsum (verba propter raritatem libri in Germania raró prostantis refero) committit, non tantùm qui deposita apud se cujusquam instrumenta adversario prodit; *l. 1. §. 15. qui D. ad L. Corn. de fals.* sed & qui cujusvis literas improbè legit, resignat, recludit alijve legendas & inspiciendas tradit. *l. si quis aliquid. §. qui uni cum duobus seqq. D. de pœn.* si modo ejus, qui scripserit, vel ad quem scriptæ fuerint, intersit lectas non fuisse. *l. 1. D. de fals.* ubi Bart. Gloss. & Dd. *l. damus. C. Eod.* Bald. *cons. 14.* Quamobrem
† & Augustum scribit Tranquillus *in August. 67.* Thallo amanu- 59
ensi suo crucifragij supplicium ideò indixisse, quòd secretiorem quãdam suam Epistolam, precio corruptus, cuidam, cujus fortè intererat eam inspicere legendã subjecisset, vel recitasset: Thallo, *inquit*, amanuensi, quòd pro Epistola prodita denarios quingentos accepisset, crura effregit. Domitius Brusonius *lib. 6. Memorab. cap. 10. §. Augustus.* Id autem ita accipiendum, si dolũ eâ in re adhibitum, qui ex ipso facto illicito præsumitur, fuisse, cõstare possit. Cæterùm, si vel per errorem, simplicitatem, imperitiam, aut rusticitatẽ quisquam alicujus Epistolã aperuerit,

 lege-

legeritve, cum fortè crederet inde damnum nemini illatum iri, vel quia ad se scriptam putaret, quòd ejusdem nominis, cujus & is, ad quem mittebatur, esset: nullius criminis reum eum existimaverim, *l. nec exemplum. C. de dolo. §. Item L. Corn. de falsis. Inst. de publ. jud. l. 3. §. et si sciens. 22. & seq. D. ad Syllan.* Loquitur enim lex de eo, qui improbè legerit, aut aperuerit. Proinde etsi quis vinculum tantùm Epistolæ solverit, nec illam legerit, nec quicquam ampliùs fecerit, crediderim eum falsi crimine non
60 teneri, neq; pœnæ ulli obnoxium esse. Nam † & Ulpianus Edicto, quo cautum est, ne quis sciens aperiendum, recitandum, describẽdumq; curet occisi testamentum, priusquam de familia habita fuerit quæstio, sumptumq; de noxijs supplicium, eum non teneri dixit, qui dolo non aperuerit: sicut nec illum, qui tabulas naturaliter non reseravit, quamvis linum inciderit, sed excusatione dignum esse, quia dolo caret, qui ipse tabulas omnino non aperuit. *l. 3. §. quod ad causam. & §. si quis tabulas. 23.*
61 *D. ad Syllan.* Unde † non inscitè colligit Bartol. *d. §. si quis tabulas.* quòd obsignatas alterius litteras aperiens, non ligari vinculum id rumpendo, quo occlusæ erant, eas modo nec ape-
62 ruerit, legerit, aut alij legendas tradiderit. Illud † si confessò reseraverit, legerit, aut alij inspiciendas dederit, civili etiam judicio conveniri poterit, neq; depositi tantùm in eum agi, verùm etiam in facti & Injuriarum, si injuriæ faciendæ animum habuerit. Ait enim Ulpianus: Si quis tabulas testamenti apud se depositas pluribus præsentibus legerit, utilius esse in factum & Injuriarum agi: si injuriæ faciendæ causa secreta judiciorum publicarit. *l. si quis testam. 41. in fin. prin. D. ad L. Aquil.* hocque animo recitatum est testamentum quibusdam præsentibus, ut judicia Secreta ejus, qui testatus est, divulgarentur. *l. 1. §. si*
63 *quis tabulas. 38. D. depos.* Uniuscujusque † enim non mediocriter interest, arcana sua nemini pandi. *l. 2. C. Quand. & quibus*
64 *quart. pars debeat. lib. 10.* Hinc † Friderico Imperatori laudi datur, quòd cum Casparis Sollichij litteræ in manus ejus venissent, quæ nonnullis Hungaris inscribebantur, essentq; qui eas aperiendas dicerent, quòd in ijs aliquid proditionis scriptum esse

esse putarent, quod sciri expediret: dixit Fridericus, Casparem esse probum virum, suique amantem existimare, quòd si falleretur, malle se, per sese errorem patere, quàm diligentiâ suâ investigari: neque adduci potuit, ut amici Epistolam ad se non spectantem aperiret, tametsi quibusdam videretur, inde sibi periculum imminere: quod profectò plerique facturi non fuissent. Nam † & Cicero quadam Epistola *ad. Atticum. lib. 9.* 65
fatetur, cum litterarum quidam fasciculus in manus suas incidisset, quamvis ad se scriptum nihil esset, quasdam tamen resignasse, quòd suspicaretur ijs famam suam proscindi: ut & alijs, quas sibi legendas hi dederant, ad quos missæ erant. Vid. integram Epistol: Unde patet non magnopere culpandum Ciceronem, quem justus dolor ad hujusmodi litterarum resignationem impulerit, quasque nihilominus reddi fideliter curarit.

Illud † receptissimum est, tabellarium, qui litteras ad ali- 66
quem perferendas receperit, nec eas, aut non satis fideliter reddiderit, ut quia sciens alij restituerit, quàm cui restituere mandatum susceperat, aut illi ipsi, sed resignatas ab alio inspectas, falsi quoque criminis reum fieri posse: *l. Titio. D. ad Municip. l. 1. ubi Bart. D. de fals.* non item si imprudens. Nam & Augustinus cum de falso testamento quæreretur, omnesque signatores L. Corneliâ tenerentur, non tantùm duas tabulas damnatoriam & absolutoriam simul cognoscentibus dedit, sed tertiam quoque, qua ignosceretur ijs, quos ad signandum fraude vel errore inductos constituisset. Quamobrem si tabellario ipsi in via litteræ exciderint, vel à Magistratibus, aut alijs in itinere (quod frequenter evenit) interceptæ fuerint, æquum non est ob id illum damnum aliquod, vel supplicium subire, ut cujus dolus nullus argui possit. Fit † autem crebriùs per 67
belli maximè tempus, ut tabellarij excutiantur, litteræque intercipiantur, neque ijs, qui perferendas eas susceperint, priùs reddantur, quam lectæ inspectæ fuerint à Magistratibus, Limé-archis, portitoribus, aut alijs, quibus id negotium datum fuerit, & nonnunquam etiam à latronibus & hostibus, quod ex

 pluri-

pluribus Ciceronis Epistolis colligi potest: *ut lib. 10. Epistol. Asinij Pollionis. Et lib. 2. Epist. Caij Cassij. Et ad Attic. lib. 1. Epist. 10.* Plaut. *in Trinum. act. 3. scen. 3.* Ammian. Marcellin. *lib. 21.* Capto, *ait*, à Stationarijs militibus Notario, quem miserat ad Constantinum, scrutatoque si quid portaret, Epistola ejus reperta est, in qua, præter alia multa, id quoque scripserat: Cæsar tuus
68 disciplinam non habet. Sed etsi † ipsius tabularij, vel Reip. intersit, litteras, quas perferendas suscepit, inspici: putarim ipsum nullo supplicio afficiendum, quòd eas aperuerit, legerit, aut alij legendas tradiderit. Quid enim si Bellerophontis, de quibus Plaut. *in Bacch. act. 4. scen. 7. vers. 12.* aut Uriæ sint litteræ, quas quis velut Commendatitias præfert, cum contra eum sint scriptæ? (Vide tamen huc omninò *cap. cum olim. 33. Extr. de Offic. Deleg.* ubi in terminis.) Quid item si in Reipublicæ perniciem scriptas appareat? nemo certè recti judicij dixerit, eum ideo deliquisse, quòd obsignatas, ut acce-
69 perat, non reddiderit. Nam † ex Thucydide & Diodor. Siculo constat, tabellarium, qui à Pausaniâ Lacedæmonio Epistolam ad Xerxem Persarum Regem perferendam acceperat, cum eam aperuisset, Ephorisque deinde, obsignaculis reseratis, legendam dedisset, nullam pœnam subivisse: cum per eam proditorium Pausaniæ consilium detectum fuisset, eademque compertum fuisset, mandasse Pausaniam à Persis necari. Hactenus Langlæus JCtus de litterarum resignatoribus & cũ illo Pareus *in Electis Plautin. dit. L. Voc. Litterarum. pag. 378. & seqq.*

70 Extra † hos & similes casus, de quibus infra in declarationibus agemus, firma manet Conclusio: *Quòd non restituens litteras illi, cui restituendi mandatum susceperat, vel alteri, puta adversario & inimicis pandens ac manifestans, falsi crimen incidat*: *d. l. 1. §. si quis tabulas. 38. D. Depos. l. si quis aliud. §. qui vivi. cum §. seq. D. de pœn.* maximè si Sigillum corrupisset. Bart. *ad d. l. Titio. 36. n. 3. & ibi Alban. D. Ad Municipal.* Schneidvv. *ad d. §. Item L. Cornelia de falsis. n. 7. per ibi relat.* Addit. *ad Clar. §. Falsum. n. 28. lit. d.* Tusch. *pract. concl. lit. L. concl. 375.* Farin. *d. quæst. 150. num. 121.* Idque in suprà dictis casibus tum demum procedit:

dit: si quis dolosè in alterius detrimentum litteras alienas aperuerit, aut dissigillaverit: secus si absque dolo & culpa cum bona fide: tunc enim sine dubio ab omni pœna tutus erit, per tradita Nicol. à Janua *lib. 3. de privat. script. dub. 1. n. 55. & seqq. usque ad fin.* Et ita † in Camera Imperiali, cum quis litteras sibi concreditas alteri ad legendum ostenderet, traderetve, quòd crimen falsi commiserit, judicatum fuit, juxta *d. l. 1. §. si quis tabulas. 38.* si verò ipse solus legerit, *cap. cum olim. 33. Extr. de off. delegat.* & civiliter ad interesse ex crimine Stellionatus conveniri potest, Angel. *in §. liberorum. Instit. Ad L. Aquil.* præsertim si non petatur, quòd Reus puniatur, aut pœna fisco applicetur. Gloss. & Bald. *in l. 7. §. 1. De Sepulch. viol.* Est autem hoc casu damnum & interesse allegare & probare necesse, prout refert Gilman. *decis. Cam. Imp. 43. (alias 44. inter summar.) n. 129.* 71

De Nuncio quodam, qui litteras Principi non reddiderat, in hunc modum sententiam latam testatur Schneidvv. *d. n. 7. in fin.* ibi: Obwol † dieser Fall unter den Rechtsgelehrten sehr bedencklich und streitig: Dieweil aber dannoch / in solchen zweiffelhafften peinlichen Fällen / die gelindere Straff zu erwehlen / So sprechen demnach die Schöpffenstüle / daß auß solchen und andern Ursachen mehr der gefangene Bott von wegen obgedachter seiner Verbrechung mit Brennung eines Zeichens zur Staupe geschlagen / und aller hochermeldtes unsers gnädigsten Herrn Land ewig billich verwiesen wird / von Rechts wegen. Idem Schneidvvin *ad §. pœnales. tit. De albo corrupto. nu. 15. Instit. de Action.* Conf. Nicol. Boer. *decis. 82.* ubi talis pœna invenitur decreta. 72

Deinceps † Scabini Lipsienses ei, qui, resignatis & apertis litteris Electoris Saxoniæ, ad Joannem Weißbach Equitem auratum scriptis, contenta earum legerat, adjudicasse pœnam fustigationis, aut saltem venditionem bonorũ cum migratione ex territorio, mense Augusto 1545. ut meminit Coler. *part. 1. decis. 179. n. 15.* Petr. Theodoric. *disp. Crimin. 8 thes. 6. lit. B. circ. fin.* 73
Ita Nobili † etiam cuidam S. à S. qui Rescriptum Electorale 74

aperue-

aperuerat, legerat, & postea rursum consignaverat, mulctam 100. thalerorum Scabini Lipsenses ad requisitionem Quæstoris Dresdensis, mense Junio Anno 1631. dictarunt. Et in simili ferè casu Judici & Scabinis in Gleina in hunc modum mense Julio Ejusd. anni responderunt: So wird H. R. wegen Eröffnung der Churfürstlich. Sächsischen Befehlig wilkürlich / entweder 14. Tag mit Gefängnuß / oder umb fünff newe Schock in Straff genommen / Bened. Carpzov. *part. 2. pract. crim. nov. quæst. 93. n. 70. & 71.* Quandoque violans Sigillum Magistratus tanquam falsarius, & amissionis causæ pœnâ punitur. *cap. cum olim. 33. Extr. de off. delegat.* & ibi Gloss. *sub verbo Violavit.* Latè Ploc. *cons. 95.* relatus à Casp. Ant. Thessaur. *lib. 1. quæst. forens. 100. n. 8.*

75 Denique pari † modo cuidam rustico ex malitia litteras cujusdam Nobilis ad alium Nobilem deferendas tabellario eripienti & resignanti arbitraria pœna, vel relegationis, vel pecuniaria grandis in Dicasterio Jenensi mense Decembri An. 1607. dictata fuit. Petr. Theodor. *d. disput. 8. thes. 8. lit. B. cir. fin.*

76 *Sextò,* † Transmittenti Injuriarum actione, Depositi ac in factum, & ad omne Interesse tenetur, litteras sibi cõsignatas & alicui destinatas aperiens, legens & contenta in litteris ad alterius injuriam divulgans, per tradita suprà *vers. Quinto. n. 70. text. express. in d. l. 1. §. si quis tabulas. 38. D. Deposit.* Franc. Vivius. *decis. 62. n. 19. lib. 1.* Gondisl. Villadiego Hispan. *tract. de Legat. in 11. part. quæst. 1. n. 4.* Decian. *lib. 7. cap. 17. n. 46.* Farinac. *de fals. & simul. quæst. 150. n. 123. & seq.* Nicol. à Janua *d. lib. 3. de priv. script. dub. 1. n. 10. & 16.* Conf. suprà *hoc cap. n. 62.*

77 *Septimò.* † Furti quoque pœnæ subjiciendus est alienarum litterarum effractor: cum illæ in Dominio remanserint mittentis, donec ab illo, ad quem scriptæ, acceptatæ fuerint. *text. expr. & elegans in l. eum qui emit. 14. §. si Epistola. ult. D. de furt.* Sebast. Medic. *tract. de acq. rer. domin. Gloss. 1. part. 1. n. 54.* post eundem ac Pacium à se relat. Nicol. à Janua de Passerib. *tract. de priv. script. lib. 3. cap. 1. De Epistol. n. 92. vers. Confert mirum.* Non minus contra surripientes clypeos, vel galeas, aliaque Insignium ornamenta Furti actio competere videtur, imitatione ejus,

ejus, qui noctù Romæ celebrioribus antiquis Statuis in locis publicis collocatis, capita furtim surripuit, cum hoc ipso Clarissimorum vivorum gloriæ, celebritati & famæ eat detractum. Videatur Bonifac: *tr. de furt. §. Corporalis. n. 52.* Conf. tract. meum *de Jur. Insign. cap. 20. n. 231.*

Octavò, † Criminis Læsæ Majestatis Reus fit, qui aperuit litteras publicas, illasq; legerit, vel alijs ostenderit, ex quo hostes adjuti sunt, & Respublica seuPrinceps damnum passus est, vel periculum incurrit, post Roman. & Gigant. Decian. *lib. 7. Tract. crim. cap. 17. n. 46.* Secus est, si privatorum subsignationes & insignia deturbata fuerint. Claud. Bertazzol. *ad Barthol. Bertazz. consl. crim. 112. in fin. lib. 1.* 78

Ex quibus † omnibus patescit, arbitrio Judicis tales execrabiles vestigatores, effractores & nunciatores, velut Reip. pestes & innocentibus plerumq; periculum creantes, puniendos, eorumque collegium, quod ex his nebulonibus, delatoribus, quadruplatoribus, sectoribus, mandatoribus, vestigatoribus & emissarijs coierat, funditus cum Titio, Nerva & Trajano secundum Plin. *in ejus Panegyr.* ad Reipubl. florem recolligendum cum Antonino Pio & Marco Philosopho juxta Capitol. *in eorũ vitis* subvertendum erit. Eleganter & doctè ut omnia Marq. Freher. *lib. 3. qui est de Infamia. cap. 6. n. 5.* Idque † eo magis, quòd sciamus, quas calamitates Paulus IV. Papa cum tota Italia ob factam litterarum Regis Hispaniæ resignationem luerit. Christoph. Cruf. *part. 2. de Indicijs. cap. 35. n. 36.* In Clericis ob alienarum litterarum aperturam Depositionis pœna locum habet. *cap. Ad falsariorum. Extr. De crim. fals.* Decian. *d. lib. 7. cap. 17. n. 46. in fin.* per *ibi relat.* Denique in frangente litteras Judicis pœna pecuniaria præstò est, quæ 50. aureorum jure prodita est. *l. si quis, id quod. in pr. D. de jurisd.* Vel etiam falsi pœna. *l. hodiè. in pr. D. de fals.* post Joan. Fabr. & Jason. Decian. *d. cap. 17. n. 46. in fin.* Nicol. Janua *d. lib. 3. dub. 1. n. 47. & seqq.* ubi etiam diversas Dd. super hac pœna sententias proponit & conciliat. 79 80

Declarantur † prædicta ad hoc, ut pœnæ illæ sequentibus cessent casibus: 81

I. Si aperiens & legens litteras illas sit scribentis Superior.

II. Aut facit ipsius ratihabitione.

III. Aut inadvertenter: Nec legit eas, uti vel ocularis probat inspectio, vel testes concludenter deponunt.

IV. Aut contineant res parvi momenti: Vel nihil omninò in illis scriptum continebatur:

V. Aut habeantur pro derelictis:

VI. Aut sint Inimici, quòd timetur aliquid mali, cujus periculi avertendi causa litteras aperiat; sive si aperiens probabiliter cognoscat esse in damnum proprium illas conscriptas, vel in damnum tertij, præsertim communitatis alicujus, prout de Argilio literis proditum est. Postquam enim is postremas Pausaniæ Epistolas ad Regem Xerxen scriptas ad Artabazum erat perlaturus, isque Argilius, quondam ejus amasius fuerat, idemq; illi fidelissimus ad eos (Lacedæmonios) indicium (perduellionis) detulit: territus quadam suspicione, quæ ipsi in mentem venerat, quòd nullus de nuncijs, ante se missis adhuc redisset. Quare cum Sigillum [Pausaniæ Sigillo] simile fecisset, (ut si opinione suâ deceptus fuisset, aut etiam si quid ille [in ea] mutare voluisset, non agnosceret) Epistolas solvit. In quibus suspicatus aliquid hujusmodi præterea mandatum esse, se quoque scriptum, cædique destinatum invenit, & Ephoris ostendit. Thucyd. *lib. 1. histor. pag. (mihi) 39. in fin.*

VII. Aut sit Gubernator tempore belli:

IIX. Nec sit periculum magni damni. post Navarr. Lopez. & alios Ant. Goffar. *in d. Compend. Oper. de Theolog. moral. Martin. Bonacina. Voc. Littera.* Nicol. Everhard. *tr. de fid. instr. cap. 10. n. 62. & seqq.* Ut enim arcanum amici temerè effutire non modo vanitas, sed iniquitas, atque adeò infidelitas; ita contrà, tunc occultum celare crimen, quando Magistratus id via juris & ratione percontantur, delictum est, maximè si crimen spectet in perniciem Reipublicæ. Sotus *de ration. tegend. & detegendi secret. memb. 1. quæst. 1.* Nicol. à Janua *lib. 3. de priv. script. dub. 1. n. 45. 21. & 22.*

IX. Au

IX. Aut sit factum ob curiositatem, causâ sciendi nova, aut ridendi, ob elegantem, vel barbaram compositionem:

X. Aut credat aperiens adesse interpretativam voluntatem ejus, qui scripsit, vel illius ad quem mittitur. Goffar. *d. Compend. Voc. Secretum.* Francisc. Toletus Cardinal, *de septem peccat. mortalib. cap. 45. in fin.*

Subdeclarantur † hæc I. nisi is, qui aperit, legit & revelat, 82
probabiliter prævideat, fore, ut inde mortale aliquod damnũ, suâ scilicet propalatione oriatur. Tunc enim mortaliter peccat. Goffar. *d. voc. Secretum.* & paulò antè *sub n. 81. vers. IIX. ibi: Nec si sit periculum magni damni.*

Subdeclarantur † II. Quamvis semper sit peccatum, litteras 83
alienas aperire, nisi de consensu saltem rationabiliter præsumpto ejus, qui illas mittit, & ad quem mittuntur; vel nisi adsit rationabilis causa, cur sine eorum consensu aperiantur: attamen illa rationabilis causa non pro placito fingenda, sed Cancellis suis semper est inclusa. Unde *Primò* † Prælatus religioso- 84
rum aut religiosarum, ***ubicunque id ita est statutum, aut quando id judicat expedire***, aperire potest litteras, quæ ad suos subditos mittuntur, aut quas subditi ad alios mittunt. Imò verò ubi est statutum sub culpa, aut sub censurâ, ne litteræ mittantur, aut recipiantur, nisi aspiciente eas superiore, tunc, qui illas accipit, aut mittit, contra formam ejus Statuti in culpam incidit, aut simul etiam in Censuram. Ludov. Molina. *d. tom. 5. tract. 4. disp. 36. num. 4. post Navarr. & Anton. infrà relatos.* *Deindè* † licet tempore Belli in locis finitimis hosti- 85
um licitè aperiantur litteræ à ministris ad id deputatis: ut & quoties ex aliqua gravi causa ita Reipubl. bono communi expedire judicetur: Secreta tamen alia, quæ in eis litteris reperiuntur, tenentur ejusmodi ministri celare. Atque quando certò scirent in aliquibus litteris nihil contineri, quod præjudicium afferre posset Reipubl. cernerentque periclitari alicujus famam, si ulteriùs in eis legeretur, tenentur ab ea lectione desistere; transireque ad aliud: quoniam legere eas litteras solùm est licitum, quantum sit

.86 satis,ut bono communi prospiciatur. Molina *d. loc. n.5. Tertiò,*† quod privatum attinet,is tùm demum licitè aperire & legere litteras alienas potest, quibus timet sibi damnum aliquod injustè parari,aut malum posse sibi inde evenire,ut illud fugiat, aut impediat,tantùm præcisè ex eis legendo, quantum ad id sit satis. Imò idem efficere posset,quando justè timeret,parari proximo ijs literis damnum injustum, aut ex illis posset ei injustè sequi, ut illud ex Charitate impediret. Atque ita consentire Navarr. *in Manual. cap. 18. n. 53.* & D. Anton. *2. part. tit. 1. cap. 22. §. 5.* scribit Molina. *d. tom. 4. de Justit. & Jure. tract. 4. disp. 36. n. 6.* Sciendum tamen hìc, quòd Sigilla violans, & scripta Judicum aperire non erubescens, quasi Judices contra ipsum perperam processissent, cum Acta in scriptis minus fideliter redegissent, & ob id Uriæ litteras se portare timens, easque aperiendo, licet quod suspicatus fuit, adinvenerit, excusandus videatur; Innocentius III. Pontifex tamen *in d. cap. cum olim. 33. Extr. de off. deleg.* hanc aperturam improbat: *tùm*, quòd hìc melius,si quod expediret,notasset: *tùm*, quòd scripta suspecta non recepisset, vel recepta fideliter præsentasset, suspicionisq; caussam coram superiore ostendisset: *tùm*, quòd hujus apertoris verbis fides habenda non sit; in hoc saltem eum puniendum duxit,in quo peccaverat,ita,ut contra acta judicum,quæ temerè violaverat audiendus non sit: ne dolus suus ei patrocinium attulisse videatur.

87 Subdeclaratur † III. Licet superioribus casibus permissa videri posset alienarum litterarum apertura: attamen cum aperiens semper & in dubio versetur in illicitis,non debet super earum disputatione audiri: *d. cap. cum olim. 33.* Imò aperiendo incidit in crimen Stellionatus, ideò non potest admitti ad probandum id, quod per crimen consecutus est, nec aliàs is, qui propriam turpitudinem allegat, auditur, scribit in terminis Alciat. *resp. 6. num. 63. & 64. lib. 5. ac cons. in materia Duelli. num. 4. in fin. vers. Quamvis etiam. impressum post ejus tract. de Duello, sive certamine singulari.* Toletus *d. cap. 45. in fin.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. instrum. cap. 10. num. 65. vers. Nam*

omnis

omnis apertura. per l. si quis in gravi. §. quod autem verſ. aperire autem. D. ad SC. Syllan. ubi *verſ. Puniendus.* ſubjicit, quòd juxta facti contingentiam in eo potiſſimum puniendus ſit, in quo peccavit, hoc eſt, ut ex ejuſmodi litteris aliquam pro ſe probationem ſumere non poſſit. *cap. cum olim. el. 2. de off. deleg.* Atque ita † ſi 88
fortè in eis continebatur aliqua confeſſio, quæ aliàs ſibi in vim probationis prodeſſe potuiſſet, nunc tamen ex ejuſmodi litteris talem probationem facere non potuerit, quoniam ad earũ notitiam reprobato modo delinquendo pervenit. Et † ex hoc 89
(pergit Nicol. Everhard. *d. loc.*) ſumpſimus, puta in Facultate Juridica Ingolſtadienſi, aliquando deciſionem notabilis cujusdam quæſtionis oblatæ ex civitate Auguſtana: ubi Titius quidam magnus mercator, Inſtitutorem ſeu Factorem (ut vocant) habuit Gajum, ad quem Cornelius frater ejus ex Norimberga ſcripſerat, eumque fraternè admonuerat, ut cum Titio Domino ſuo cautè ageret, diligenterque ſibi caveret, quoniam idem Titius eſſet vir admodum aſtutus, fraudulentus & ſuos circumvenire ſolitus, additis etiam quibuſdam alijs, nonnulla ejuſdem Titij improba facta notantibus, ac noviſſimè ſubjecta iſta *Clauſula: Ut legens has literas ſtatim combureret.* Titius autem una die, abſente Gajo, cum ejus menſam ſcriptoriam perluſtraret, inter alia inveniens iſtas litteras à Gajo quidem reſignatas, ſed nondum combuſtas, uti ſcribens mandaverat, eas legit, & intelligens, qualia de ipſo Cornelius ſcripſiſſet, eaſdem litteras retinuit, atque ex eis Cornelium actione injuriarum convenit. Huic igitur Cornelio à nobis petenti conſilium, reſpondimus, eum hac actione non teneri, & Titium omninò audiendum nõ eſſe. *Primò* † ex eo, quòd actionem ſuam ex ijs litteris, quas per 90
improbitatem legiſſet, ac retinuiſſet, *arg. d. cap. cum olim. 33. de off. deleg.* fundare non poſſet, non obſtante, quòd litteræ illæ prius reſignatæ fuerant. *Deinde* ac *Secundò* † etiam ex alio ipſius 91
actionem carere fundamento demonſtravimus, quia hîc non adeſſet animus injuriandi, qui omninò in hac actione erat neceſſariò probandus, *per text. in l. Item apud. §. ait prætor. el. 2. D. de Injur. & l. ſi non convicij. cum ibi not. per Gl. & Dd. C. Eod.* Quòd

autem hic animum injuriandi non habuerit, patet ex eo, quia ſcripſerat ad fratrem monendi tantùm gratia, ſicque animum injuriandi omninò non habuit, cum illi ſoli hæc dicere vellet, ad quem Epiſtolam deſtinavit, *arg. text. in l. qui abſenti. D. de acquir. poſſ.* Præterea † hoc manifeſtiùs declaratur ex eo, quòd addidit clauſulam, qua juſſit Epiſtolam ſtatim comburi. Unde, quoad ipſum, hæc, quæ ſcripſit abſque ullo injuriandi animo, videtur quoque remanſiſſe in terminis ſimplicis cogitationis, quæ pœnam non meretur. *l. cogitationis. D. de pœnis.* Neq; enim hoc cuiquam manifeſtavit, quàm admonitionis gratiâ fratri proprio, qui eadem quodammodo perſona cum fratre, quoad hujuſmodi fraterna conſilia cenſeri ſolet. Quocirca rectiùs feciſſet iſte Titius, ſi omninò non legiſſet, vel diſſimulaſſet legiſſe ſe iſtas litteras, ne curioſus in alienis rebus inquirendis fuiſſe videretur. *arg. text. in l. doli mali. §. fin. D. de Novat.* Idem

92

93 Nicol. Everhard. *d. loc. n. 67. in fin.* Quod † attinet, *ait*, ad ea, quæ honorem alterius ſugillare, aut ad injuriam alicujus ſpectare videntur, ſimiliter nulla ex hujuſmodi litteris dari poteſt actio, niſi evidenter oſtendatur, quòd Epiſtola hæc injuriandi animo ſcripta ſit, puta, quia Titius ad Mœvium ſcripſerat aliquid injurioſum de Gajo abſq; ulla probabili cauſa, eò, quòd ſciret Mœvium, nec ſibi valdè amicum, nec familiarem eſſe, vel fortè etiam addiderat, ſed hoc ideò ipſi ſcribere, ut iſta res innoteſceret pluribus. Nam tunc, ubi de injuriandi animo conſtat, injuriarum quoque actio locum habet, per ea, quæ habentur *in l. 1. & tit. D. de Injur. & in d. l. ſi non convicij.* Regulariter tamen ex tali Epiſtola actio injuriarum Gajo non competit, ſi ſimpliciter Titius ad Mœvium aliquid ſcripſerit de Gajo, quia præſumitur, quòd hoc ſcripſerit ad Mœvium, tanquam ad amicum, & quidem ad eum ſolum, ut hinc clarè liqueat, ipſum non habuiſſe animum injuriandi. Et hoc eo magis, ſi in litteris addiderit, ſe hoc facere monendi ejus cauſa, ut ab ipſo caveret, & maximè ſi rogaverit litteras ſtatim comburi, vel cancellari per ſuperiùs dicta. Et ideò ſi Mœvius hæc, quæ ad ipſum ſcripta fuerant, multis prodiderit, Gajus, non adverſus Titium ſcribentem, qui ani-

animum injuriandi non habuit, ſed adverſus Mœvium diffamantem actionem habuit. *d.l.1.& t.t.D.d.injur.* Et ita ante paucos annos in quadam cauſa Auguſtæ Vindelicorum judicatum fuit. Hactenus Nicol. Everhard.

Hinc † fit, ait eleganter Ludov. Molina *tom.5. de Juſt. & Jure tract. 3. diſp. 3. n. 6. in fin.* ut, qui iniquè alterius litteras aperit, eâque viâ in notitiam alicujus Secreti devenit, arctiori vinculo teneatur illud ſervare, quàm ſi ſine prævia, quoad id, injuſtitia, in notitiam illius deveniſſet. Et quamvis non peccet duplici peccato: quia tamen litteras iniquè aperuit, & revelavit ſecretum in eis contentum, quod tenebatur non revelare, uno peccato peccavit litteras illas injuſtè aperiendo, & altero revelando poſtea ſecretum in cujus notitiam eâ viâ injuſtâ devenerat. 94
Et maximè † ſi ſimul has ipſas ad ſuperiorem deferat, quo ejus animum contra innocentem ad iracundiam provocet, ipſo jure infamis eſt. *cap. infames 17. cauſ. 16. quæſt. 1.* Freher. *de Fama & Exiſtim. lib.3. de Infamia cap. 6. n.5.* Borcholt. *de Feud. cap. 8. n.107. & ſeqq. & in explicat. cap. Quæ ſint regalia. n. 69. & ſeqq.* 95

Hinc † *Infertur* I. quòd ex talibus litteris effractis nulla contra ſcribentem naſcatur obligatio, aut actio. Nam quemadmodum ex Confeſſionibus Eccleſiaſticis, ſi Confeſſarius † contra legum & Canonum Ordinationem ſponte vel coactè ſibi ſecretò concredita revelarit, nullum inde judicium, aliuſve fidei & teſtimonij effectus contra Confeſſorem exurgit; Farinac. *in prax. crim. quæſt. 51. num. 96.* Maſcard. *de probat. concl. 377. num. 1.* Menoch. *lib. 1. præſumpt. 89. n. 26. & 27.* Frid. Pruckman. *conſ. 16. n. 78. vol. 2.* Ant. Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 15. defin. 38.* ubi ita à Senatu Sabaud. in cauſa Joan. Martiend. 15. Cal. April. 1594. deciſ. refert: niſi † conſenſus & voluntas ipſiuſmet Confeſſoris intervenerit. Mynſ. *5. obſ. 41. n. 4.* Vincent. Carocc. *tract. de juram. lit. deciſ. quæſt. 4. quæſt. prin. 9. num. 8. per ibi. relat.* *Tum,* † quòd tale teſtimonium regulariter tanquam contra leges, ſacroſque Canones datum ſit illicitum; Unde Scholaſticis & Caſiſtis ſigillum ſive Secretum Confeſſionis dicitur, quod 96 97 98 99

quod divulgandum non est. *d.l.1.§. si quis tabulas 38. D. Depositi.* *Tum*, quòd non credendus sit Sacerdos scire tanquam homo, quæ illi, ut speciali Christi Opt. Max. Vicario explicata sunt, *per cap. dilectus. & ibi Panorm. Ext. de Excess. Prælat.* & Ripam *ad fin. tract. de peste n.59. & seqq.* Ant. Faber. *d. defin. 38. & ibi in not. n. 1. & 2.* Ita quoque si quis Calumniator, Sycophanta, aut Delator litteras alterius sigillo clausas contra fidei & Societatis humanæ leges effregerit, nulla contra scriptorem sive mittentem, ex rationis identitate jus, actiove competet. Etenim Epistola transmissa manet mittentis eo usque, donec fiat traditio ei, ad quem directa. *l. eum, qui emit. §. si epistola. fin. D. de furt.* Sebast. Medic. *tract. de Acq. rer. domin. part. 1. Gloss. 1. n. 54.* Nicol. de Passerib. *lib. 3. de privat. script. quæst. 1. n. 17.*

100 *Infertur* † II. Pariter contra Effractoris receptatorem & cum ipso conniventem Superiorem, gaudium & lætitiam ex tali effractura sive delicto habentem, ac verbis factove aliqua per signa complacentiam suam (ut loquuntur) aperientem, non nascitur obligatio, nec inducitur actio, nisi simul ejus accedat ratihabitio. Vid. Farinac. *in prax. crim. quæst. 135. n. 64. & seqq. per ibi relat.* Lancellott. *de Attent. part. 1. cap. 1. n. 80.* Marta Neapolit. *Digest. noviss. part. 4. tit. Universitas. cap. 24.*

101 Quæ † omnia cum benè animadverterent Athenienses, iniquum planè judicarunt alienas aperire litteras, & ideò Philippi Macedonum Regis tabulas, inviolatas, quamvis interceptas, Olympiadi uxori magis reddi, quàm genialis tori & conjugij secreta pandi voluerunt; post Dionys. Halicarnass. Alex. ab Alexand. *lib. 2. cap. 19.* Apulej. *apolog. lib. 11. pag. 535.* quàm Menelaum sequi & Agamemnonis ad Clytemnestram uxorem datas litteras, quibus mandatum, ne filiam Iphigeniam duceret, quæ Græcorum consilio mactanda erat, intercipi & aperiri voluerunt, quo contingat Iphigeniam ductam immolari, post Homer. Decian. *d. lib. 7. cap. 17. n. 46. in fin.*

102 Hæc ego † aliquantò plenius examinanda duxi ob casuum indies oborientium singularitatem, & personarum in ijs ob Status conditionem comprehensarum turpitudinem, ita, ut ad eli-

elidendum facinus in Superiores, Potentioresque innocentes, & Friderici Imper. & aliorum exemplo iniquam illam & Jure Gentium & Civili prohibitam alienarum litterarum aperturam aversantes, (Conferatur Didac. Apolephtes *part. 2. P. hore de recreat. cap. 20. pag. 248. & seqq.* ubi pluribus per exempla, & suprà *hoc cap. n. 64.*) transferre minimè puduerit. Talis fuit, referente Frehero *lib. 3. qui est de Infamia cap. 6. n. 4. & 5.* Notarius quidam, cui Paulo nomen, sed Catena cognominato, qui litteras nodo, ceraque plusquam sartorio ligatas & sibi concreditas, prætergresso eo, cui inscriptæ erant, ad curiosas cujusdam Romani Hispani enixè vigilantis susurronis auricularij, & in complicandis calumniarum nexibus diri artificis, tetra venena spargentis, variéque, ut in colluctationibus calce quidem tenere solent artifices palestritæ, dispergentis, datam contra fidem, primum deferret manus, tantas Exaratori omnium applausu integerrimo ac religiosissimo justitiæ, æquique Patrono, fomentum præbente æmulatione, creavit molestias, ut sponte laborum pertæsus dilatoriæ curiositati se subducendo, privatam reciperet vitam, Deo, Justitiæ, bonisque serviret. Communem † hanc virorum Excellentium & Doctorum sortem 103 esse, Consultissimus quondam Cameræ Imper. Advocatus Georgius Wilbrandus Wormbser *in Jure Camerali Petri Denaisij tit. 72. Rubr. Circulus German. 1. pag. 127.* de se ipso seqq. testatur verbis: Herbipolim Anno 1607. 29. Julij perveniens, inq; consilium adscitus, virum Præstantissimum Petrum Gilkenium Collegam reperi. Ut autem assentator quidam me inspectante seu audiente, absentem eum coram præpollentibus aliquando calumniatus, Gilkenium esse hominem, qui omnia, (juxta *Novell. 18. cap. 5. verbis*: sed quia non hoc cum lege agimus, erubescimus) cum lege agi vel et: Ita ego ejusdem criminis postulatus & convictus Anno 1610. 2. Septemb. locum mutavi.

Nonò. † Si quis dolosè Principis vel Magistratus Insigne, 104 sigillumve alterius violavit, literasque, secreta, & res graves continentes aperuerit, tanquam Majestatis Reus & Falsarius, vel amissionis causæ, si de re aperientis propriâ in illis fuerit

actum, pœnâ punitur, quæ nunc Stigmatis in facie cum exilio, nunc mortis esse solet. *cap. cum olim. 33. Ext. de offic. delegat. & ib. Gloss. super verbo: violavit.* Latè Plotus *conf. 95.* Casp. Ant. Tess. *lib. 1. quæst. forens. 100. n. 8.* Guid. Papæ *decis. Grationopol. 232. n. 1.*
105 ubi addit, si quis malitiosè † litteras patentes & sigilla Magistratus fregerit, quòd pecuniaria pœna veniat plectendus. Nicol. Boer. *decis. 82. per tot.* Nicol. à Janua. *d. tract. de priv. script. lib. 3.*
106 *dub. 1. n. 39. & seqq.* Ideò † cum quidam Rusticus litteras relationis unius Judicis, etiamsi ad summum Pontificem directæ fuerint, ex rusticitate & ignorantiâ aperuerit, quòd essent certæ relationis factæ ad favorem suum, quasque proprio suo adversario ostendere volebat, & eas apertas reddidit Magnifico Potestati, certè nulla alia pœna, quàm extraordinaria levi puniri poterit. Bertazz. *cons. crim. 112. n. 3. & per tot. vol. 1.*

107 Plura, † cum abundè sat de assumentibus Insignia aliena, tam publicarum, quàm privatarum personarum, item ficta & falsa sibi arrogantibus, tract. meo *de Jur. Insign. cap. 2. §. 12. Memb. 3. & 4. ac cap. 8. §. 1. membr. 7.* dixerim, Actionem Injuriarium, Falsi, & Læsæ Majestatis criminis accusationem pleniùs pertractaverim, hîc non recolligo.

TERTIUS MODUS IMPUGNANDI Sigilla est

108 Fractura, † Corruptio, Remotio, Incisio, Resignatio & Depositio Sigilli & Signi.

Conclusio Prima.

109 *Enormis † fractura Sigillo fidem detrahit, & maximam præsumptionem falsitatis contra ipsum instrumentum vel privilegium inducit.*

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus.

Panormit. *in cap. inter dilectos. n. 3. de fid. instrum.* Jason. *in l. sancimus. n. 15. C. de testam.* Mynsing. *ad cap. Inter dilectos. 6. n. 16. & 19. Ext. de fid. instr.* Chassan. *ad Consuet. Burgund. Rubr. Nous avons faict.*

faict. mettre nostre. num. 6. Pet. Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. num. 42.*

In Consilijs & Decisionibus:

Schurpff. *cons. 56. n. 11. ibi:* Nam & sola fractura. *cent. 1.* Francisc. Marc. *decis. Delphin. quæst. 990. n. 22.* Marcus Mantua. *cons. 211. n. 2. & 3.* Don. Gias. Mastrill. *decis. Sicul. 132. n. 47. cir. fin.*

Hinc † in genere dici consuevit: Litteræ, quarum sigilla non sunt integra, nihil probant. Cothman. *respons. 97. n. 29. vol. 2.*

Ampliatur † Etiam fracturâ hac singulariter consideratâ, absque reliquis sigillo detrahentibus, de quibus *cap. 12. §. 2. per tot.* diximus, juxta Innocent. in *d. cap. inter dilectos. de fid. instr.* quem sequitur Panorm. *d. loc.* Exemplum † elegans legitur in appendice Concilij Constantiensis (extante *tom. 2. Concil.*) *pag. 591.* ubi hæc leguntur: Deinde mandato Concilij Dn. Joannes Archiepiscopus Regiensis Bullam Papæ portavit, & præsentavit eam Consilio, tanquam ejus Custos, quâ præsentatâ, fuit per Magistrum Henricum promotorem petitum, an placeret, quòd Dn. ViceCancellarius, velut rem ad se pertinentem rumpi faceret arma Balthasaris (olim Papæ Joannis XXIII.) Fuit responsum, quòd ita, & placuit omnibus. Quâ Bulla receptâ, sive ferro, quo Bulla fabricabatur, & ibidem in præsentia omnium per Magistrum Arnoldum Aurifabrum prædicti Papæ fuit rupta, & arma ipsius Joannis deleta. Et absolutus Dominus Joannes Archiepiscopus Regiensis ab ea custodia, & pronunciatum, quòd feliciter custodivisset & præsentasset. 110 111

Limitatur, † Quòd fractura sigilli non vitiet instrumentum, si illud à principio publicâ manu cùm debitis solennitatibus confectum fuit. Panorm. *d. loc. n. 3.* Schurpf. *d. cons. 56. n. 11.* Franc. Marc. *d. decis. quæst. 990. n. 22.* Chassan. *d. loc. n. 6.* post Abbat. & Felin. Mynsing. *ad d. cap. inter dilectos. 6. n. 19. Ext. de fid. instr.* Innocentius verò *d. loc. in Gloss. super verbis: publicâ manu.* clariùs in hanc transit sententiam, dicens, quòd si tempore donationis non fuisset ipsa donatio scripta per manum Tabel- 112

 lio-

lionis, & tali instrumento, ut moris est, ad cautelam sigillum appositum fuisset, instrumentum habens subscriptionem testium, licet sigillum esset perditum, valeret. Et hoc etiam placere Hostiens. scribit Panorm. *in d. cap. inter dilectos. n. 3.* & Zasi-
113 us *cons. 2. n. 37. lib. 1.* Horum † rationem hanc reddit Schurpff. *d. cons. 56. n. 11.* quòd ultimæ voluntates contractibus favorabiliores sint. *cap. cum dilecti. de Donat. l. in testamentis. D. de R. J.* cum similibus. Henning. Goden. *cons. 95. n. 10.*

114 *Sublimitatur,* † nisi ubi sigillum est de substantia: vel ita à principio esset conventum, ut sigillum apponatur, *arg. l. contractus C. de fid. instr.* Verùm cum hoc raro accidat, etiam quando
115 instrumentum est publicum, semper † apponi solet sigillum ad Cautelam: Panorm. *ad d. cap. inter dilectos. n. 3.* hoc est, ad majo-
116 rem probationem. Quoties † igitur instrumentum vel privilegium subscriptionibus & alijs necessarijs probari potest, toties sigilli defectus obesse non potest. Fachin. *cons. 2. n. 2. lib. 1.* Conf. infrà *Concl. 5. Declar. 11. n. 152.*

Conclusio Secunda.

117 *Corruptum † sive vitiatum sigillum, in quo tot deficiunt literæ, ut sensus vitietur, fidem ejus absolutè, alijs sigillum suspectum reddentibus, haud junctis, evertit.*

Panorm. *ad cap. inter dilectos n. 3. de fid. instr.* Aliàs sigilla nudè corrupta, non vitiant instrumenta, post Barth. Cæpoll. *cons. 22. n. 13. vol. 3.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 21.*

118 *Ampliatur* I. † Ut si sigillum Privilegiorum corruptum sit, privilegia ampliùs fidem non faciant. *d. cap. inter dilectos. de fid. instr.* post Cravett. *cons. 46. n. 6.* Ant. Sola *ad Const. Sabaud. antiq. Rubr. de Donat. Vend. Gloss. part. 5. n. 4.*

119 *Ampliatur II.* † In sigilli & legalitatis suppressione & deturbatione. Quisquis enim illud videns non poterit discernere, siquæ, & quæ literæ seu Imagines in eo sculptæ sint, & tamen ut publicum sigillum fidem faciat, in eo, ut insculptæ literæ, aut civitatis, aut principis Imagines apparere debent, post Innoc. Abbat. & Menoch. Farin. *cons. crim. 109. n. 21. & 22. lib. 2.*

120 *Limitatur* † in sigillo corrupto, semel in judicio agnito, quod

ex

ex ruptura illa amplius impugnari non poteſt. Ord. Cam. Imp. *part. 1. art. 30. §. 7.* ubi ita ſancitur: Item, als etwan von den Partheien Brieff/Acta, Regiſter/vnd andere Schrifften / daran jhnen groß vnd viel gelegen iſt/ins Gericht gelegt/ vnd ſolche zu Zeiten in der Cantzley verlegt vnd verſehrt werden / vnd aber die Partheien derſelben bißweilen an andern Orten nohtdürfftig; Ordnen wir/ daß die Partheien/wider die ſolch Einlag beſchehen / ſollen vnd mögen Macht haben/ſolche Brieff vnd Schrifften zu beſichtigen / vnd jhre Einrede / ob ſie die wider ſichtbarliche Argwönigkeit oder Gebrüch der Sigel / Signeten oder Schrifften derſelben hätten / von Stund an deſſelben Gerichts fürzuwenden / es were dann daß der Cammerrichter auß Vrſachen länger Zeit darzu gebe / vnd demnach ſoll den Partheien jhr Original-Brieff / auff jhr oder jhres Procurators Begehren/wider gegeben werden: Doch daß davon allwegen glaubwirdige Abſchrifft / die durch der Leſer einen oder einen Protonotarium collationirt ſey/bey den Acten vnd der Cantzley bleiben/ Petr. Denaiſ. *de Jur. Camer. art. 257. §. 1. & 2.* ita vertit: Documenta Originalia confeſtim agnoſcuntor, recuſantorve, niſi ex cauſa Judex terminum ſtatuerit: mox partibus reſtituuntor, exempla collationata apud Acta ſervantor. *§. 2.* Sigilla & manus vel confeſtim poſt audientias coram Deputatis: vel proximè Procuratores agnoſcunto, diffitentorve: ſi terminum cum prorogatione petierint, Ordinationis pœna luunto. Confer ſuprà *cap. 13. §. 7. verſ. Octavo. n. 218. & ſeqq.*

Concluſio Tertia.

121 *Violans, † Corrumpens, & fabricans Sigillum falſum, præter falſi pœnam, arbitrio Judicis, ut plurimum puniri ſolet.*

Caſp. Ant. Teſſaur. *lib. 2. quæſt. forenſ. 100. n. 8.* ubi, quòd etiam Magiſtratus præter falſi pœnam, etiam † amiſſione cauſæ 122 puniatur. *d. cap. cum olim. 33. Extr. de off. deleg.* & ibi Gloſſ. *ſuper verbo, violavit.* Plotus *d. conſ. 95. per tot.* Menoch. *de arb. jud. quæſt. cent. 4. caſ. 306. n. 37.* Hinc † etiam eſt, quòd corruptor Sigillo- 123 rum ad Torneamenta non admittatur. Matth. Steph. *lib. 1. de Nobil. cap. 4. n. 22.*

Conclusio Quarta.

124 *Quando † Sigilla, vel signa instrumenti testium sunt incisa, abscissa, resignata, vel ablata voluntate ejus, vel eorum, quibus ad hoc jus & potestas competit, illa per hoc satis sunt impugnata, nec fidem ullam instrumentum amplius præbet, sed invalidum, inutile, atque cassatum est.*

l. 1. §. si linum. D. de bon. poss. sec. tabul. l. 1. D. de his, quæ in testam. delent. l. si testamentum. 23. ibi: quod resignavit testator. *D. Qui testam. fac. poss. Nov. 107. cap. Et siquidem. 2. Novell. 119. cap. 9.*

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Vigl. Zuichem. *ad §. Ex eo. Inst. Quib. mod. test. infirm.* afferens
125 expeditissimum † modum mutandæ voluntatis esse, tabulas ipsas priores delere, incidere, cancellare, & sigilla revellere. Mynsi. *ibid. n. 6.* Besold *in thes. pract. voc.* Sigil. *54. vers. Remoto Sigillo. pag. 745.*

In Consilijs & Responsis:

Schurpf. *cons. 56. n. 10. cent. 1.* Zas. *cons. 2. n. 31. lib. 1.* Pruckman. *cons. 12. quæst. 4. à n. 213. usq; ad n. 269. vol. 1.* Wehner. *cons. Francon. 90. num. 1.*

In Decisionibus & Quæstionibus.

Don. Gars. Mastrill. *decis. Sicul. 132. in prin. & n. 22. cum seqq. ac n. 32.* ubi ad hoc quamplurimos citat. Hieron. Pantschm. *lib. 2. quæst. pract. 18. n. 15. vers. At que hanc opinionem.*

126 *Ampliatur* I. † In Testamentis, quæ non valent, incisis, vel voluntate Testatoris remotis Sigillis, veluti ad substantiam eorum spectantibus. *l. ad testium. 22. §. si signa. D. de testam. l. 1. §. si heres. D. si tab. testam. null. ext. l. nostram. & ibi Bald. n. 6. vers. Quartò quæritur.* Jason. *ibid. n. 2.* Sichard. *n. 3. C. de testam.* Schurpf. *d. cons. 56. n. 10. & 11.* Goden. *cons. 95. n. 9.* Achill. Personal. *de adipisc. poss. n. 136.* Joan. Gutierretz. *pract. quæst. 46. n. 8. & 10. lib. 5. tom. 2.* Pruckman *d. cons. 12. n. 246.* Wehner. *d. cons. 90. n. 1.* Don Gars. Mastrill. *decis. Sicil. 132. per tot. cumprimis n. 22. & seqq.* per textus hic & in prin. hujus conclus. adductos, ubi in specie de testamento imperfecto patris inter liberos ita decidit. Pantsch. *d. quæst. 18. per tot. ubi de Eod.*

Decla-

Declaratur † hæc Ampliatio I. Si ruptis Sigillis Testator coram sufficienti numero testium, vel coram tabellione solenniter dixerit, se velle decedere cum illo priori testamento, cujus Sigilla ruperat, testamentum valebit. Didac. Covarruv. *in Rubr. de testam. part. 3. n. 19. vers. Deinde si ruptis Sigillis.* Franc. Cardin. Mantica *lib. 12. de Conject. ult. volunt. cap. 1. n. 28.* Pantschman. *d. lib. 2. quæst. 18. n. 23.* 127

Declaratur II. † juxta traditionem juris, ex qua constat, testamenta perfecta, non nisi certis modis revocari. I. *Aut* enim testator † secundum facit testamentum, quo casu eadem solennitas, quæ in primo testamento observata fuit, exigitur: hoc est, tot testes requiruntur ad probandam pœnitentiam voluntatis in testatore, quot dum testamentum conderetur, requirebantur. *§. Posteriore. 2. & §. Ex eo solo. pen. ubi Dd. Communiter. Inst. Quib. mod. testam. infirm. l. sancimus. 27. vers. Sin autem. C. de testam. l. cum in secundo. D. de injust. rupt. irrit. facto test.* 128 129

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Julius Clarus *in §. testamentum. quæst. 94.* Nicol. Reusn. *part. 6. tract. de testam. cap. 20. n. 6. & seqq. ac n. 30.*

In Consilijs & Quæstionibus:

Udal. Zasius *cons. 20. n. 30. lib. 1.* Surd. *cons. 320. cons. 350. & cons. 486.* Schrad. *cons. 4. n. 93.* Sixtin. *cons. 21. n. 15. & seqq. vol. 2.* Matt. Wesem. *cons. 88.* Fichard. *cons. 56. tom. 1.* Wehner. *cons. Franc. 51. & cons. 84. per tot.* Pantschman. *lib. 2. quæst. pract. 10. 13. & 14.* Mod. Pistor. *quæst. 17.*

In Decisionibus, Resolutionibus, Semestribus & Conclusionibus: Guido Papæ *decis. Grationop. 127.* Matt. Coler. *decis. 249. n. 2. & seqq.* Hercul. Marescott. *lib. 1. var. resol. cap. 48.* Dan. Moller, *lib. 3. Semestr. cap. 22.* Berlich. *part. 3. concl. pract. 2. n. 51.*

II. *Aut* fit † revocatio testamenti verbo, ut quia testator dicit, se nolle testamentum, quod fecerat valere: vel aliud dicendo, contrariam aperuit voluntatem: & nō valet ea revocatio, nisi cum decursu decennij. *d. l. Sancimus. 27. vers. Sin autem testator.* Zasius. *d. cons. 2. n. 30.* Cravett. *cons. 228. n. 3.* Gars. Mastrill. *d. decis. 132. num. 47. & 48.* Hic tamen † sciendum, si testator 130 131

revoca-

revocavit nudo verbo, non valere revocationem quoad heredis institutionem, secus quoad legata, quæ etiam coram duo-
132 bus testibus revocantur: si verò facto † revocavit, tunc aut delendo, vel cancellando, aut aliud testamentum faciendo, quòd tamen si non perficit, quia pœnituit, valet primum: si verò quia non potuit, tunc valet primum quoad institutiones, sed non quoad legata. post Joan. Fabrum *ad l. sancimus. 27. C. de testam. per text. ibid. relat.* Ant. Mornac. *in Observ. ad l. cum hic status. 32. §. pœnitentiam. 2. D. de donat. inter vir. & uxor.* Coler. *d. decis. 249. n. 4. & seqq.*

133 III°. *Aut* † revocatio testamenti fit facto, cum testator linum, vel signa testium, si fortè esset testamentum in scriptis, inciderit, vel testamentum ruperit, aut in locis præjudicialibus cancellaverit. His & similibus factis dubitari non potest, quin testamentum revocetur. *l. 1. in fin. & ibi Gloss. D. Si tab. testam. null. ext. l. 1. §. si linum. D. De bon. poss. secund. tabul. l. nostram. C. de testam. l. 1. §. Et siquidem. D. De his, quæ in testam. delent.* Zasius *d. cons. 2. n. 31.* Pantschman. *d. lib. 2. quæst. 18. n. 15. vers. Atque hanc opinionem.* Mastrill. *d. decis. 132. per tot.*

134 *Subdeclaratur*, † In Sigillo Testatoris. Quando enim Sigillum hoc in testamento, etiam per ipsum testatorem remotum
135 esse apparet, fidei testamenti non derogat: *tùm*, † quia hæc remotio inter propositos tres modos revocandi testamentum non includitur: *tùm*, quia non nisi signa testium intelligantur, quæ ad testamentum in scriptis, tanquam substantiale, necessaria sunt. Sigillum enim testatoris, cum sit superfluum in revocatione hac contineri non potest. *arg. l. cum tabulæ. D. de bonorum poss. secund. tabul.* Zasius *d. cons. 2. n. 31. & 40. lib. 1.* Dan. Moller. *lib. 3. Semestr. cap. 4. per tot.* ubi aliam rationem ab actu superfluo impertinenter adhibito, rem gestam non vitiante, addit.
136 Aliud verò † est, quando testator ab initio se subscribere noluit, qui defectus voluntatis & solennitatis dicitur: quia subscri-
137 ptio † testatoris est finis & complementum testamenti solemnis in scriptis facti. *l. hac consultissima in fin. princip. vers. finem autem testamenti. & ibi Paul. Castrens. n. 3. C. de testam.* Joseph. de Sese *decis.*

decis. Aragon. 56. n. 31. tom. 1. ubi n. 33. subdit, testes † non posse se 138
subscribere pro testatore, nisi testator id velit & petat. *l. fin. §. sin autem. in fin. C. de Jur. delib.* post Salic. Bald. Corn. & alios ibid. relatos.

Ampliatur II. † In Contractibus, quando Sigilla sunt re- 139
mota de instrumento, vel scriptura contractus, vel pacti voluntate contrahentium. Tunc enim contractus sive pactum annullatur & cassatur, Schurpf. *d. cons. 56. n. 10. cent. 1.* Goden. *d. cons. 95. n. 10.*

Ampliatur III. † Quòd licet eo casu, quo instrumentum 140
aliàs est publicum, & ob id, quantumcunque amisso vel destructo Sigillo validum remaneat: attamen si ex tenore instrumenti appareat, quòd ab auctoritate Sigilli ipsius fides dependeat, benè per ejus incisionem, vel remotionem, dicetur instrumentum cassatum esse, cum ipsius fides à Sigillo dependeat, juxta Cardin. Zabarell. *in d. cap. inter dilectos. vers. Et dicit Innocentius. Extr. de fid. instr.* qui eam doctrinam pro Cautela † signandam 141
esse putat, ut privilegio Doctoratus vel simili subscriptio Notarij addatur: Wehner. *d. cons. Franc. 90. n. 1. in med.* ac singulariter notandum esse scribit Panormit. *d. cap. inter dilectos. n. 4. vers. Et ex hoc.* illud addens raro † accidere, quòd sigilla instrumen- 142
tis pro substantia contractus, & ut formale robur dispositioni præstent, *cap. 2. de fid. instr.* Innocent. *in cap. 1. in fin. Extr. Eod. tit.* apponantur, cum † semper ad majorem cautelam, vel testimo- 143
nium, & majorem firmitatem imprimantur, quâ aliàs publicũ instrumentum haud eget. Nam † quòd per se satis perfectum 144
est, illud perfectione aliâ non indiget, quia ea habet, quæ habere debet, sive ex omnibus sui partibus constat, *l. 1. D. de Orig. Jur.* Gloss. *in l. 1. in prin. C. de arbit. & facit cap. benè distin. 96. arg. l. perfecta. C. de donat. sub mod.* Zasius *d. cons. 2. num. 23. 24. 37. 38. 39. & 40. lib. 1.* Martin Monter. *in proœm. decis. Aragon.* ubi rationem subnectit; Imò † perfectum nihil est, in quo adhuc ali- 145
quid superest ad perficiendum. *l. pen. in fin. ibi:* nihil actum esse credimus, dum aliquid addendum superest. *C. de his quibus ut indign.* Paul. Picus *in l. is apud quem. num. 49. C. de Edend.* Vultej. *cons. Marp. 17. num. 4. vol. 1. & cons. 24. nu. 2. & 62. vol. 2.*

146 Atque † ideò nihil roboris tali instrumento addit, uti vult Hostiensis *ind. cap. inter dilectos. Extr. de fid. instr. arg. cap. si adversus. Extr. de haeret. cap. 1. & 2. cap. venerabilis. de confirm. util & inutil.* Zasius *d. cons. 2. n. 39.*

147 *Declaratur* † haec ampliatio, quòd licet certum sit, tunc everti testamenta, quando Cancellatio vel incisio totum testamenti corpus respicit; *l. 1. §. pen. D. Si tabul. test. extent. Dd. in l. nostram. ubi Bald. in notab. 1. C. de testam.* Joan. Bolognet. *in addit. ad Joan. de Ana. cons. 28.* attamen secus est, cum Sigillum testatoris removetur, sive deponitur. Est enim juxta ipsam rei evidentiam longè aliud Sigilli depositio, & aliud incisio ejus & Cancellatio, *l. non codicillum. C. de testam.* Haec totum testamentum respicit: illa non item. Zasius *d. cons. 2. n. 25. & 41.* Henning. Goden. *cons. 95. n. 9. per l. nostram. C. de testam.* ubi instrumentum testamenti, cujus sigilla sunt incisa, vel voluntate testatoris remota, non valet: quod ipsum juxta praecedentia de Sigillis testium indubitatò accipiendum.

Conclusio Quinta.

148 *Sigillum † ex Litteris citra crimen falsi auferri non potest.*

149 Tum, † propter *l. 1. & l. Paulus. D. ad L. Corn. de fals.* Menoch. *de arb. jud. quaest. cas. 306. n. 37.* Francisc. Vivius *decis. 62. n. 11. lib. 1.* Tùm, quòd magni praejudicij res sit Sigilli abrasio: quia instrumentum ac privilegium, cujus Sigillum abrasum est, magnam habet falsitatis suspicionem: per *cap. inter dilectos. & ibi Panorm. n. 6. vers. Et ex hoc. ac ibid. Felin. n. 3. vers. Item corruptio Sigilli.* Wehner. *cons. 90. n. 1. in med.* ubi insuper secus esse dicit, si instrumentum sit publicum manu Notarij confectum: quia solennitas Sigilli in eo non sit necessaria, sed de generali consuetudine signum Notarij sufficiat, nec defectus Sigilli obsit. Tum, quia Sigillum vim habet subscriptionis, & fidem facit, maximè Principis. And. Fachin. *cons. 2. n. 5. & seqq. lib. 1.* Wehner. *d. cons. 90. n. 1. in med.*

150 *Ampliatur* † haec conclusio in Imperatore, & eo inferiore Principe. Nam ex literis Imperatoris nulli, ac ne Principi quidē licitum est Sigillum auferre, licet is tutor sit, & ex pupillorum custodia

custodia litteras Imperatoris petat. Fachin. *d. conf. 2. n. 10. & 11.*

Declaratur I. † Quòd cum Sigillum publicum sit substantiale litterarum, & reperiatur quidem assensus, sed Sigillum appensum detractū inveniatur, tùm si ille assensus fuerit scriptus per manus publicæ personæ, licet perdatur Sigillum, valebit assensus: secus autem si per privatam personam exaratus fuerit. post Andr. de Isern. Innoc. & Abbat. Matth. de Afflict. *in com. Feud. tit. De prohib. feud. alien. per Lothar. §. 1. n. 16.* 151

Declaratur II. † quòd licet manente crimine falsi; tamen abrasionem Sigilli non vitiare instrumentum, nec arguere falsitatem, quando illud aliunde coadjuvatur, puta, quando veritas per aliam scripturam, ejusve comparationem, vel testes detegitur. P. M. Wehner *d. conf. 90. in prin. & n. 1.* Fachin. *conf. 2. n. 2. lib. 1.* post Innoc. Zas. & Menoch. ibid. relatos. 152

Subdeclaratur † In modicâ Sigilli imperfectione, de quâ Innocent. *in cap. inter dilectos. Extr. de fid. instr.* Zas. *d. conf. 2. n. 37.* & Menoch. *conf. 1. n. 336. lib. 1.* loquuntur; secus autem esse in abrasione & detractione ipsius Sigilli ex litteris Imperatorijs in totum. Fachin. *d. conf. 2. n. 11. vers. Nec agitur.* 153

Conclusio Sexta.

Cancellatio † sive Resignatio, vel Remotio Sigillorum per eum facta præsumitur, à quo instrumentum reperitur receptum. 154

l. majorem. 4. ubi Gloss. in verb. Exhibeat. ad fin. C. de fals. l. si chirographum. junct. a Gloss. 2. de probat. l. nostram. C. de testam. Goden. *d. conf. 95. n. 10.* Don Gars. Mastrill. *d. decis. Sicul. 1; 2. n. 24.* post Bald. Castrens. Loriott. Menoch. Mascard. ibidem allegatos.

Ampliatur † In Custode & detentore Instrumenti. Etenim remotio & depositio Sigillorum facta præsumitur per eos, apud quos litteræ custodiebantur & detinebantur, juxta tradita Jacob. de Butrig. Bald. & Salic. *in d. l. majorem. 4.* Jas. *in l. si unus. C. de testam.* Panorm. & Canonist. *in cap. 2. & cap. inter dilectos. Extr. de fid. instr.* & cum his Goden. *d. conf. 95. n. 10.* 155

Limitatur, † nisi ex Conjecturis aliud appareat. Z. asius *d. conf. 2. n. 1. lib. 1.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 12. cap. 1. n. 28.* Pantschman. *lib. 2. quæst. pract. 18. n. 17.* 156

QUARTUS MODUS IMPUGNANDI *Sigilla est*.

157 Turbatio, † Mutatio, Ablatio sive Repetitio, Defectus, Amissio & Abusus.

Conclusio Prima.

158 *Turbatio † Sigillorum consultò facta per eum, qui ad hoc potestatem habet, instrumenta reddit invalida.*

l. ad testium. 22. §. 3. ibi: Si signa turbata sint ab ipso testatore, non videtur signatum. *D. Qui testam. fac. poss. l. unic.* ibi: cujus nomen inconsultò ita deletum. *D. Si tabul. testam. ext.* Francisc.
159 de Barry. *tract. de Success. lib. 1. tit. 1. n. 35. in fin.* Cum † enim ad testamenti solennitatem sigillatio testium quoque requiratur, & pro solemni à testatore adhibita fuerit, consequens erit dicere, per illam remotionem videri eum recessisse à priore voluntate, & illud testamentum, tanquam solemne, non velle valere eo modo, quo deberet. Christoph. Besold. *in thes. pract. voc.* Sigel. *54. pag. 745.*

160 *Limitatur*: † Nisi casu turbata fuerint Sigilla, aut linum ruptum, non ideò minus valebit instrumentum vel testamentũ. *d. l. unic. D. si tabul. test. extent.* Dionys. Gothof. *ad d. l. 22. §. 3. in not. lit. b.* Barry. *d. lib. 1. tit. 1. n. 35. in fin.*

Conclusio Secunda.

161 *Sigillum † suum cuilibet non minùs ac nomen mutare, dummodo non fraudulenter id fiat, pro arbitrio liberum est.*

arg. l. un. C. de mutat. nom. Dan. Moller. *lib. 4. Semest. cap. 15. n. 3.* qui insuper pro confirmatione hujus conclusionis argumentum sumit à licita consignatione Sigillo alieno factâ. *l. ad*
162 *testium. 22. §. si. ab ipso. D. de testam.* Ita † Sylla devicto Jugurtha ejus imagine in anulo usus est, post Plutarch. *in vita Syllæ & Marij. ut & in Polit.* Francisc. Juret. *in not. ad Symmach. lib. 2. Epist. 12.* & alij relati suprà *cap. 2. §. 5. vers. Tertio. n. 99. Et cap. 3. §. 4. vers. Et quemadmodum. cir. fin. n. 54.* ubi de Pauli II. Bulla plumbea: & *c. 5. post prin. vers. Ex secularib. n. 9.* ubi de Octavio Augusto Impera-

Imperatore, qui sigilla sua ex causa mutarunt. Plenè ego *tract. de Jur. Insign. cap. 21. § 5 n. 146. & seqq.* de hac ipsa mutatione egi.

Conclusio Tertia.

Ablatione † Sigilli aufertur Officium. 163

Nam quemadmodum ei cui affertur signum, dicitur etiam ablatum signatum: ita quoque si aufertur Cancellario sigillum, eidem Cancellariatus aufertur officium. Notario si avocatur sigillum vel signum, quo utitur in chartis, uti deinceps officio Tabellionatus non potest, sicut & militia exuitur miles, cui Insignia militiæ detracta sunt, post Bald. *in cap. ut nostram.* & ibi Philipp. Decius. *Ext. de appell.* Chassan. *in Consuet. Burgund. Rubr. 1. Quand. le signe. § 8. vers. Sans conge & licence. n. 7.* Et dixi plenè *tract. de Jur. Insign. cap. 16. n. 5. & seqq.*

Conclusio Quarta.

Quemadmodum † imprimens, vel apponens Sigillum consentire ac approbare negotium censetur: sic non secuta impressione, dissentire & non approbare dicendus est. 164

Joan. Fichard. *consl. 30. n. 9. & 10. tom. 2.* post Bald. *ibid. relat.* Zasius *consl. 18. n. 19. & seqq.* Nicol. Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 38. & 39.* Ratio † 1. est, quia nihil censetur actum, 165 quoties ad agendum aliquid superest, *text. express. in l. cum Silanianum. 11. C. de his, quibus ut indig. l. ædificia. in fin. D. de V. S. l. fin. D. ad Sylan.* Zasius *d. consl. 18. n. 20. lib. 1.* Vultej. *consl. Marp. 17. n. 41. vol. 1.* Fichard. *d. consl. 30. n. 18. vers. Prætor ea. tom. 2.* Ratio 2. est Baldi *in l. 2. C. de reb. alien. non alien.* ubi ad hoc argumentatione à contrario sensu utitur.

Ampliatur I. † Ut quemadmodum is, qui postea sigillum apponit, interim in eâdem voluntate permansisse censetur: 166 Bald. *in l. in fraudem. ibid.* Bartol. *D. de testam. milit.* ita qui postea sigillum non apposuit, præsumitur interim mutasse sententiam primam. *arg. l. Tribunus. § 1. D. de testam. milit.* Fichard. *d. consl. 30. n. 10. tom. 2.* Zasius *d. consl. 18. n. 10. lib. 1.*

Ampliatur II. † In defectu formæ impressionis seu chara- 167

cteris, qui rei essentiam impedit, ut non valeat actus factus sine illis, imò defectus vitiet, utpote si figura vel imago, vel character sigilli ampliùs non appareat, *cap. inter dilectos. Ext. de fid. instr.* Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 10. n. 42.*

168 *Ampliatur* III. † Ex lege conventionis. Imperfectus enim censetur contractus, quando convenit, ut hic, vel ille subscriberet, talisque subscriptio deficere invenitur. *text. in cap. 2. de pact.* Gloss. *in l. donationibus. verbo: subscribi. & verb. vel alius. C. de Donat.* Farinac. *cons. 179. n. 15. vol. 2.* Honthem. *lib. 2. de art. Notar. cap. 16. n. 6. limit. 3.*

169 *Declaratur* † hæc ampliatio, in testibus testamentarijs supernumerarijs, quòd eorum expressio nihil officiat, post Domin. de Magdalen. & Ripam. Pruckman. *cons. 34. n. 23. vol. 1.*

170 *Limitatur* † principalis Conclusio I. In terminis testamenti juxta Paul. Christin. *decis. Belgic. 6. n. 6. vol. 4.* ubi ita Anno 1592. pronunciatum dicit. Et huc faciunt, quæ de defectu sigilli Testatoris suprà *3. modo. concl. 4. vers. Subdeclaratur in Sigillo Testatoris. n. 134. cum seq.* pleniùs adduximus.

171 *Limitatur* II. † In subscriptione, juxta Besold. *cons. 268. n. 39. in fin. vol. 6.*

172 *Declaratur*, † Nisi instrumentum aliàs per se sit publicum: tunc enim partium vel testium subscriptione haud indiget, sed sola inscriptio sufficit, per ea, quæ infrà *cap. 15. §. 5. concl. 7. n. 113.*

173 tradidimus: casu autem, † quo contrahentes in schedula voluntatem eâ lege conceperunt, ut subscribatur, & sigilletur, secus esse videtur, quàm putat Besold. *d. cons. 268. n. 39. in fin.* Defectus siquidem subscriptionis & sigilli, cujus tamen in sua dispositione ipsi disponentes mentionem faciunt, postmodum tamen non adhibent, licet per testes, vel aliter reliqua contenta

174 probari possint: attamen vitiat dispositionem. Nam † ut subscriptio & sigillum consensum arguit, sic eorum defectus dissensum, juxta naturam contrariorum. Zasius *d. cons. 18. n. 19. & seqq. lib. 1.* Fich. *d. cons. 30. n. 9. & seq. tom. 2.* Joseph. de Sese *decis. Aragon. 56. n. 31. & seqq. tom. 1.* Nicol. Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 38. & 39.*

Sub-

Subdeclaratur, † quando ex Conjecturis constat, partes voluisse, statim ut contractus valeat. Nam tunc etsi de scripturâ conficiendâ, vel subscriptione, & sigillo adjiciendo mentio facta fuerit; attamen statim perfectus erit contractus, sicuti placuisse Aretino *conf. 159. & 340.* ac Decio *conf. 340.* auctor est Joan. Yanetz Parlador. *lib. 2. Rer. quotid. cap. 3. n. 48.* exemplum ponens in venditore rei venditæ possessionem tradente emptori, vel si emptor venditori precium solverit: nam tunc statim cõtrahentes perficere voluisse contractum videntur, etsi de scriptura mentionem fecerint, *arg. l. Labeo D. de pact. l. Julianus. §. offerri. D. de Act. empt.* Decius *d. conf. 340.* hanc insuper admonitionem subjiciens: Et hæc fac non obliviscaris: nam usui tibi sæpè erunt, cum ad multas quæstiones, tum ad illam, quando novem dies Retractus rei familiaris computandi sunt: atq; ad illam, utri publicano vectigal debeatur, & ad alia deniq; quamplurima, quæ in usum quotidiè venire solent, id quod rectè animadvertit Ant. Gomez. *in Comment. cap. 2. n. 17. tom. 2.* 175

Limitatur III. † Suo respectu in sigillis publicis. Etenim sigillum authenticum, quamvis majoris Cautelæ gratia sæpè apponatur: attamen in publico instrumento necessarium non est, usque adeò, ut si deperditum, aut ita corruptum, ut agnosci nequeat, propter hoc tamen ipsum instrumentum fidem suam non amittit, post Innoc. & alios *in cap. Inter dilectos.* & ibi Panor. *n. 3.* Felin. *n. 5. Ext. de fid. instr.* Zasius *conf. 2. n. 38. lib. 1.* & relati suprà *d. cap. 11. in prin.* 176

Limitatur IV. † Nisi ipsæ partes sigillum appositum fuisse asserant; tunc enim defectus ejus non obstat, post Alex. *conf. 98. lib. 1.* & Nattam *conf. 505. n. 5.* Ant. Sola *ad Constit. Sabaud. antiq. Rubr. De Donat. vend. &c. Gloss. part. 5. n. 4. ubi n. 5.* ampliat: præsertim si dictum sit, sigillum adjectum ad majorem firmitatem & robur. Alex. *d. conf. 98.* 177

Limitatur V. † Quòd privilegium Imperiale antiquum, etiam deperdito sigillo probet, quando adest signum Imperatoris & Cancellarius attestatur, quòd erat sigillatum, post Signorol. de Homod. *conf. 70. in quæstione vertente n. 10. & seq. vers. Non obstat quarta ratio.* Tuschus *pr. concl. tom. 7. Concl. 240. n. 12.* 178

Sigil-

179 Sigillo † verò ita deperdito, vel amisso, vel delapso 1° bona *Cautela* est, ut fiat aliud novum cum adjectione aliquâ, & si publicum sit, proclametur, quòd si de cætero inveniantur literæ priore illo sigillo sigillatæ, non valeant, sintque irritæ. Ita pronunciatum fuit Parisijs pro sigillis civitatis deperditis Anno 1417. die 10. Decemb. Petr. Rebuff. *ad Constit. Reg. art. 1. Gloss. 6. n. 13.* addens idem fieri debere, quando clavis amittitùr, ad hoc, ut si nova fiat, debeat illi quid addi, ad evitandum furta, & ne primæ clavis aliquis possit esse usus.

180 Secunda † *Cautela* est, si contingat in inspectione instrumentorum propter vetustatem decidere sigillum, ut Commissàrius, quâ ratione deciderit, scribat, stabitur illius relationi & tali instrumento etiam irrecognito creditur, quod factum in causâ Freensee contra Solms. Item an appenderit, an deciderit: priori casu, quando non appendet, ut comparatio ex similibus literis productis petatur. Considerabit quoque hîc Commissarius, an vetus, an novum sigillum, ut constet an casu fortuito deciderit, nec ne, prout factum in causa Steinberg contra Aschenburg in puncto Correctional. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 19. & seqq.*

Conclusio Quinta.

181 *Modica † sigilli imperfectio, & ejusmodi alia, non æquè ut totalis ejus abrasio & detractio illi obest.*

text. elegans *in l. 1. §. fin. D. de bon. poss. sec. tab.* Si rosæ, ait Ulpian. sint à muribus tabulæ, vel linum aliter ruptum, vel vetustate putrefactum, vel situ, vel casu, & sic videntur tabulæ signatæ: maximè si proponas vel unum linum tenere. Si ter fortè vel quater linum esset circumductum: dicendum est, signatas tabulas ejus extare, quamvis incisa vel rosa pars uni (sive unius lini) Bartol. *hic n. 1.* Fachin. *cons. 2. n. 11. lib. 2.* Conf. suprà
182 *cap. 12. præsumpt. 12.* Ratio † est, quòd modica non curet Prætor, *l. scio. 4.* ibi: ne propter satis minimam rem, vel summam. *D. de in integ. restit. cap. licet causam. vers. quanquam ibi*: nullà vel modica fides. *de probat.* Matth. de Afflict. *decis. 129. n. 15. & ibi* *Cæsar*

Cæsar. Ursil. in annot. n. 14. Sixtin. *consf. 8. n. 37. vol. 2. per ibi relat.* Schrad. *de Feud. part. 10. sect. 7. n. 69.*

Ideò † Bullæ Papali ex eo, quòd contineat annum datæ, 183
nec subscriptionem Pontificis, Cardinalium & aliorum, quorum munus est tales Bullas subscribendi, ut in *cap. cum à nobis. ad fin. de testibus & ibi Gloss.* malaque ejus sit latinitas, *cap. ex parte. de fid. instr.* nihil detrahitur, modò aliàs sit in authentica forma, habeatque sigillum authenticum. *cap. 2. & ibi Gloss. in verbo sigillum. de fid. instrum.* Talibus † enim litteris cum authentico sigil- 184
lo scribentis etiam absque adminiculis alijs in pertinentibus ad officium, credendum est. Decius *in cap. post cessionem. n. 10. de probat.* Fachin. *consf. 56. n. 1. 2. & 3. lib. 1.*

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

DE AFFINIBUS SIGILLORUM Subscriptionibus.

SUMMARIA.

1. *Continuationis ratio: Et quæ sint Sigillorum Affinia; inter hæc prævalent* Subscriptiones.
2. *Literarum & Scripturæ ignarus C. Valerius Licinius.*
3. *Rodolphi Habspurgensis Imper. laus.*
4. *Subscriptio idem quod subnotatio: & subscribere idem quod subsignare, confirmare.*
5. *Subscriptio etiam pro Inscriptione.*
6. *Subscribere & signare hic differunt.*
7. *Subscriptio quidam actus exitus est.*
8. *Subscriptio propriè quid?*
9. *Instrumentum neq; à Notario scriptum, neq; subscriptum, fidem non meretur.*
10. *Subscriptio Notarij est unum de substantialibus instrumenti.*
11. *Subscriptio quando facta dicatur?*
12. *Notarius non est astrictus instrumentum totum manu suâ scribere.*
13. Declaratur, *ex Justiniani Cōstit. & hodierna praxi.*
14. *Notarius, ut exprimat se integrum instrumentum scripsisse, opus non est.*
15. *Cautela est, Notarium ipsum instru-*

instrumentum non scribentem, sed solū subscribentē, ejus, ut & causæ mentionem facere debere

16. *Non scripsisse dicitur, qui non subscripsit.*

17. An post sigilli, maximè publici, impressionem adhibenda sit subscriptio manu ipsius sigillantis vel testium?

18. *Casus I.* (*Disting.*

19. *Casus II.*

20. *Publicum sigillum, si egreditur suæ auctoritatis terminos, privatum appellandum.*

21. *Auctoritas Sigilli ad causam & officium ad quod fuit ordinatum, restringitur.*

22. Ampliatur Casus II. *In sigillo inconvenienti, quod subscriptionem adhuc desiderat.*

23. Limitatur I. hic Casus II. *Ex stylo & Consuetudine.*

24. Limitatur II. *In causis levibus.*

25. *Subscriptio omnis vel est Generalis, vel Specialis.*

26. Conclusio I. *Generalis Instrumentorum subscriptio regulariter sufficit.*

27. Limitatur I. *Si lex specialem requirat subscriptionem.*

28. Limitatur II. *Quoad Testamenta, Codicillos & ejusmodi alia specialem exigentia subscriptionem.* n. 195.

29. Limitatur III. *In testamento inter liberos.*

30. Infertur I. *Quòd non sicut filio paternum testamentum scribente generalis sufficit subscriptio: ita & sigillum à testatore impressum.*

31. *Subscriptio ubi pro forma requiritur, ibi sola sigilli appositio non sufficit.*

32. Infertur II. *Nec declarationē Testatoris, maximè generalissimam, subscriptionis defectum supplere.*

33. Limitatur IV. *In Testibus testamentarijs: qui in specie primò exprimere debent, cujus sit testamentum.*

34. *Et 2. quòd in sua præsentia illud testator fecerit.*

35. Declaratur hoc, *nisi Testator ipse scripserit, vel subscripserit testamento: vel ejus nomine Testis Octavus.*

36. Infertur I. *Non sufficere, unum ex VII. testibus testamentarijs id perfecisse.*

37. Infertur II. *Ut nec Notarius id perficere possit.*

38. *Rationes assignatæ.*

39. Infertur III. *Ut nec declaratio ultimæ voluntatis coram certis personis de judicio facta, actis insinuari possit.*

40. *Ratio addita.*

41. *Filius sibi in testamento aliquid adscribens, ad commodum ejus admittendus non est.*

42. Li-

42. Limitatur V. *In Notario committente alteri Notario conscriptionem Instrumenti.*

43. *Scriptura diversa manu scripta suspecta est, nisi in scriptura ejus fiat mentio.*

44. Limitatur VI. *Quando scriptura continet aliquid pro scribente, aliqua contra.*

45. *Subscriptio vel est Eadem, vel diversa.*

46. *Subscriptio diversa à solitis arguit falsitatem scripturæ.*

47. *Subscribunt Instrumentis cumprimis Principalis & Testes.*

48. Conclusio I. *Principalis probans se ea, quæ subscripsit non legisse, nec intellexisse, sibi non præjudicat.*

49. *Subscribens virtualiter omnia scribere videtur, quorum habuit notitiam.*

50. *Approbatio omnis vim Confessionis habet.*

51. Ampliatur I. *In subscribente alterius scripturæ, cui multum confidebat.*

52. Ampliatur II. *In mandante subscriptionem, quem ex eventu cõstat syngrapham nõ legisse.*

53. Ampliatur III. *Si suspicio sit instrumentum non eodem tempore scriptum. (dubium sit.*

54. Declaratur I. *In genere, si sc.*

55. Infertur; *Subscribens, quòd dicit se instrumentum non legisse, illud hoc ipso non annullat.*

56. *Negligentiam vel ignaviã prætendentes audiri non oportet.*

57. *In subscribente quando ignorantia præsumatur?*

58. Declaratur II. *Nisi Testes sint in contrarium.*

59. Declaratur III. *Nisi in subscriptione dictum fuit visis & lectis suprascriptis.*

60. Declaratur IV. *Nisi subscribens scripturam secum sumpserit, & aliquamdiu retinuerit.*

61. Declaratur V. *Nisi subscribens sit vir diligens, solers & cautus.*

62. Conclusio II. *Subscriptio sola debitoris sufficit, nec creditoris requiritur.*

63. *Est hæc conclusio controversa: sed conciliata.*

64. *Paria sunt, vel probationem fieri per Testes subscriptos, vel aliunde.*

65. *Testium trium subscriptio* in l. scripturas 11. C. Qui pot. in pig. *pro forma introducta nõ est.*

66. Conclusio III. *In Teste subscribente non æquè præsumitur notitia contentorum, ac in ipso principali.*

67. Infertur I. *Quòd Testis subscriptio pro depositione unius testis habeatur.*

68. Infertur II. *Subscribens ut testis, non præjudicat sibi ratione domi-*

dominij sibi competentis.

69. Infertur III. *Non officere subscriptioni testis, quòd non recordetur principalem vidisse scribere, vel subscribere.*

70. Conclusio IV. *Notarijs duobus ad instrumenti confectionē adhibitis, ambo subscribere debent, vel unus scribere, alter subscribere.*

71. Declaratur, *quando Nota ejusdem instrumenti producitur, ab utroq; signata.*

72. Subdeclaratur I. *Si is, qui scripsit, expressit manu sua scripsisse: aliàs secus.*

73. Subdeclaratur II. *Statuto cavente, quòd duo Notarij ad contractus validitatē requirantur.*

74. Conclusio V. *Subscriptio trium testium in intercessionibus mulierum necessaria est.*

75. Conclusio VI. *Subscriptio tanquam à teste, vel Notario facta, non nocet scribenti: secus, si fiat tanquam à principali.*

76. Conclusio VII. *Notarius instrumento, de quo rogatus est, subscribere debet per se.*

77. *Notarij schedula carens subscriptione & testibus actum extrajudicialem non probat, authenticum licet habeat sigillum*

78. *Publica ex quibus dicenda sit scriptura?*

79. *Subscriptio Notarij etsi nulla lege specificè requiratur, fit tamen ejus aperta in LL. mentio, habetq; ita longus usus & mores.*

80. *Subscriptio omninò requiritur à Notario, si aliena manu testamentum scriptum sit.*

81. Ampliatur I. *In Notarijs pluribus.*

82. Ampliatur II. *Notarius, etiam si totum instrumentum scripserit: tamen subscribere debet.*

83. Ampliatur III. *In nota sive signo Notarij, quod insuper subscriptioni addendum.*

84. Ampliatur IV. *In actis Judicialibus.*

85. Limitatur I. *De Stylo Notarij, qui si varius fuerit, ultimus servandus est.*

86. Limitatur II. *In scriptura privata, in qua scribentis subscriptio supervacua est.*

87. Hinc dicitur: *Scriptionem instrumenti sufficere, nec subscriptionē scribentis insuper requiri*

88. Limitatur hoc dictum, *In arduis.*

89. Conclusio IIX. *Transactores & Mediatores suâ subscriptione non præjudicant principalibus, nisi & ipsimet subscripserint*

90. Conclusio IX. *Legati juxta mores Gentium subscribunt & sigillant: quod exemplificatur.*

91. *Quæ*

91. *Quæ scriptura, & in quibus causis, quo Ordine, quave forma subscriptionem exigat?*

92. Conclusio I. *Sigillum non sufficit, ubi specialis subscriptio pro forma requiritur.*

93. Infertur I. *Cum in Edicto aliquo Sigillum Judicaturæ pro forma requiratur, loco illius subscriptionem Judicis non supplere.*

94. *Contrariorum eadem disciplina.*

95. *Statutum tunc pro forma aliquid requirit, quando annullat actum formâ non servatâ.*

96. Infertur II. *Subscriptionem, præter Sigillum requiri, si apparet Sigillum esse alicujus, non tamen ab eo impressum.*

97. Infertur III. *Subscriptionem, ad solemnizandum actum necessariam, semper adhibendam.*

98. *Subscriptio partium, vel testium tum necessaria non est, ubi expressim lege non est requisita.*

99. Conclusio II. *Testamentum solemne sine subscriptione & sigillatione testium cum testatore uno contextu factâ, non subsistit: secus est in Contractibus.*

100. Ampliatur posterius: *In testamento Nuncupativo.*

101. *Nuncupativum cur dicatur hoc testamentum?*

102. Limitatur, *quando scriptura pro forma requiritur, tunc subscriptio non sufficit.*

103. Conclusio III. *Legatum invalidum est, quod scriptor testamenti sibi adscripsit: nisi specialis testatoris adsit subscriptio.*

104. Conclusio IV. *In alienatione rerum Ecclesiæ subscriptio omninò est necessaria.*

105. Conclusio V. *In Protectionis litteris subscriptio partium præcisè necessaria non est.*

106. *Ratio reddita remissivè.*

107. *Subscriptio ut sigillationi semper accedat securius ac consultius est, & ut Cautela servandū.*

108. Conclusio VI. *In Mandato, (veluti Commissionis) subscriptio & Sigillum requiritur.*

109. An hoc casu alieno Sigillo uti liceat?

110. Quid verò, si quis scribere ignorat?

111. Declaratur hæc Conclusio *in Mandatis Principum, Episcoporum, Abbatum &c. in quibus Sigillum & subscriptio simul non requiritur.*

112. Extenditur *etiam ad Mandata Comitum, Civitatum & Universitatum: nisi statutis aliud cautum.*

113. Conclusio VII. *In publicis instrumentis sufficit sola descriptio Nominum, nec subscriptio testium insuper requiritur.*

114. *Subscriptio Testium in instrumentis Notariorum supervacua est.*

115. Limitatur. *In arduis negotijs.*

116. *Plura de hac Conclusione remissivè tanguntur.*

117. Conclusio IIX. *Litteræ Judicis, alteriusve personæ publicæ, quantumvis publicum Sigillum habeant, sine subscriptione tamen non probant.*

118. *Sigillum adhiberi potest fraude conquisita.* & n.125.

119. Conclusio IX. *Litteræ privatæ absque subscriptione testium & Notariorum nō probant.*

120. *Si tamen sunt subscriptæ, contra heredes probant.*

121. Conclusio X. *Ordo, qui in sigillando, idem & in subscribendo servandus est.*

122. Conclusio XI. *Subscriptionis forma ratione Personarum & causarum diversa est.*

123. Conclusio XII. *Stylus scribendi & subscribendi servandus est: quod exemplificatur.*

124. *Stylus universalis & notorius nullam requirit probationem, sed eam allegare sufficit.*

125. *Subscriptionum & instrumentorum confictorum Exempla.*

126. *Fines & Effectus subscriptionum.*

127. Cōclusio I. *Subscriptio præcipuè rei gestæ fidem facit.*

128. *Sigillo non creditur sine subscriptione: Rationes additæ.*

129. *Repræsentatio notoria & abusiva plerumq́ falsa est & incerta.*

130. Ampliatur, *ut hac de causa Episcopi, vel ejus Vicarij, Principis ejusve Cancellarij subscriptio adesse debeat.*

131. *Sigillum incertum symbolum, causâ appositionis non expressâ, plerumq́ continet.*

132. *Princeps id velle non præsumitur, quod non evidentissimè expressit.*

133. Declaratur, *quòd Subscriptio facere non possit, quo minus falsum committi possit.*

134. Declaratur II. *Nisi Episcopus aliter observare sit solitus.*

135. Conclusio II. *A pari procedunt sive æquipollent scriptio, subscriptio & sigillatio.*

136. *Litteræ & Sigilla æquiparantur.*

137. *Dictiones* seu, sicut, *disjunctivæ, inter æquiparata ponūtur.*

138. *De Sigillo ubi constat, subscriptio, nisi aliud LL. vel moribus institutum, necessaria non est.*

139. Am-

139. Ampliatur I. *In privatis scripturis.*

140. *In privata scriptura tantum partis simplex subscriptio operatur, quantum si utrumq; subscripsisset, probatq; contra eum.*

141. *Sigillum æquè præjudicat sigillanti, eiusque heredibus, sicut scriptura scribenti.*

142. *Subscriptio una & sigillatio una auctorizant mille cõtractus.*

143. *Subscribere & totum scribere idem.*

144. Ampliatur II. *In quovis actu subscriptionem partiũ exigente.*

145. *Sigillum plus operatur, quàm subscriptio.*

146. Limitatur, *nisi subscriptio vel sigillatio pro forma requirantur.*

147. Ampliatur III, *In Instrumentorum Executionibus.*

148. Extenditur hęc ampliatio, *etiam quoad Interesse.*

149. Limitatur I. *In Contractibus quidẽ hanc paritatẽ procedere:*

150. *Non autem in ultimis voluntatibus.*

151. Limitatur II. *In Signo Ordinato, quod est Sigillum.*

152. *Signum faciliùs, quam subscriptio imitari potest.*

153. *Subscribens cõsentire videtur.*

154. Conclusio III. *Ut sigillando exprimitur consensus & ratificatio: ita & subscribendo.*

155. *Sigillum idem operatur quod subscriptio.*

156. *Tabulas subscribens, easq; sigillans, fateri eas & comprobare censetur.*

157. *Subscribens ex certa scientia, validam esse voluisse scripturam censetur.*

158. Ampliatur I. *Ut tabulas impugnans, quasi sit deceptus, id probare cogatur.*

159. Limitatur hæc Ampl. *Nisi manifestò appareat subscribentem deceptum esse.*

160. *Errans in subscribendo sibi non præjudicat.*

161. Ampliatur II. *Quòd subscribenti & sigillanti negotium, sola etiam dissimulatio obsit.*

162. Ampliatur III. *In Sigillo, si illud solum requiratur: & quidem ad sigillantis præjudicium.*

163. *Scriptura, ut est probata probatio contra scribentem: ita Sigillum contra sigillantem.*

164. Limitatur Conclusio, *Ubi subscriptio ad solemnizandum actum requiritur.*

165. Cõclusio IV. *Subscribens vel sigillans instrumentũ omnia in eo contenta approbare videtur.*

166. Ampliatur I. *In subscriptione generali.*

167. *Subscribens in materia Statutaria*

190. *Notularum recognitione factà, æquè quis obligatur, ac ex ipsa scriptura & subscriptione.*
191. Ampliatur VII. *Etiamsi scriptura pro forma requiratur.*
192. Limitatur superior Conclusio, *ut Sigillum loco subscriptionis, & retrò usurpari non possit.*
193. *In alienatione rerum Ecclesiæ non sufficit Sigillum Capituli, sed omnium Capitularium subscriptio simul requiritur.*
194. *Subscriptio sola non sufficit, ubi scriptura pro forma exigitur.*
196. *Sigillationem ubi actus requirit, tunc Sigillum est de forma.*
197. *Subscriptionem & Sigillum simul ubi actus in specie requirit unum pro altero usurpari non potest, sed utrumque desideratur.*
198. Veluti I. *In Testamentis in scriptis factis:*
199. II. *In Litteris Indicialibus ex Stilo Curiæ.*
200. III. *In scriptura habente Sigillum, sed non apparente voluntate sigillantis*
201. *Cæteris in casibus subscriptio non videtur de solennitate: sed Sigillum sufficit.*
202. *Subscriptio pro forma requisita, quando ejus loco Sigillum admittatur?*
203. *Subscriptionem addere litteris eáq; de Sigilli appositione attestari semper consultius.*
204. *Instrumento publico sine Sigillo & subscriptione nulla fides adhibetur, addito præjudicio.*
205. Conclusio V. *Suprascribens, Subscribens, vel describens aliquid, contentorum habere notitiam præsumitur.*
206. Ampliatur, *In Protocollo Notarij, ubi suprascriptio quandam subscriptionis vim habet.*
207. Limitatur I. *In suprascriptione Notarij, quæ in instrumento nullatenus locum habet.*
208. Limitatur II. *In Testamentis & alijs.*
209. Conclusio VI. *Sigillo deperdito subscriptioni standum.*
210. Conclusio VII. *Subscribens scienter alienationi alterius super re sua factæ sibi præjudicat.*
211. *Subscriptio alienæ scripturæ regulariter confirmat eam, & probat adversus subscribentem.*
212. Limitatur I. *In subscriptione testis. II. in charta blanca.*
213. Conclusio IIX. *Subscriptio & Sigillum cum accessit, etsi in tertia persona refertur quis*

 fide-

1 INter † Affinia Sigillorum varia cum præcipuum locum teneat Subscriptio: Signa: Cifræ, Merchæ sive Mercantiæ, Tituli & Literarum incisuræ, recto post explicata Contraria ordine, de his nobis hoc & seq. capite per Paragraphos agendum erit.

§. I.

DE SUBSCRIPTIONIBUS.

2 AD hanc † Subscriptionum materiam non C. Valerium Licinium, adeò literarum expertem, ut ne proprium suum nomen Decretis subscribere valuerit. Nicol. Reusner. *class. 1.*
3 *symb. Imp. 64.* accersimus: Sed Rodolphum † Habspurgensem cognomento mitem, qui primus Germanica lingua (cum antè latinè omnia scripta fuerint) scribenda ordinavit, Dresser. *Isagog. histor. mill. 6. pag. 384.* Joan. Stumpf. *lib. 2. Chron. cap. 4.* Suffrid. Petr. Leovard. *in præfat. lib. de Script. Fris.* Phil. Camerar. *cent. 3. Oper. subcis. cap. 65.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. jur. civil. 7. cir. fin.* Paul. Matth. Wehner. *in Epist. dedicat. pract. obs.* Valent. Winther. *in Epist. ad Lector. Parthen. litigios.* potiùs revocamus, & quò accuratiore, breviore & magis compendiariâ viâ patere omnibus possit, hæc Subscriptionum materia, sequentes nobis pertractandæ veniunt Particulæ.

I. Appel-

I.

Appellationes.

Vulgare † eſt & juri noſtro conveniens Subſcriptionem 4
idem eſſe quod ſubnotationem: *l. un. C. de Juſtin. Cod. confirm.* & ſubſcribere, quod ſe adjungere, vel ſubſignare, idem ſentire, confirmare & ratum habere. *l. ſubſignatum. 39. D. de V. S.* Guil. Budæus *in annot. Pand. prior.* Petr. Gregor. *lib. 32. Syntag. jur. univerſ. cap. 11. n. 2.* Kirchner. *lib. 4. de Off. Cancell. cap. 3. n. 1. & lib. 2. de Jur. Legat. cap. 8. n. 79. & ſeqq.* Aliàs † Subſcriptio etiam pro 5
inſcriptione accipitur. *l. 3. C. ad L. Fab. de plagiar. l. 3. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* In hac † autem materia ſubſcribere & ſignare 6
differunt: illud calamo, hoc anulo utplurimum perficitur. Dionyſ. Gothofred. *in l. hac conſultiſſima. 21. C. de teſtam.* Honthem. *lib. 2. de Art. Notar. cap. 51. n. 1. & 2.*

II.

Definitio.

Quemadmodum † Sigillum Impropriè quoddam actus 7
complementum eſt: ita quoque ſubſcriptio actus, de quo quæritur, quidam exitus & concluſio dicitur. Bald. *conſ. 175. n. 2. lib. 1.* Monter. *deciſ. Aragon. 12. n. 24.* Joſeph. de Seſe *deciſ. Arag. 56. n. 31.*

Propriè † autem Subſcriptio eſt nominis actu jam in ſcri- 8
ptis redacto propriâ manu facta ſubnotatio. Honthem. *d. lib. 2. cap. 51. n. 3.* Ratio † hujus finitionis hæc eſt, quia inſtrumentum 9
quod neque ſcriptum, neque ſubſcriptum eſt à Notario, fidem nullam facere poteſt, licet in ejus Protocollo ſit repertum. Eſt † 10
enim ſubſcriptio Notarij unum de ſubſtantialibus inſtrumenti, *l. generaliter. ubi notat. C. de tabell. lib. 10.* Ferrar. *in formul. product. inſtr. verb. Exhibens & producens. n. 8.* Ant. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 16. defin. 11. in prin. n. 1. in not.* Et hæc † ſubſcriptio tum de- 11
mum facta dicitur, cum nomen proprium, aut ſolùm ſine aliquo ſigno, aut cum ſigno manu propria, vel alterius, cum verbo, *ſubſcripſit*, vel ſubſcripſiſſe, ſubjicitur. Kirchner. *lib. 2. de Jur. legat. cap. 8. n. 84.*

Ex his consequitur I.

12 Notarium † adstrictum non esse instrumentum totum manu suâ scribere. Nam ut instrumentum aliquod sit publicum hoc casu sufficit manu Notarij scriptum, vel subscriptum esse. Gilman. *decis. 17. n. 14. lib. 2.* Ant. Gabriel. ***lib. 1. com. concl. tit. de præsumpt. concl. 3. sub n. 1.***

13 Declara † hanc sequelam ita, ut licet in alijs, ubi reliquæ omnes solennitates adhibitæ sunt, paria sint, scripsisse totum, vel scripta alienâ manu subscripsisse: hoc tamen ex Castrens. Alex. Jason. *in l. cum antiquitas. §. Cum autem. C. de testam.* sententia non obtinet in instrumento, quod Notarius scripsit; ob id, quòd per Justiniani Constitutionem statutum sit, hoc requiri in instrumentis publicis. Novell. *de Tabell. in prin. verbo, subscriptionum.* Joan. Wames. *cons. 64. n. 6. cent. 1.* Ipse ego tamen in causa propria contra S. in Camera Imp. Anno 1636. instrumentum à Notario solùm subscriptum & sigillatum admissum, & processus decretos fuisse observavi. Dissentit Berlich. *part. 1. concl. pract. 8. à n. 42. ad n. 148. per ibi citatos.* Verùm contra eum & alios generalis est consuetudo, de qua post Decium Gabriel *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 3. n. 34.*

14 II. Nec † etiam opus esse Notarium, qui integrum scripsit instrumentum, se illud suâ manu exarasse, exprimere. Bart. *in l. cum tabernam. §. Idem quæsiit. D. de pignor.* Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. quæritur. n. 43.* Jacob. Cancer. *lib. 1. resol. 22. n. 28.* Ideò quando Notarius principalis esset impeditus vel morbo, vel alia occupatione, quia tunc per alium scribere, vel ipse se instrumento subscribere posset. Gabriel *d. concl. 3. n. 35. per ibi relat.*

15 ubi tamen *n. 36.* benè limitat in protocollo. Cautelæ † tamen loco sciendum, si Notarius ipsemet Instrumentum non scripsisset, sed solùm subscripsisset, tunc apponi consuevisse clausulam hanc: me interim alijs negotijs occupato, per aliũ fideliter scribi fecisse. Bart. *in l. Divus. §. Idem Senatus. D. de fals.* Honthem. *lib. 2. de art. Notar. cap. 51. n. 10.*

16 III. Non † scripsisse dici eum, qui non subscripsit, Carol. Paschal. *in Legat. cap. 17. pag. 118.* ubi ex Sueton. *in Tiber. c. 32.* refert,

refert, quòd Tiberius, cum Rhodiorum Magistratus literas publicas sine subscriptione ad se dedissent, jussas subscribere remiserit.

Hinc † quæritur, *an post sigilli, maximè publici impressionem adhibenda sit subscriptio manu ipsius sigillantis, vel testium?* Dd. post Innocent. *in cap. 2. in fin. de fid. instr.* duos distinguunt casus. *Primus* † est, quando versamur in pertinentibus ad publicum ipsius sigillantis (veluti Episcopi, Executoris, vel Delegati) officiũ, & super his sigillum adhibetur. Hoc in casu nulla requiritur subscriptio, neque ipsius sigillantis propria, neque Notarij, vel testium, nisi subsit tertij præjudicium, Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 12. in fin. & n. 13.* 17 18

Secundus † casus est, quando sigillum in his adhibetur, quæ ad officiũ sigillantis (veluti, si contractus alicujus privati in scriptura contineatur) nõ pertinent. Hoc casu subscriptio vel Notarij, vel testiũ requiritur. Ratio hujus casus est manifesta: 1°. quia † dum sigillum publicum egreditur suæ auctoritatis terminos, non ampliùs publicum, sed privatum appellari debet, sicuti dicimus in Judice, qui dum aliquem spoliat, & suæ jurisdictionis terminos excedit, non judicis, sed privatæ personæ nomen obtinet. II. Quia † auctoritas sigilli ad causam & officium, ad quod fuit ordinatum restringitur, post Decium & alios Menoch. *lib. 2. præsumpt. 57. n. 15. & seqq.* addens illud Baldi *in cap. significavit. de appellat.* quòd custos arcis non debeat arcem ipsam restituere ei, qui cum Sigillo Domini venit, cum sigillum non sit ordinatum ad actum illum. 19 20 21

Ampliatur † hic casus, quando negotium esset quidem publicum, sed tamen sigillum respectu illius negotij non esset conveniens, ut quia alio sigillo uti soleant Cancellarij ad illius actus sigillationem, ut si certi actus consueverunt sigillari sigillo magno, & tamen actus aliquis parvo sigillo sigillatur: tunc adhuc Cancellarij, vel testium subscriptio requiritur. Menoch. *lib. 2. de arb. jud. quæst. cas. 113. n. 7. & lib. 2. præsumpt. 57. n. 21. per ibi relat.* 22

Limitatur I. † hic casus locum non habere, quando ex stylo 23

& consuetudine aliter observatur. Nam tunc nulla subscriptione opus est, etsi sigillo publico privati actus consignantur, post Joan. Andr. Innoc. Bald. Decium Abbat. & alios Menoch. *d. praes. 57. n. 22. & 23.*

24 *Limitatur* II. † In causis levibus. Nam tunc sigillum publicum appositum his, quae non pertinent ad officium sigillantis, absque alia ejus, vel testium subscriptione fidem facit, post Abbat. & Decium Menoch. *d. praesumpt. 57. n. 24.*

III.

Divisiones.

25 Cum † omnis subscriptio sit *Primò* vel Generalis, vel Singularis, sive Specialis, de his seqq. observandae veniunt Conclusiones.

Conclusio Prima.

26 *Ex † communi Dd. sententia generalis Instrumentorum & Chirographorum subscriptio regulariter sufficit, nec opus est eam singularem esse: utpote ego approbo superiùs scripta.*

Germanicè ita, Bekenne/wie obstehet: Pleniùs ita: Generalis quaedam subscriptio sufficit regulariter in actibus inter vivos ad effectum, ut aequè subscribens inde obligetur, ac si ipsemet ferè totum negotium perscripsisset, etiamsi ille, qui scripsit, vel subscripsit, neget contenta in ea esse vera. Dubium enim non est, quòd plenam probationem contra fatentem producta, faciat, *l. Publia §. fin. in fin. & ibi Gloss. in fin. D. Depos.*

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus.

Philipp. Decius *in cap. quoniam. n. 61. de probat.* Straccha *de adjecto. part. 4. quaest. 10. n. 13.* ubi Dissent. citat. Menoch. *cent. 2. de arb. jud. quaest. 187. n. 39. & lib. 3. praesumpt. 66. n. 10. & seqq.* Joach. à Beust. *ad l. admonendi 943. & seqq. D. de jurej.* Nicol. de Passerib. *lib. 2. de priv. script. cap. 2. n. 11. & 12. & quaest. 4. n. 129. & seqq.* ubi omninò vide.

In Consilijs, Consultationibus & Decisionibus.

Decius *cons. 447. in fin.* Alexand. *cons. 14. n. 14. vol. 6.* Roland. à

Valle

Valle *conſ. 44. n. 38. vol. 1.* Surd. *conſ. 187. n. 17. lib. 2.* Fachin. *conſ. 31. n. 1. lib. 3.* Alvar. Valaſc. *conſult. 67. n. 11.* Monter. *deciſ. 12. n. 33. & 34.*

Limitatur I. † in genere, quando lex expreſsè ſpecialem 27 requirit ſubſcriptionem, ut eſt, quando ſcriptura à lege prohibita eſt, ſicuti in caſu *l. Divus §. Item Senatus. D. ad L. Corn. de falſ.* ubi actus ipſe ſcribendi punitur, non autem conſenſus, & ideò, ut pœnæ locus ſit, ſpecialis eſſe debet ſubſcriptio, prout declarare Bald. Ang. Imol. Aretin. & alios ſcribit Menoch. *lib. 3. præſumpt. 66. n. 11.*

Limitatur II. † Quoad Teſtamenta, Codicillos & alias ejuſ- 28 modi diſpoſitiones, in quibus ſpecialem oportet eſſe ſubſcriptionem.

Ita Dd. in Tractatibus:

Speculat. *tit. de Inſtr. Edit. §. Compendioſa. n. 40.* Petr. Gregor. *lib. 42. Syntag. jur. univ. cap. 4. n. 2.*

In Conſilijs & Quæſtionibus:

Carol. Molin. *conſ. 31. n. 9.* Schurpf. *conſ. 15 n. 6. cent. 2.* Pruckman. *conſ. 5. n. 48. vol. 1.* Altorfenſ. *conſ. 50. pag. 233. in fin.* Speckhan. *cent. 1. quæſt. 48. n. 4.*

Limitatur III. † In Teſtamento inter liberos, quod etiam 29 ſpecialem requirit ſubſcriptionem.

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Alexand. Raudenſ. *tract. de Analog. cap. 28. n. 14.* Nicol. Reuſner. *de teſt. part. 1. cap. 3. n. 17.* Maſcard. *de prob. concl. 1352. (aliàs 1358.) n. 65. in fin.* Nic. de Paſſerib. *lib. 6. de privat. ſcript. cap. 1. n. 45. & ſeq.* Diſſentire videtur, Joan. Dauth. *in l. hac conſultiſſima. §. Ex imperfecto n. 88. de teſt. per ibi relat.* ut & Berlich. *deciſ. 90. n. 10. & ſeq.* Maul. *tract. de ult. volunt. tit. 11. n. 34.* poſt Alex. & Weſemb. *conſ. 90. n. 15.* hancq; communem eſſe dicit Addit. ad Hartm. Piſtor. *lib. 1. qu. 1. n. 8. lit. h. per ibi relat.* Pantſchm. *lib. 2. qu. 1. n. 6.* ubi communiorem appellat.

In Quæſtionibus & Conſilijs.

Clarus *§. Teſtament. quæſt. 14. n. 4.* quamvis communem contra-

trariam attestetur. Grass. §. *Testamentum. quæst. 16. n. 6.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 1. n. 8.* M. Wesemb. *cons. 90. n. 15. cons. 133. n. 46. & cons. 135. n. 19.* ubi dissentire videtur, dum, ut sigillatione patris tantum confirmari testamentum inter liberos asserit, ita & subscriptione, eamque judicem sequi debere. Frid. Pruckman. *cons. 34. n. 8. vol. 1.* Hier. Treutl. *cons. 15. n. 150. lib. 1.* Speckh. *d. quæst. 48. n. 4.*

In Conclusionibus & Resolutionibus,

Cardin. Tusch. pract. *concl. 101. n. 40. lit. T. & concl. 133. n. 59. & seqq. & n. 91. ibid.* Thaddæus Piso *lib. 1. resol. 7. n. 9. vers. Intellige. ac seqq.*

30 Hinc † *Infertur* I. Quòd non sicut in filio scribente testamentum paternum generalis subscriptio sufficit: ita idem sigillum à testatore impressum præstat, *per text. apert. in l. si quis legatum. l. filius emancipatus. & l. Divus Claudius. D. ad L. Cornel. de fals. l. si testator. C. Eod.*

31 Deinde † facit ratio, quòd ubicunque subscriptio pro forma requiritur, ibi solam sigilli appositionem non sufficere, per alleg. infrà *Rub. 5. concl. 1.* adductas: & docet plenè in terminis Hartm. Pistor. *obs. sing. 130. num. 4. & seqq.*

32 *Infertur* II. † Quòd nec declaratio testatoris coram testibus facta hunc defectum suppleat, maximè si illa sit generalissima. Hartm. Pistor. *d. obs. 130. in fin.* Pleniùs infrà *illat. 3. n. 39. cum seqq.*

33 *Limitatur* IV. † In Testibus Testamentarijs, qui omnes in subscriptione suâ exprimere debent:

1. Cujus in specie sit testamentum, *l. singulis pen. de testam.* ubi Gloss. *& in l. hac consultissima verbo: Non subscripsit. C. de test.* Anton. Gometz. *ad L. Tauri. 3. n. 30.*

Ita Dd. in Tractatibus:

Speculator. *tit. de Instr. Edit. §. novissimè. n. 41.* Roland. Passag. *de testam. part. 1. Rub. 63. n. 2.* Herm. Mejer. *tract. de success. testam. lib. 3. tit. 1. n. 45. & seqq.*

Et

Et in Consilijs.

Roland. à Valle. *conf. 36. n. 2. ferè in med. vol. 1.* Pruckman. *conf. 1. n. 111. vol. 1.* Altorfens. *conf. 50. decad. 5.* §. vber das. Christoph. Besold. *conf. 303. n. 68. vol. 6.*

2. Item † in conspectu & præsentia sua testatorem tale testamentum fecisse. *l. si non speciali, ubi Castrens. n. 5. Jason. n. 5.* Sichard. *n. 2.* Dauth. *n. 3. C. de testam. & tract. de testam. n. 418. vers. Quintò, ut testator.* Petr. Peck. *lib. 4. de testam. conjug. cap. 13. in prin.* Dilect. *de art. testand. tit. 2. Cautel. 8. n. 2.* Pantschm. *lib. 2. quæst. 23. n. 3. vers. præsentiam.* 34

Declaratur † hoc 2. Requisitum I. nisi testator ipsemet scripserit, vel subscripserit testamento, prout de jure tenetur, *l. hac consultissima. C. de testam.* Ant. Gometz. *ad l. Tauri 3. n. 30.* vel ejus nomine testis octavus adhibitus fuerit, *text. in l. hac consultissima. & in l. cum antiquitas. C. de testam.* Dauth. *d. tract. de testam. n. 413.* Roland. à Valle. *conf. 36. n. 3. vol. 1.* Nicol. Everhard. Junior. *conf. 31. n. 39. vol. 2.* Herm. Mejer. *lib. 3. de success. testam. tit. 1. n. 17. 18. & 19.* Honthem. *lib. 2. de art. Notariat. cap. 16. n. 13.* 35

Unde † *Infertur* I. Ut nec sufficiat unum ex septem testibus testamentarijs id perfecisse. Mejer *d. tit. 1. n. 19.* post Castrens. Roland. & Menoch. Sed quando Notarius haberi non potest, Octavum adhiberi testem sufficit, qui pro eo sigillet & subscribat, postquam testamentum scripsit. Bertazzol. *conf. civil. 66. n. 40. lib. 1.* ubi addit: Ultra quod eo casu, quo octavus testis adhibetur, instrumentū testamenti non probat, nisi omnes testes, qui recognoscant testamentum examinentur, & de veritate contentorum in eo testificentur, juxta *l. publicari C. de testam.* Dd. *in d. l. hac consultissima.* 36

Infertur II. † Ut nec Notarius id perficere possit. Nic. Everhard. Jun. *d. conf. 31. n. 40. vol. 2.* Ern. Cothman. *resp. 23. n. 6. vol. 4.* qui tamen dissentire videtur. 37

Ratio † prædictorum omnium hæc est, ut fraudis & falsitatis, cui obloqui non potest, evitetur suspicio, de qua *in l. jubemus. in prin. & fin. C. de testam. l. hac consultissima. in fin. C. Qui test. fac. poss. l. fin. C. de fideicom.* & quòd tempore confectionis volun- 38

tatis ultimæ, mortisq; cogitatione prorsus conturbati censeantur testatores, ut quid dicant, scribant, vel faciant, dextrè non intelligant ipsi, *d. l. hac consultissima §. & cum humana.* majore opus sit, solennitate, ita, ut non generalis incerta, & quæ ficta esse possit subscriptio sufficiat, *l. cum antiquitas. §. fin. C. de testam. arg. l. pen. de testam.* Schurpf. *cons. 15. n. 6. cent. 2.* & alij supra adducti; etiam in testamento inter liberos, utcunque id majoris periculi esse videatur.

39 *Infertur* III. † Ut nec convocatis certis personis de Judicio, declaratio, quâ coram ipsis instrumento à se signato descriptam esse ultimam voluntatem suam declaraverat, actisq; insi-
40 nuari petierat, sufficiat. Non † enim hæc declaratio subscriptio-
41 nis defectum supplet, neque propterea filius, † qui sibi aliquid in testamento sua manu adscripserat, ad commodum illud admittendus est: *tum,* quòd nec jussus parentis oretenus prolatus haud excuset emancipatum, imò nec etiam in potestate existentem, nisi etiam testatoris subscriptio accedat: *l. filius emancipatus. D. ad L. Corn. de fals.* ut multo minus ob solam verbalem & generalissimam quidem declarationem excusetur: *tum,* propter *l. si testator C. ad L. Corn. de fals.* ubi non sufficit, etiamsi testator in Codicillis testatus fuerit, se testamentum dictasse. Si enim hæc voluntatis testatio coram quinque testibus, qui in Codicillis præsentes esse solent, facta, hoc non præstat, ùt quis legatum adscriptum consequi possit: multo minus generalis declaratio ejus efficaciæ esse poterit. Hartm. Pistor. *obs. 130. n. 9. & seqq.*

42 *Limitatur* V. † In Notario committente alteri Notario, ut suo nomine conscribat instrumentum. Nam tunc Notarius mandans speciali subscriptione eam scripturam comprobare debet, post Castrens. *cons. 209. col. ult. vers. Præterea etiam lib. 1.* Menoch. *lib. 3. præs. 66. n. 11.* Surd. *cons. 187. n. 16. ubi n. 17.* qui ex
43 Specul. Bald. Salic. & alijs rationem † addit, quòd scriptura diversa manu scripta sit suspecta, si in scriptura non fiat mentio.

44 *Limitatur* VI. † Quando scriptura continet aliquid pro scribente, & aliqua contra. Nam tunc specialis requiritur subscri-

ſcriptio, cum alioqui generalis ad ea ſolùm referatur, quæ pro ſe faciunt, non autem ad ea, quæ contra, ſicuti multis probare Caſtrenſ. *conſ. 246. ad fin. lib. 1.* & Gofred. *conſ. 14. n. 57.* tradit. Menoch. *d. lib. 3. præſumpt. 66. n. 11.*

Secundò. † Subſcriptio vel eſt Eadem, vel Diverſa. De hac 45 diviſione ſequens notanda eſt Concluſio.

Subſcriptio † diverſa à ſolitis, arguit falſitatem Scripturæ. Tiber. Deeian. *reſp. 108. n. 62.* 46

IV.

Qui, & quot ſubſcribant?

Duo † potiſſimum ſunt, qui Litteris & Inſtrumentis ſubſcribant: Principalis & Teſtes. Hinc ſequentes notandæ veniunt Concluſiones. 47

Concluſio Prima.

Principalis, † vel quem primariò negotium tangit, ſi probarit ſe non legiſſe, nec intellexiſſe inſtrumentum, cui ſubſcripſit, is ſua ſubſcriptione ſibi non præjudicat. 48

l. ſi falſum 5. §. fin. ibi: non relegentem. *C. Plus valere quod agit.*

Ita Dd. in Tractatibus & Concluſionibus.

Petr. Rebuff. *tract. de Chirograph. recogn. in præfat. n. 102. ac n. ſeq. tom. 1.* Franc. Caldas *tract. de Empt. cap. 34. n. 46. verſ. Oportet:* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 66. n. 21.* Modeſt. Piſtor. *part. 2. Proceſſ. jur. cap. 32. n. 5. verſ. Qui ſe ſubſcribit.* Gabriel. *lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 3. n. 27.* Berlich. *part. 1. concl. 44. n. 11.*

In Deciſionibus, Reſolutionibus, Quæſtionibus & Obſervationibus.

Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 272. n. 7. vol. 1. & deciſ. 30. n. 11. vol. 3.* Jacob. Cancer. *reſol. 4. n. 263. & ſeqq. part. 3.* ubi in ſpecie de intelligentia & conjecturis. Andr. Scheffer *part. 2. quæſt. 3. n. 88. & ſeqq.* Sigiſm. Finckelthaus / *obſ. pract. 8. num. 1.*

Ratio † concluſionis eſt, quòd ſubſcribens virtualiter omnia ſcribere videatur, quorum habuit notitiam, ſive, quæ 49

legit, cognovit, & intellexit: aliàs approbasse non præsumitur, post plurimos à se relatos Menoch. *lib. 3. præsumpt. 66. n. 21. & 22.*

50 Omnis † enim approbatio vim confessionis habet. Ant. Gamma *decis. 61. in fin.* August. Beroj. *cons. 32. n. 4. lib. 3.* Barnab. Cornazzan. *decis. 252. n. 5.* Marc. Mager. *de Advocat. armat. cap. 9. n. 84.* Conf. infrà *Rub. 6. concl. 4. Ampl. 3. cum lim. 1. n. 172. cum seqq.*

51 *Ampliatur* I. † Quando is, qui subscripsit scripturæ alterius, talis est persona, quæ multum confidat ipsi, non præsumitur contentorum notitia, ut sua subscriptione sibi præjudicet. Alciat. *in l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. n. 11. vers. Ego Imolæ D. de Verb. obl.* Mascard. *de probat. concl. 1341. (aliàs 1347. num. 23.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 66. n. 31.* Ernest. Coth. *resp. 59. n. 47. vol. 4.*

52 *Ampliatur* II. † Si probetur ante subscriptionem dixisse creditorem debitori, ut Syngraphæ subscriberet, in qua locatio continetur, deinde appareret, subscriptum venditioni. Nam tunc conjectura fit, illum subscribentem non legisse syngrapham illam, juxta *l. ult. Cod. Plus valer. quod agitur.* Menoch. *d. præs. 66. n. 31.*

53 *Ampliatur* III. † Si dies vel alia, manu adscripta, vel ex instrumenti, vel atramenti diversitate appareant non eodem tempore adjecta, sed signum aliquod rasuræ adsit, post Alciat. Menoc. *d. præs. 66. n. 31. in fin.*

54 *Declaratur* I. † in genere, quòd in dubio subscribens notitiam scripturæ habuisse, eamque legisse præsumatur.

Ita Dd. in Tractatibus & Communibus Opinionibus, Mascard. *de probat. concl. 1347. n. 1.* Straccha *de mercat. tit. Quomodo proced. n. 30. part. 1.* Vide tamen Marc. Calam. *de mod. articul. Gloss. 5. n. 388. pag. 339.* Franc. Vivius. *com. opin. 387. n. 6.*

In Consilijs & Consultationibus:

Aymo Cravett. *cons. 25. n. 13.* Paris. *cons. 88. n. 34. vol. 3.* Valasc. *consult. 69. n. 10. part. 1.*

55 *Infertur* † hinc à Dd. nostris, non annullare instrumentum, quòd subscribens se instrumentum non legisse dicat. Imputet

enim

enim sibi ipsi, quòd illud legere supersederit, vel neglexerit. Negligentiam † enim vel ignaviam prætendentes, audiri non 56 oportet. *l. qui solidum.* §. *etiam Respubl. de legat.* 2. Jacob Thoming. *consf.* 9. *quæst.* 6. *n.* 51. *vol.* 2.

Sunt † tamen super hac ipsa Illatione Dd. Opiniones, uti 57 annotavit Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 66. *n.* 29. & 30. & sciendum tùm demum præsumi in subscribente ignorantiam, si aliqua alia conjectura illi adminiculetur, prout inter alias conjecturas tres suprà Ampliatione 1. 2. & 3. adduximus.

Declaratur II. † Nisi Testes in suâ recognitione dixerint, 58 quòd debitor suâ præsentiâ edixerit & confessus fuerit, se scilicet scripsisse chirographum, ac nomine ac jussu suo exaratum, quod sufficit, etiamsi eundem subscribere, vel scribere alium non viderint. Cravett. *de antiq. temp. part.* 1. §. *quæritur etiam. n.* 75. Menoch. *lib.* 3. *præs.* 66. *n.* 23. Trentacinus *lib.* 2. *var. resol.* 12. *n.* 19. *tit. de fid. instrum.* Scacc. *lib.* 2. *de Judic. cap.* 11. *n.* 995. Cæsar Ursill. *in annot. ad Afflict. decis.* 104. Joan. Pet. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *Gloss.* 3. *part.* 7. *n.* 18.

Declaratur III. † Nisi in subscriptione dictum fuit, visis & 59 lectis suprascriptis &c. Nam casu ita factum præsumitur, *arg. l. ult. C. Plus valere. quod agit.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 66. *n.* 23.

Declaratur IV. † Nisi subscribens secum detulit in domum, 60 cubiculum, vel bibliothecam, nec statim reversus; sed per aliquod temporis intervallum apud se retinuerit: priori casu quamvis judicis arbitrio secundum scripturæ qualitatem, loci distantiam, temporis brevitatem & similia multùm tribuendum, an is subscribens legere illam scripturam potuerit, vel non: attamen altero casu secus est, post Omol. Alciat. & Dd. alios relatos à Menoch. *lib.* 3. *præs.* 66. *n.* 24. & 25.

Declaratur V. † Nisi hic subscribens sit vir diligens, solers, 61 & cautus in re domestica. Hoc enim casu præsumitur scripturam illam vidisse, legisse & considerasse; cum nemo præsumatur jactare suum. *l. cum de indebito. in prin. de probat.* Ita post Imol. & Alciat. tradit Menoch. *d. præs.* 66. *n.* 28.

Conclusio Secunda.

62 *Sola † Debitoris, de cujus præjudicio agitur, subscriptio sufficit, nec Creditoris requiritur.*

Ita tradunt Roman. Curt. Senior, Fulgos. Coras. Alexand. Bolognin. Purpur. Caccialup. & alij locis à Trentacin. *lib. 2.*
63 *tit. de fid. instrum. resol. 12. n. 7.* relatis. Et † quamvis plurimi sint, qui ab hac conclusione simpliciter dissentiant, relati à Trentac. *ibid. vers. Secunda est opinio*: Aliqui verò qui distinctione eos conciliare annitantur, ita, ut si loquamur de præjudicio ejus, qui subscripsit, differentia inter creditorem & debitorem facienda sit, sufficiatq; solius debitoris subscriptio: si verò loquamur inter creditorem & tertium, tum demum utriusq; partis requiri subscriptionem, uti Ripa *in l. admonendi. n. 104. D. de jurej.* Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. quæritur. n. 66.* Roland. à Valle *cons. 84. in fin. vol. 3.* quòd eo casu pluralitas subscriptionum plurimum operetur, suspicionemque fraudis cessare faciat.

Verùm re penitus inspectâ dicendum est, etiam contra tertium sufficere debitoris subscriptionem, si de veritate scri-
64 pturæ in ea contentorum constet. Paria † enim sunt, vel probationem fieri per testes subscriptos, vel aliunde, dummodò constet de veritate, & fraus cesset, prout pleniùs docet Trentacin⁹.
65 *d. loc. n. 7. in fin. & n. 9. per tot.* hoc addens † trium testium subscriptionem *in d. l. scripturas. 11. C. Qui potior. in pign. hab.* pro forma introductam non esse.

Conclusio Tertia.

66 *In † Teste subscribente non æquè præsumitur notitia contentorum, ac in ipso principali.*

Gabriel. *lib. 1. tit. de Præsumpt. concl. 3. n. 3. in prin.* Mascard. *de probat. concl. 1341. n. 21.* Joan. Asin. *in tract. Execut. §. 1. cap. 64. n. 12. vers. Limitatur.*

67 Hinc † *Infertur* I. Nihilominus testem subscribentem pro deponente, & subscriptionem ejus pro depositione unius testis haberi. Ferre enim tunc testes testimonium videntur. *l. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll. ins. oppos. l. fin. C. de reb. cred. ubi Bald. qui idem*

idem in l. 1. col. 7. C. de testam. Afflict. *decis. Neapol. 166. n. 5. vers. Et credo esse.* Vincent. de Franch. *decis. 105. n. 17. part. 1.* ubi Bald. locis modo citat. Georg. Everhard. *cons. 2. n. 13. vol. 2.* Ludov. Lana JC. Brixiens. *in Enchir. de testam. formulis. n. 43.*

Infertur II. † Subscribentem ut testem non præjudicare si- 68
bi ratione Dominij sibi competentis. Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. Gloss. 9. n. 142.* Petr. Barbosa. *in l. quæ dotis. n. 171. Solut. matrim.* Gabriel *d. concl. 3. n. 30. vers. Limita hoc procedere.* Nicol. de Passerib. *lib. 2. de privat. script. cap. 2. n. 7.*

Infertur III. † Nihil officere subscriptioni testis, quòd ad- 69
diderit, se non recordari, an se præsente viderit principalem scribere vel subscribere, cum hoc præsumatur, quòd aliàs ipse non subscripsisset. Cardin. Tusch. *pract. concl. 184. n. 22. lit. T.* post Castrens. *cons. 193. n. 2. vol. 1.*

Conclusio Quarta.

Quando † duo Notarij ad instrumenti confectionem adhibentur 70
ambo subscribere debent, vel unus scribere, alter subscribere, idque sufficit.

Ita Dd. in Tractatibus:

Nicol. Honthem. *lib. 2. de art. Notar. cap. 51. n. 14. & 15.* post Boverium, *Voc. Notarius. 47. n. 19.* Fulv. Pacian. *lib. 1. de probat. cap. 65. n. 25. ac seqq.* ubi in genere de quibuscunque scripturis privatis loquitur.

In Decisionibus:

Nicol. Boer. *decis. 21. n. 1. & 2.* Guid. Papæ. *decis. Grationop. 122,* Farinac. *decis. Rom. 61. n. 1. part. 1.* Ant. Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 16. defin. 1. n. 1. ac defin. 22. n. 1.*

Declaratur, † quando Nota (id est Protocollum) ejusdem 71
instrumenti producitur, quæ ab utroque signata fuisset, vel instrumentum ab uno scriptum sit, ab alio subscriptum. Guid. Papæ *d. decis. 122.* Boer. *d. decis. 21.*

Subdeclaratur I. † Si is, qui scripsit, expressit manu sua, scri- 72
psisse, aliàs secus: arg. eorum, quæ tradit Gabriel *d. tit. de præsumpt. concl. 3. n. 13.* ut & si non reservarit velle subscribere cum altero. Honthem. *d. lib. 2. cap. 51. n. 14.*

Subde-

73 *Subdeclaratur* II. † Statuto ita cavente, quòd duo Notarij ad contractus validitatem requirantur, licet instrumentum, per unum Notarium factum, juramento firmatum sit; ob defectum tamen solennitatis requisitæ, duorum Notariorum subscriptiones non valebunt. Marsil. *sing. 700. n. 3.* Honthem. *d. cap. 51. n. 15.*

Conclusio Quinta.

74 *In † Intercessionibus mulierum trium testium subscriptio necessaria est.*

l. antiquæ. 23. vers. Siquidem. & §. Ne autem. C. ad Vellej. Honthem. *d. lib. 2. de art. Notar. cap. 16. n. 5. limit. 2.*

Conclusio Sexta.

75 *Subscriptio † tanquam à teste vel Notario facta, non nocet scribenti: secus si fiat tanquam à principali.*

l. Cajus. D. de pign. act. post Castrēns. *in l. Emptor. §. Lucius. de pact.* Schneidvv. *de feud. part. 7. n. 91.* Conf. suprà *Conclus. 3. num. 68.*

Conclusio Septima.

76 *Communi † omnium Doctorum sententiâ receptum; nullum instrumentum Tabellionis fidem facere, quod non habeat ejus subscriptionem,* Sive: *Notarius instrumento, de quo rogatus est, subscribere debet, nec potest illam subscriptionem alteri committere, ne quidem Notario.* *text. in Novell. 73. cap. oportet.*

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Legistæ *in l. 2. C. de conven. fisc. debit. lib. 10. & in l. contractus C. de fid. instr.* Canonistæ *in cap. 1. & cap. cum P. n. 8. de fid. instr.* Speculat. *tit. de instr. edit. §. instrumentum.* Bald. *ad l. penult. D. Qui testam. fac. poss. per illum text. l. Præsides. 2.* & ibi Ant. Mornac. *in obs. Cod. de Assess.*

In Consilijs & Quæstionibus practicis.

Steph. Bertrand. *cons. 126. & cons. 207. vol. 3.* Joan. Pet. Surd. *cons. 187. n. 18.* Joan. Wames. *cons. 64. n. 2. cent. 1.* Covarr. *pract. quæst. 20. n. 5. tom. 2.* Mascard. *de probat. vol. 1. quæst. 6. n. 99.*

Ratio

Ratio † est, quia schedula Notarij carens subscriptione & 77
testibus non probat actum extrajudicialem, neque judicialem, quantumvis authenticum habeat Sigillum. Covarr. *d. loc. n. 9.* Mascard. *d. concl. 1302.* Non † enim ex eo, quòd scripturam ma- 78
nu publici Notarij scriptam esse constet, publica dicenda est, nisi & formam publici instrumenti habeat, hoc est, omnes suas complexiones, & inter has ipsius Notarij subscriptionem, notam seu signum. Quæ † quidem subscriptio etsi nullâ lege 79
specificè requiri necessariò videatur, neque ulla lex sit, quæ expressè dicat, instrumentum vitiari, si tabellio nomen suum non subscripserit: multas tamen Leges esse, subscriptionis mentionem facientes, quasi id prorsus, si non apertâ aliquâ legislatione, saltem ex longo usu & moribus utentium, ac quotidiana observantia receptum, comprobatum, atque ita necessarium sit, prout eleganter scribit Joan. Wames. *d. cons. 64. n. 2.* addens insuper, hinc Bald. *in l. 2. C. de conven. fisc. debit. lib. 10.* rectè scribere, instrumentum à Notario non subscriptum, non esse instrumentum. Est † enim indubitatum, quando 80
instrumentum aliena manu scriptum est, tunc omninò subscriptionem requiri, post Cravett. Roland. & Solam Surd. *cons. 187. n. 18.*

Ampliatur I. † Etiam in Notarijs pluribus ad instrumen- 81
tum recipiendum coactis, qui omnes subscribere & subsignare debent, ut instrumentum fidem faciat. Videatur suprà *conclus. 4. n. 70.*

Ampliatur II. † Quòd licet ipse Notarius instrumentum 82
scripserit, non tamen probandi vim habeat, nisi etiam ab eo sit subscriptum. Guid. *sing. 104.* Gabriel. *part. 1. tit. de præsumpt. concl. 3. num. 15.* Honthem. *d. cap. 15. num. 13.* Hinc Bald. *in Rubr. C. de fid. instrum. num. 23. & 24.* scribit: Notarium debere tria per se ipsum expedire & alij non committere, audire scilicet partes, scribere Originale instrumentum, & illud subscribere & signare. Surd. *cons. 187. num. 15. per ibi relat.*

Ampliatur III. † Ut nec solius nominis subscriptio suffi- 83

ciens sit, Phil. Cornæus *conf. 226. vol. 3.* nisi etiam nota seu signum Notarij addatur, cum & hoc consuetudine inter alias solennitates sit introductum. Dd. *in l. cum antiquitas. C. de testam.* Wamesl. *d. conf. 64. n. 3.*

84 *Ampliatur* IV. † Generalem illam conclusionem, quòd subscriptio alteri committi non possit, ne quidem Notario, cumprimis veram esse, quoad judicialia, quòd in ijs Dei inducatur persona. Cicer. *lib. 1. Offic.* Anton. Mornac. *in observ. ad l. Præsides. 2. C. de Assess.*

85 *Limitatur* I. † De Stylo Notarij, qui ut plurimum facit; ita omninò attendendus est, qui si varius fuerit, ille attendendus, quem ultimo loco servavit. Surd. *conf. 187. n. 19.*

86 *Limitatur* II. † In scriptura privata, in qua ejus, qui scripsit subscriptio supervacua est, Mascard. *concl. 100. n. 8.* Gabriel. *d. loc.* idque maximè, si ex contextu pateat, constetq; eum scripsisse. Honthem. *d. cap. 51. n. 13.*

87 Hinc † dici communiter solet: Scriptio instrumentorum sufficit, nec subscriptio scribentis insuper requiritur. Jason. *in l. cum antiquitas. not. ult. C. de testam.* & ibi Petr. Gilken. *n. 12.* Gabriel. *d. concl. 3. n. 32.* Menoch. *lib. 2. de arb. judic. quæst. 114. n. 5.* Mascard. *de probat. concl. 1294. n. 25.* Vasq. *de success. creat. §. 14. n. 81.* Scacc. *lib. 7. de judic. cap. 11. n. 555.* Nic. de Passerib. *lib. de priv. script. quæst. 3. n. 128.* Herm. Mejer. *lib. de success. testam. tit. 1. n. 15.*

88 *Limitatur* † hoc commune Dd. dictum in arduis. Nam in his consultius est, ut testes subscribant, uti diximus *Rubr. seq.*

Conclusio Octava.

89 *Transactores † & Mediatores suâ subscriptione non præjudicant principalibus, nisi & ipsimet subscripserint, vel aliter approbarint.*

per text. in cap. 2. de fid. instr. & in l. scripturas. 11. C. Qui potior. in pign. hab. Matth. Wesemb. *conf. 70. n. 4. & conf. 106. quæst. 1. n. 20. & 21.* Henning. Goden. *conf. 7. de pract. rer. feud. n. 1.*

Con-

Conclusio Nona.

Legati † juxta mores Gentium nunc subscribunt litteris, nunc eas sigillant, quandoque utrumque, vel neutrum, juxta suæ Gentis morem observant. 90

De Tiberio Imp. legimus, eum litteras Rhodiorum, in quibus subscriptio omissa erat, tanquam ineptas & invalidas remisisse, cum eos Romano jure, cui tùm temporis Rhodij subjecti, scribere ac signare oporteret. Sueton. *in Tiber. cap. 32.* Moribus igitur perpetuò legatus vivet, ita, ut si subscriptionis quidem, non autem anuli signatorij jus & usum noverit, cogi ad alterius regni mores & instituta non possit: quemadmodum neque ad legati mores & consuetudines, civilesq; Constitutiones adigi observandas in fœderibus & pactis ineundis ille potest, ad quem legatus missus. Tartari suis moribus & Consuetudinibus in litterarum suarum consignationibus utuntur, non Polonicis, quando cum Polono legationum commercia & publica negotia tractant: ita vicissim Polonus suis, non Tartarorum moribus & Sigillum & ceram & subsignationem litterarum suarum Tartaro dandam instituit. Kirchner. *lib. 2 de Jur. Legat. cap. 8. n. 100. & seqq.*

V.

Quæ † scriptura, & in quibus causis, quo Ordine, quave formâ subscriptionem exigat, vel non? 91

Conclusio Prima.

Sigillum † non sufficit, ubi specialis designatio, vel scriptura, aut subscriptio pro forma (veluti in testamentis, in quibus de magno agitur præjudicio. *l. fin. C. de fideicom.*) *requiritur.* Sive: *Sigillum non sufficit, ubi necessaria est subscriptio, quantumvis aliàs æquis passibus ambulare, ac ejusdem virtutis esse videantur.* 92

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus.

L. ad testium. 22. §. si quis. D. de testam. ubi Bart. Alexand. *in*

l. quæ dotis. 34. n. 38. & ibid. Jaſon. *D. Sol. matr.* Decius *in cap. 2. Extr. de fid. inſtr.* Natta *in auth. quod ſine. quaſt. pen. C. de teſtam.* Cravett. *de antiq. temp. part. 1. part. prin. 4. §. quæritur. num. 44.* Ant. Sola *ad Conſtit. Sabaud. antiq. Rubr. de Donat. vend. Gloſſ. part. n. 5. 6.* Scacc. *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 1162.* Menoch. *lib. 2. præſ. 57. n. 37. verſ. diſtinguit. & lib. 2. de arb. jud. quæſt. 113. n. 11.* Nicol. Everhard. *tract. de fid. inſtr. cap. 12. n. 63.*

In Conſilijs & Reſponſis:

Ludov. Roman. *conſ. 303. per l. cum antiquitas. §. fin. C. de teſtam.* Matt. Weſemb. *conſ. 90. n. 9. conſ. 130. n. 24.* Farinac. *d. conſ. 60. n. 113.* Cothman. *reſp. 29. n. 102. vol. 1.*

In Deciſionibus, Obſervationibus & Quæſtionibus.

Mart. Monter. *deciſ. Aragon. 12. n. 18. & 23.* Joan. Koppen. *deciſ. 45. n. 33. part. 1.* Hart. Piſtor. *obſ. ſing. 130. num. 6.* Hieron. Pantſchman. *lib. 2. quæſt. 1. n. 22.* Surd. *deciſ. 137. n. 4. & 5.* Marta Neapol. *Digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. Sigillum. cap. 10.*

93 Hinc † *Infertur* I. quòd cum in Edicto aliquo Sigillum Judicaturæ pro forma requiratur, loco illius ſubſcriptio Ju-
94 dicis non ſuppleat: *tùm,* † quòd eadem contrariorum ſit diſciplina: *arg. l. 1. in prin. D. de his, qui ſui vel alien. jur.* Zaſius *ad l. ubi autem. §. ſi ſibi iudicium. num. 10. D. de condict. ob turp. cauſ. & ad Rub. D. de acq. & amitt. poſſ. n. 1. & ſeq.* Surd. *conſ. 1. n. 92.* Decian. *reſp. 2. n. 84. vol. 1. reſp. 12. n. 22. vol. 2. & reſp. 106. n. 35.*
95 *vol. 3. tùm,* † quòd pro forma aliquid requiratur, quando ſtatutum ulteriùs progreditur, annullando actum formâ non ſervatâ. poſt Jaſon. *in l. cum his. D. de tranſ. & l. 1. D. de lib. & poſth. ac l. non dubium. C. de LL.* Anton. Sola. *d. Rubr. de Donat. vend. Gloſſ. 1. part. 5. n. 6.*
96 *Infertur* II. † Quòd ubi apparet Sigillum eſſe Titij, non tamen appareat Titium impreſſiſſe, præter Sigillum etiam ſubſcriptio exigitur. *l. ad teſtium. 22. §. ſi quis. D. de teſtam.* atque ita non solùm *d. §. ſi quis.* ſed & Bart. *in prin. Digeſt.* intelligit Alex. ab Imola. *ad l. quæ dotis. n. 38. D. Solut. matr.*

Infer-

Infertur III. † Quòd casu, quo Sigillum solùm pro inducendo sigillantis consensu necessarium est,& de eo quæritur, certum sit, eum planè ex illius appositione colligi posse; secus ubi subscriptio non ad consentiendum, sed ad solennizandum actum,& removendam suspicionem, ac comprobandam scripturæ fidem, requiritur Surd. *decis. 137. n. 4. 5.* 97

Alterum † Conclusionis Membrum hanc habet Regulam, quòd in alijs actibus & instrumentis non requiratur talis subscriptio partium, vel testium de Lege communi, cum non requiratur expressum. *Nov. 1. cap. 1.* §. *1. vers. si verò absunt. & ibi Gloss. Nov. 73. cap. sed & si instrumenta 5.* & ibi Gloss. & Dd. commun. Ant. Gometz. *ad l. Tauri 3. n. 30.* Hinc illa est Dd. theorica & Practicorum Brocardica. *Subscriptio nunquam est necessaria, nisi in casibus à jure expressis,* juxta doctrinam Innocent. *in cap. 1. Ext. De his, quæ fiunt à Prælat. & in cap. cum dilecto de fid. instr.* & ibi Panorm. & Dd. comm. Anton. Gometz. *ad d. l. Tauri 3. n. 30.* ubi plures citat. Conf. suprà *n. 27.* 98

Conclusio Secunda.

Quamvis † testamentum solenne non aliter subsistat, quàm si subscripserint & sigillarint testes cum testatore uno contextu: (per superiùs *Rub. III. Divisio n. 34.* pleniùs dicta) *attamen in Contractibus & alijs Actibus ad probationem saltem scripturam requirentibus, ex intervallo & alio quocunq; loco subscriptionem subsecutam, sufficit, pariaque in his, quoad approbationem sunt subscribere, vel sigillare.* 99

Jacob. Mandell. *consil. 391. in fin. vol. 2.* M. Wesemb. *cons. 130. n. 23. & 24. per ibi relat. vol. 3.*

Ampliatur † In testamento nuncupativo, utpote scripturæ haud indigo, tradente Nicol. Reusner. *cons. 17. n. 91. vol. 1.* 100
Nam † licet maximè redigatur in scripturam, nihilominus propter expressam heredis nuncupationem tale manet,& tantùm ad probationem scriptura adhiberi censetur, illaque cum rogitu Notarij facta planè probat. 101

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Joan. Dauth. *de testam. n. 124.* Herm. Mejer. *lib. 3. de success. test. tit. 2. n. 8. & tit. 3. n. 1. ac 8. & tit. 4. n. 6.*

In Consilijs & Quæstionibus:

Zasius *conf. 2. n. 26. lib. 1.* post Bald. & Signorol. Ludov. Lana. JC. Brixiens. *post Enchirid. de testam. form.. cons. 1. n. 48.* Grass. *§. testamentum. quæst. 10. n. 3.*

102 *Limitatur*, † quando scriptura requiritur pro forma ipsius actus, quia tunc non sufficit subscriptio. Gabriel. *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 3. n. 31. & 32.* ubi tamen docet hanc limitationem controversam esse.

Conclusio Tertia.

103 *Legatum † invalidum est, quod scriptor testamenti sibi adscripsit: nisi in subscriptione suâ specialiter testator approbarit.*

Gabriel. *lib. 1. com. conclus. tit. de præsumpt. concl. 3. n. 5.* Argentor. *cons. 20. n. 38. vol. 2.*

Conclusio Quarta.

104 *In alienatione † rerum Ecclesiæ subscriptio omninò est necessaria.*

Sic de usu, stylo & Consuetudine, in arduis, præsertim in donationibus, subscriptiones nedum ipsius Papæ, verùm etiam Cardinalium, necessariæ sunt, & si his careant, de falso suspectæ erunt. Ant. Scappus *lib. 1. De Jur. non script. cap. 37. n. 3.* Conf. suprà *cap. 7. vers. III. Contractus n. 14. & 15. & infrà hic Rubr. VI. Fines, Effectus, concl. 4. vers. Limitatur prædicta conclusio, n. 192.*

Conclusio Quinta.

105 *In † Protectionis litteris subscriptio partium præcisè necessaria non est, sed sigillatio sufficit, etiamsi subscriptio desit.*

cap. inter dilectos. de fid. instr. cap. post cessionem ubi Dd. de probat. Bald. *in cap. 2. de fid. instr.* Purpurat. *in l. 1. n. 91. D. de off. ejus, cui mand. est jurisd.* Phil. Portius *conf. 95. n. 15.* Mart. Mager. *de*
106 *Advoc. armat. cap. 14. n. 49.* Ratio † est, quòd paria sint scribere contractum, aut subscribere, aut sigillare, per ea, quæ dicta sunt infrà *d. Rubr. VI. Fines, Effectus. Conclus. 2. num. 135. cum seqq.*

107 **Notanda † tamen hic generalis Cautela: Securius & Consultius semper fore, ut sigillationi etiam subscriptio accedat,** quo-

quoniam ex ſubſcriptione certior eorum voluntas ſumitur, qui ſimul & ſigillarunt & ſubſcripſerunt. *l. fin.* §. *ſubſcriptionem. C. de Jur. delib. l. Emptor.* §. *Lucius D. de pactis. l. Cajus. de pign. act.* Bald. & Salicet. *in l. ſi qua 21. C. de Epiſcop. & cler.* Mart. Mager. *d. cap. 14. n. 49.*

Concluſio Sexta,

In Mandato (veluti Comiſſionis) ſubſcriptio & ſigillum requirũtur. 108
Vant. *de nullit. ex defect. mandat. n. 139.* Berlich. *deciſ. 54. per tot. part. 1. & pract. concl. 14. n. 73. & ſeqq. part. 1.* Rulant. *de Commiſſ. part. 1. lib. 5. cap. 8. n. 7.* ubi inſuper diſquirit, an † hoc caſu alieno ſigillo uti liceat? Et putat uti licere, dummodo propriâ ſe ſubſcribat manu. Cum enim in actu ſolennitates ſummas requirenti, teſtamenti ſcilicet confectione, id liberum relinquatur, §. *poſſunt 4.* & ibi præ cæteris Fichard. *n. 2. Inſt. de teſtam.* certè & hic idem concedendum. Demum addit Rulant. *d. loc.* Velle tamen alios, adſcribi tum debere, quare ſuo ſigillo non utatur & de hoc ambiguis votis diſputatum in cauſa Gottſchalcken von Zülen/ contra Herrn Hertzog Frantzen zu Sachſen Lawenburg. Quid † verò ſi quis ſcribere ignorat? Non ſufficit, ſi præter ſigillum ſuum etiam crucem manu ſuâ apponat, vel etiam literas initiales ſui nominis & cognominis adſcribat; ſed requiritur, ut Mandatum, vel per Notarium ſubſcribatur; vel judicialiter per Judicem, Magiſtrumve Actorum conficiatur: vel Procurator apud acta conſtituatur, per Dd. ad ſingula membra citatos à Berlich. *d. concl. 14. n. 78. uſq. ad n. 83.*

109

110

Declaratur † tamen hæc Concluſio, quòd in Mandatis Principum, Epiſcoporum, Abbatum, vel alterius magni Magiſtratus, vel Capituli, ſigillum & manus Conſtituentis ſimul non requiratur, ſed ſufficiat ſolum ſigillum ſolitum, ſine ſubſcriptione, aut coram Notario publico factum, Vant. *d. loc. n. 138.* vel ſigillo alicujus Ordinarij Judicis corroboratum. Jd. Vant. *ibid. n. 139.* quem ſequitur Rulant. *d. cap. 8. n. 7.* Berlich. *d. part. 1. concl. 14. n. 83. & 90.* per plurimos ibidem adductos. 111

Extenditur † etiam ad Mandata Comitum, Civitatum & Univerſitatum: niſi Statutis locorũ aliud ſit cautum, ut videlicet 112

Secre-

Secretarius, vel similis Officialis; Consules; Senatus; Tribuni plebis Syndicusve subscribat. Berlich. *d. concl. 14. n. 84. usq; ad n. 90.* ubi de singulis, per ibid. citatos fusiùs, accuratiùs videri poterit.

Conclusio Septima.

113 *In publicis † instrumentis sufficit sola descriptio Nominum, nec subscriptio testium insuper requiritur.*

Ita Dd. in Tractatibus, & Paratitulis.

Sigismund. Scacc. *lib. 2. de judic. cap. 11. n. 1089.* Franc. Caldas *de Emptione cap. 6. n. 12.* M. Wesemb. *in π. D. de fid. instr. n. 5. post prin. vers. An autem.*

In Consilijs, Quæstionibus & Opinionibus.

Roland. à Valle *cons. 2. n. 140. vol. 1.* M. Wesemb. *cons. 204. n. 74.* Covarr. *pract. quæst. 20. n. 4. tom. 2.* Franc. Vivius *com. opin. 940. num. 1.*

114 Ratio † est, quia subscriptio testium in Instrumentis Notariorum supervacua est, nec etiam ad subscribendum de jure cogi possunt. Mart. Neapol. *part. 3. Digest. noviss. tit. Instrumentum cap. 57.* Ant. Capyc. *decis. Neapol. 29. per tot.*

115 *Limitatur* † In arduis negotijs, in quibus consultius est, ut subscribant testes, quamvis aliàs regulariter subscriptio remissa sit. Honthem. *lib. 2. de art. Notar. cap. 16. n. 8. & seqq.* ubi rationem ejus adducit. Mart. Mager. *de advoc. armat. cap. 14. n. 49.*

116 Pleniùs † de hac Conclus. suprà *Rub. 11. Definitio. vers. Hinc quæritur, n. 17. & seq.* ubi adductorum casuum ampl. & limitat. suggessimus.

Conclusio Octava.

117 *Litteræ † Judicis, alteriusve cujuscunq; personæ publicæ, quantumvis publicum sigillum habeant, nullam tamen fidem faciunt, nisi ab eo ipso, cujus nomen præ se ferunt, subsignatæ sint, aut ab amanuensi ejus, Secretario, aliove subsignandi mandatum habente & potestatem.*

Ita post Guid. Papæ *decis. 175.* sæpiùs judicasse scribit Ant.
118 Faber *in Codic. lib. 4. tit. 14. defin. 20.* hanc addens rationem † quòd sigil-

ſigillum poſſit adhiberi fraude interdum conquiſita. *l. 2. C. de reb. alien. non alien. l. ult. C. Plus valer. quod agit.*

Concluſio Nona.

Litteræ † privatæ abſq; ſubſcriptione teſtium & Notariorum non probant: ſed ſuſpectæ redduntur. 119

Steph. Bertrand. *conſ. 11. vol. 1.* Curt. *in l. admonendi D. de jurej. per cap. 2. de fid. inſtr.* & faciunt *l. ſcripturas 11. C. qui potior. in pign. hab. l. comparationes.* & quæ ibi notantur. *C. de probat.* Rulant. *de Commiſſ. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4. in fin.* ubi hoc † addit, 120 ſi tamen hæ litteræ ſint ſubſcriptæ, etiam contra heredes probare. *l. Publia. §. fin. D. Depoſ. l. Lucius D. de Conſtit. pecun.*

Concluſio Decima.

Ordo † qui in ſigillando, idem & in ſubſcribendo ſervandus eſt. 121

Videatur ſuprà *cap. 8. in fine*, ubi de hac Concluſione ex profeſſo egimus.

Concluſio Undecima.

Forma † ſubſcriptionis ratione Perſonarum & cauſarum diverſa eſt. 122

Etenim his, quaſi ſolennibus verbis, ſigilla veterum etiam Impp. litteris apponebantur: *Sigilli vel Annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus:* Vel, ut Caroli Magni ſtylus fuiſſe legitur: De Annulo noſtro ſigillari præcepimus. Kirchner. *lib. 4. de Off. & dignit. Cancell. cap. 2. n. 63. & 64. & cap. 3. per tot.* Alias variarum rerum & cauſarum formulas hîc recolligere nimis longum foret, propterea Lectorem ad Barnab. Briſſon. *comm. de formul. & ſolennibus Rom. verbis.* remittimus.

Concluſio Duodecima.

Stylus † ſcribendi & ſubſcribendi ſervandus eſt. 123

l. Labeo. D. de Statu lib. l. quam gravi Ext. de crim. falſ. Bart. *in l. Juriſperitus. D. de Excuſ. tut.* Sic in univerſum inter Nobiles, non modò in Germania, ſed etiam alibi pro ſtylo eſt, ut cognomen familiæ ac deſcendentiæ ſuæ ſcribant & ſubſcribant, per præpoſitionem à vel de von N. &c. Qui ſtylus † licet aliàs 124

Secretarius, vel similis Officialis; Consules; Senatus; Tribuni plebis Syndicusve subscribat. Berlich. *d. concl. 14. n. 84. usq. ad n. 90.* ubi de singulis, per ibid. citatos fusiùs, accuratiùs videri poterit.

Conclusio Septima.

113 *In publicis † instrumentis sufficit sola descriptio Nominum, nec subscriptio testium insuper requiritur.*

Ita Dd. in Tractatibus, & Paratitulis.

Sigismund. Scacc. *lib. 2. de judic. cap. 11. n. 1089.* Franc. Caldas *de Emptione cap. 6. n. 12.* M. Wesemb. *in ϖ. D. de fid. instr. n. 5. post prin. vers. An autem.*

In Consilijs, Quæstionibus & Opinionibus.

Roland. à Valle *cons. 2. n. 140. vol. 1.* M. Wesemb. *cons. 204. n. 74.* Covarr. *pract. quæst. 20. n. 4. tom. 2.* Franc. Vivius *com. opin. 940. num. 1.*

114 Ratio † est, quia subscriptio testium in Instrumentis Notariorum supervacua est, nec etiam ad subscribendum de jure cogi possunt. Mart. Neapol. *part. 3. Digest. noviss. tit. Instrumentum cap. 57.* Ant. Capyc. *decis. Neapol. 29. per tot.*

115 *Limitatur* † In arduis negotijs, in quibus consultius est, ut subscribant testes, quamvis aliàs regulariter subscriptio remissa sit. Honthem. *lib. 2. de art. Notar. cap. 16. n. 8. & seqq.* ubi rationem ejus adducit. Mart. Mager. *de advoc. armat. cap. 14. n. 49.*

116 Pleniùs † de hac Conclus. suprà *Rub. 11. Definitio. vers. Hinc quæritur. n. 17. & seq.* ubi adductorum casuum ampl. & limitat. suggessimus.

Conclusio Octava.

117 *Litteræ † Judicis, alteriusve cujuscunq. personæ publicæ, quantumvis publicum sigillum habeant, nullam tamen fidem faciunt, nisi ab eo ipso, cujus nomen præ se ferunt, subsignatæ sint, aut ab amanuensi ejus, Secretario, aliove subsignandi mandatum habente & potestatem.*

Ita post Guid. Papæ *decis. 175.* sæpiùs judicasse scribit Ant.

118 Faber *in Codic. lib. 4. tit. 14. defin. 20.* hanc addens rationem † quòd sigil-

sigillum possit adhiberi fraude interdum conquisita. *l. 2. C. de reb. alien. non alien. l. ult. C. Plus valer. quod agit.*

Conclusio Nona.

Litteræ † privatæ absq; subscriptione testium & Notariorum non probant: sed suspectæ redduntur. 119

Steph. Bertrand. *cons. 11. vol. 1.* Curt. *in l. admonendi D. de jurej. per cap. 2. de fid. instr.* & faciunt *l. scripturas 11. C. qui potior. in pign. hab. l. comparationes.* & quæ ibi notantur. *C. de probat.* Rulant: *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4. in fin.* ubi hoc † addit, 120 si tamen hæ litteræ sint subscriptæ, etiam contra heredes probare. *l. Publia. §. fin. D. Depos. l. Lucius D. de Constit. pecun.*

Conclusio Decima.

Ordo † qui in sigillando, idem & in subscribendo servandus est. 121

Videatur suprà *cap. 8. in fine*, ubi de hac Conclusione ex professo egimus.

Conclusio Undecima.

Forma † subscriptionis ratione Personarum & causarum diversa est. 122

Etenim his, quasi solennibus verbis, sigilla veterum etiam Impp. litteris apponebantur: *Sigilli vel Annuli nostri impressione signari jussimus:* Vel, ut Caroli Magni stylus fuisse legitur: De Annulo nostro sigillari præcepimus. Kirchner. *lib. 4. de Off. & dignit. Cancell. cap. 2. n. 63. & 64. & cap. 3. per tot.* Alias variarum rerum & causarum formulas hic recolligere nimis longum foret, propterea Lectorem ad Barnab. Brisson. *comm. de formul. & solennibus Rom. verbis.* remittimus.

Conclusio Duodecima.

Stylus † scribendi & subscribendi servandus est. 123

l. Labeo. D. de Statu lib. l. quam gravi Ext. de crim. fals. Bart. *in l. Jurisperitus. D. de Excus. tut.* Sic in universum inter Nobiles, non modò in Germania, sed etiam alibi pro stylo est, ut cognomen familiæ ac descendentiæ suæ scribant & subscribant, per præpositionem à vel de von N. &c. Qui stylus † licet aliàs 124

Nnn non

non præsumatur, sed probetur, tamen cum Universalis sit & notorius, nulla requiritur probatio, sed eum allegare sufficit, post Dd. à se relatos Georg. Everhard. *cons. 51. n. 51. & 52. vol. 1.*

VI.

Fines: Effectus: Defectus: Pœna.

125 Quoniam † non semper credendum est subscriptionibus propter Exempla, quibus ostenditur, quosdam aliorum manus imitatos & sigilla intercepisse & fabricasse, utpote Nobilibus à Kroningen & Nobili à Rittnaw / per Judæos obtigisse testatur Mart. Mager. *tract. de Advocat. armat. cap. 9. n. 84.* ubi insuper ad hoc ex Stumpfio *lib. 7. hist. Helvet.* & Cujac. *tract. de præscript. cap. 31.* instrumentorum confictorum exempla alia adducit, & ad hoc faciunt annotata ab Ant. Hering. *tract. de fidejuss. cap. 11. n.*
126 *103.* Ideò † quò rectiùs Fines, Effectus, Defectus & Pœna negantium propriam scripturam, cognosci queant, sic habendum.

Fines, Effectus.

Conclusio Prima.

127 *Præcipuè † subscriptio rei gestæ fidem facit.*

l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. d. V. O. l. si non subscripsi-
128 *sti 15. C. de admin. tut.* Hinc dici consuevit per regulam: Sigillo † non creditur sine subscriptione: ideoque simul requiruntur, nec sigillum sine subscriptione operatur, *arg. l. ad testium 22. §. si testibus. D. de testam.* post Bart. & Bald. Franc. Marc. *decis. Delph. quæst. 992. n. 7. part. 1.* Thoming. *cons. 12. n. 48. vol. 1.* Chil. König *part. 2. process. cap. 39. in med. Tum,* quia sigillum per se
129 nihil loquitur, nisi cum subscriptione partium: *tum,* quia † notoria & abusiva repræsentatio plerumque falsa est & incerta. Franc. Marc. *d. loc.* M. Wesemb. *cons. 131. n. 5.*

130 *Ampliatur,* † quòd hac potissimum de causa etiam Episcopi, vel ejus Vicarij, Principis, ejusve Cancellarij subscriptio adesse

adesse debeat, nec ad fidem faciendam indistinctè signum & sigillum sufficere,ne aliàs facilè falsum fingatur. *l. 2. C. de reb. alien. non alien.* Ant. Faber. *in Codic. lib. 4. tit. 14. defin. 11. n. 4. & 5. in not. & defin. 20.* Guid. Papæ *decis. Grationop. 175. n. 1. & defin. 481. n. 1.* Marta Neapol. *part. 1. Digest. noviss. tit. Probatio cap. 22.* Sanè
† sigilli appensio ambiguum incertumque symbolum plerum- 131
que continet, cum specialis appensionis causa non exprimitur. Chassan. *in fin. comm. ad cons. Burgund. in verb. Auons faict n. 4.* Panorm. *in cap. 2. de fid instr.* Est enim modò pro confirmatione, modò pro consensu, modò pro auctoritate, & plerumque pro declaratione enixæ voluntatis: ut nulla sit justa occasio inde latitantis,& occultæ voluntatis, quæ à jure communi recedat,& in exorbitans aliquod deflectat, faciendi collectionem: cum in
† universum id velle Princeps, nisi evidentissimè exprimat, 132
non præsumatur. *l. 1. D. Ne quid in loc. publ. & ibi Dd.* Alex. *cons. 66. vol. 1.* Joan. Wames. *cons. 1. num. 25. & 26. cent. 1.* Conf. suprà *cap. 4. in fin. §. 11. & cap. 10. §. 2. per tot.*

Declaratur † hæc Conclusio I. Non tamen facere subscri- 133
ptionem, quo minus falsum committi possit. *l. ult. C. Plus valere quod agit.* Faber. *d. loc.*

Declaratur II. † Nisi aliter Episcopus sit observare soli- 134
tus, ut scilicet per Secretarium subscribat. Faber *d. loc. defin. 11.*

Conclusio Secunda.

A pari † procedunt, sive æquipollent & eandem vim habent 135
scriptio, subscriptio & consignatio, sive sigillatio, maximè in publicis.

l. sicut. §. non videtur. vers. Sed si subscripserit. D. Quibus mod. pign. vel hypoth. solv. emptor. §. Lucius. D. de pact. l. 2. §. conquisita. C. de rebus alien. non alien: l. plures. l. contractus ibi: subscriptione partium confirmata. *C. de fid. instrum. l. Tribunus. §. 1. D. de testament. milit. §. 1. verbo: subscripta. Inst. de Empt. vend. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus.* ubi Jason. *num. 11.*

Zasius *n. 3. D. de Verb. oblig. l. si quis ex argentarijs. §. 1. D. de Edend. l. si per Epistolam. vers. subscriptam. D. de acq. hered. Auth. quod sine C. de testam. cap. si quis presbyterorum. Ext. de reb. Eccl. non alien.*

136 Aliàs † ita formatur hæc Conclusio: Litteræ & sigilla æquiparantur: ita, ut dispositum de litteris, etiam de sigillis dispositum intelligatur. *text. in cap. 2. ibi:* aut litteras alicui, seu si-
137 gilla concedentes. *Ext. de solut.* ponderando dictionem † *seu, sicut*, cujus dictionis disjunctivæ ea natura est, quòd ponatur inter illa, quæ sunt ejusdem naturæ, conditionis & qualitatis, sive quæ sunt æquiparata. *l. 1. & ibi Bart. & Dd. D. de reb. dub.* Schurpf. *cons. 67. n. 4. cent. 2.*

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Hipp. de Marsil. *in repet. Rub. C. de probat. n. 300.* Petr. Rebuff. *ad Constit. reg. tract. de Chirogr. recogn. in præfat. n. 50. tom. 1.* Scacc. *lib. 2. de Judic. cap. 11. n. 546. & seqq. ac tract. de Commerc. §. 2. Gloss. 10. n. 1. ac §. 7. Gloss. 2. n. 2.* Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.* post Mascard. *de prob. concl. 49. n. 2.*

In Consilijs & Responsis.

Ludov. Roman. *cons. 303. n. 2.* & ibi Horat. Mandos. *in addit.* Jo. Cephal. *cons. 272. n. 85. vol. 2.* Carol. Ruin. *cons. 22. n. 4. vol. 4.* Fran. Bursat. *cons. 39. n. 26.* Matth. Wesemb. *cons. 12. n. 10. cons. 78. n. 3. cons. 131. n. 4. cons. 136. n. 59. cons. 218. n. 42. & cons. 238. n. 12.* Petr. Wesemb. *cons. 13. n. 31.* Pfeil. *cons. 39. n. 1.* Joann. Goedd. *cons. Marp. 28. n. 13. 21. 22. & 23. vol. 1.* Philipp. Matth. *cons. Marp. 32. n. 16. 17. & 18. vol. 1.* Vultej. *cons. 18. n. 79. & 80. ac cons. 34. n. 78. & seq. vol. 3.* Fichard. *cons. 4. n. 2. tom. 2.* Andr. Fachin. *cons. 56. n. 4. lib. 1.* Schrad. *cons. 32. n. 7. & 17.* Nicol. Reusner. *cons. 27. n. 51. lib. 3.* Joan. Wames. *cons. 23. n. 8. cent. 4.*

In Decisionibus.

Guid. Papæ *decis. Grationop. 175.* Octav. Cacher. *decis. Pedemont. 36. n. 3.* Franc. Vivius *decis. 54. n. 1.* Surd. *decis. 137. n. 1. & 3. in fin.* ubi de sigillo privato.

Ratio

Ratio † Conclusionis est, quòd ubi constat de Sigillo, sub- 138
scriptionem necessariam non esse, nisi aliud Consuetudine, vel Legibus institutum fuerit, post Felin. Decium, Alex. Rebuff. & alios Covarr. *pract. quæst. cap. 22. n. fin. tom. 2.*

Ampliatur I. † Etiam in privatis scripturis, post Jacob. Me- 139
noch. *de arb. jud. quæst. cas. 113.* Surd. *decis. Mantuan. 137. n. 3.* Bursat. *cons. 123. n. 22.* dicens, quòd privata corniola plus habeat auctoritatis, quàm publicum Sigillum. Mart. Mager. *de advoc. armat. cap. 14. n. 48. & 50.*

Nam † in privata scriptura tantum operatur partis sim- 140
plex subscriptio (dato, quòd alius schedulam scripserit) quantum, si utrumque scripsisset, probatque contra eum. *l. scripturas. 11. ibi:* ipsorum autem subscriptiones. *C. Qui potior in pign.* Joach. à Beust. *ad l. admonendi. n. 947. de jurejur.* Sichard. *in d. l. scriptura. n. 9.* Pantschman. *lib. 2. pract. quæst. 1. n. 5.* Joan. Rüdinger. *cent. 4. obs. 29. n. 1.* Wehner. *pract. obs. voc.* Blanckét. Tusch. *pract. concl. 239. n. 5. lit. S.* & quidem æquè firmiter, ac si Sigillo debitoris sigillata esset. Roman. *cons. 303. in prin.* Alex. *cons. 147. n. 6. & seq. ubi de magis communi. lib. 2.* Tusch. *d. concl. 239. n. 5.* Mager. *d. cap. 14. n. 47.* Ideoque † receptum est, Sigillum perinde præ- 141
judicare & nocere sigillanti ejusque heredibus, sicut scriptura scribenti, ejusque heredibus nocet & præjudicat, post Goden. *cons. fin. n. 11. & seqq.* Sichard. *cons. 32. n. 18.* Hinc † dici consue- 142
vit; subscriptionem unam, & sigillationem unam auctorizare mille contractus, post Alex. *d. cons. 147. n. 7. lib. 2.* Tusch. *d. concl. 239. n. 9.* & subscriptum alicui instrumento perinde haberi, ac si omnia præcedentia scripsisset: sive † subscribere & totum in- 143
strumentum scribere, sive describere idem, cum hæc pro uno & eodem habeantur. *d. l. sicut. §. non videtur ibi:* sed si subscripserit, fortè in tabulis consensisse videtur. *D. Quib. mod. pig. solv.* Steph. Bertrand. *cons. 59. n. 1. vol. 1. part. 2.* Hart. Pistor. *obs. sing. 173. n. 43.* Pet. Gilken. *ad l. si mutuæ. 14. C. Si cert. pet. n. 4. in fin. & n. 5. per ibi relat.* Georg. Everhard. *cons. 69. n. 23. vol. 1.* Surd. *decis. 265. n. 26.* Herc. Marescott. *lib. 1. var. resol. cap. 79. num. 10.*

Ludolph. Schrad. *conf.32.n.10. & seqq.* Joan. Petr. Fontanell. *de pact. nupt. clauf.6. Gloss.3. part.7.n.2.*

144 *Ampliatur* II. † In quovis actu subscriptionem partium exigente, ita, ut loco illius possit sigillari. post Roman. *d. conf.303.* & Cravett. *de antiq. temp. part. 1. prin. part. 4. §. quaeritur etiam.n. 44.* Sola *ad Constit. Sabaud. antiq. Rubr. Donatio, venditio &c. Gloss. part.5.n.6.* Trentacinus. *lib. 2. tit. de fid. instr. resol. 12. n. 6.*

145 Sigillum † enim plus operatur, quàm subscriptio, nec alia per testes, aut literarum comparationem requiritur probatio; sed tota vis in approbanda Sigilli veritate subsistit. post Purpurat. & Cravett. Schrad. *conf.32. n.7.*

146 *Limitatur*, † Nisi subscriptio vel sigillatio pro forma requiratur, uti dictum est supra *Rubr. Quæ scriptura &c. V. Concl.1.n.92.*

147 *Ampliatur* III. † In Instrumentorum Executionibus. Nam parata Executio instrumentorum contra scribentem ex Statuto, extenditur etiam ad subscribentem debitorem. Gabriel. *lib. 1. tit. de praesumpt. concl.3.n.7.* Joan. Afin. *tract. de Execut. §.1. cap.64. per tot.* Bursat. *conf.39.n.24.* Nic. Everhard. Jun. *conf.13.n.49. vol.1.* Joan. Bolognet. *in Auth. Si quis in aliquo. n.16. & 17. C. de Edend.* ubi distinguit, casumque pœnæ scribenti impositæ per Statutum excipit, eumque ad subscribentem extendi negat. Seraph. de Seraphin. *de privil. juram.77.n.15. & 16. per ibi alleg.*

148 *Extenditur* † hæc ampliatio, ut, vigore talis instrumenti, creditor nō solùm habeat executionem quoad debitum principale, quod expressè & directè in instrumento continetur, sed etiam quoad interesse, post Felin. *in cap. translato. de Constit.* Tessaur. *decis. Pedem.129.n.10.* Seraph. de Seraph. *d. privil.77.n.16.*

149 *Limitatur* I. superior Conclusio, † quòd licet in Contractibus paria sint subscribere vel sigillare quoad approbationē:

150 Roman. *conf.303.n.1. & 2.* tamē † in ultimis voluntatibus, cum utrumque quoad formam & solennitatem requiratur, alterutrum sufficere non potest. Matt. Wesemb. *conf. 130. n.24. vol. 3. per text. & Dd. ibid. relat.*

151 *Limitatur* II. † In Signo Ordinato, quale etiam est Sigillum. Roman. *conf.303. in fin.* ubi in terminis vult Sigillum subscri-

ptioni

ptioni æquipollere, quia non æquè ſufficienter removeatur ſuſpicio per ſignum, ac per ſubſcriptionem. Signum † enim 152
faciliùs imitari, & ab alio fieri poteſt, quàm ſubſcriptio, præcipuè in ſigno, quod penna & atramento fit ab homine literarum ignaro. Conf. *cap. ſeq. n. 26.* Nam † ſubſcribens conſenti- 153
re videtur, poſt Bart. Felin. Caſtrenſ. Purpur. & Pariſ. Joan. Petr. Surd. *deciſ. 135. n. 2. & 3.*

Concluſio Tertia.

Ut † Sigillando exprimitur Conſenſus & ratificatio apponentis: ita 154
& ſubſcribendo.

Dd. noſtri hoc modo in Tractatibus & Cōcluſionibus: Speculat. *lib. 2. tit. de probat. §. Videndum. 3. n. 18.* Dom. Card. Tuſch. *pract. concl. 239. n. 8. lit. S.* Conf. ſuprà *cap. 10. §. 2. Fines n. 53. & ſeqq.*

In Conſilijs & Reſponſis:

Schurpf. *conſ. 17. n. 11. & 13. cent. 1.* Mynſing. *reſp. 3. n. 23. 24. & 25. decad. 11. cent. 2.* M. Weſemb. *conſ. 12. n. 11. conſ. 78. n. 1. & conſ. 131. n. 3. ac conſ. 327. n. 3. & ſeqq.* Camill. Borell. *conſ. 40. n. 41. & conſ. 44. n. 13. & ſeqq.* Nicol. Reuſner. *conſ. 27. n. 50. & 52. lib. 3.* Erneſt. Coth. *reſp. 34. n. 29. & 46. vol. 4.*

In Deciſionibus & Communibus Opinionibus.

Surd. *deciſ. Mantuan. 137. n. 3. & 4.* Vivius *comm. opin. 387. n. 5.*

Cum † enim idem operetur Sigillum, quod ſubſcriptio, 155
Georg. Everhard. *conſ. 51. n. 8. vol. 1. per ibi relat.* Tabulas † ſubſcri- 156
bens, easq; ſigillans, fateri eas & comprobare cenſetur. *text. in cap. 2. verbo, Sigillorum ſuorum. De Offic. Ordin. in 6. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. D. de Edend. cum ſimilib.* poſt Bart. & Bald. Martin. Mager *d. tract. cap. 9. n. 86.* nec contentorum ignorantiam ullo modo allegare poteſt: multo minus, quòd eas non viderit, legeritve;
quoniam † ex certa ſcientia ſubſcribens, cenſetur validam eſſe 157
voluiſſe ſcripturam, ac ſi vidiſſet & legiſſet, cum per eum ſteterit, quo minus legeret. Latè Caſtrenſ. *conſ. 216. vol. 1.* Cravett. *conſ. 25. n. 13.* Maſcard. *concl. 382. vol. 1.* Vivius *d. loc. n. 6.* Conf. *concluſ. ſeq. 4. per tot.*

Amplia-

158 *Ampliatur* I. † usque adeò veram esse conclusionem hanc, ut si tabulas impugnare quis velit, asserendo se fuisse deceptū, juxta *l. fin. C. Plus valer. quod agit.* probare illud cogatur, post Bart. Alex. & Cravett. Hart. Pistor. *obs. sing. 173. num. 44. & seq.* Schurpf. *d. conf. 17. n. 12.* Pfeil. *conf. 39. n. 3.*

159 *Limitatur* † hæc Ampliatio; Nisi manifestò appareat subscribentem deceptum esse. *L. sicut re corporali 8. §. non videtur.* ibi: nisi manifestè appareat, deceptum esse. *D. Quib. mod. pign.*

160 Qui † enim sic errat, in scribendo sibi non præjudicat. *l. Titius. 8. de Rescind. Vend.* Joan. Ruding. *cent. 4. obs. 29. n. 3.* Wehner. *pract. obs. Voce* Blanckt.

161 *Ampliatur* II. † Quòd subscribenti, & Sigillo suo confirmanti contractum, vel negotium, quod illo invito fieri nequit, non tantùm subscriptio, vel sigillatio, sed & sola dissimulatio noceat, text. elegans *in l. fidejussor. 26. §. pater. 1. D. de pign.* Joan. Goedd. *conf. Marp. 25. n. 154. vol. 1.* ubi omninò videndus.

162 *Ampliatur* III. † Singulariter in Sigillo, quod plus operari videtur, quàm subscriptio, post Purpur. & Castrens. Cravett. *d. §. quæritur etiam. n. 44.* Surd. *decis. 137. n. 3.* post Paris. *conf. 19. n. 108. vol. 2.* ita, quòd ubi Sigillum, nec alia per testes, vel literarum comparationem probatio requiratur, tota vis sit posita in veritate Sigilli probandâ. Fichard. *conf. 40. n. 2. tom. 2.* hæc omnia ita tamen intelligens, ut non procedant quoad tertios, sed solùm quoad sigillantem, & in ejus præjudicium. Cravett.

163 *conf. 46. n. 5.* Conf. suprà *cap. 11. §. 2. concl. 2. & 3.* Hinc † tritum est illud: Quòd ut scriptura est probata probatio contra scribentem & subscribentem: ita quoque Sigillum contra sigillantem. Matt. Wesemb. *conf. 14. n. 2.*

164 *Limitatur* † superior Conclusio, casu, ubi subscriptio non ad consentiendum, sed solennizandum actum, & removendam suspicionem ac comprobandam scripturæ fidem requiritur. Surd. *d. decis. 137. n. 4.* Conf. suprà *cap. 10. §. 2. vers. 3°. Vt pro inducenda obligatione. & vers. Secundò apponitur. n. 71.*

Con-

Conclusio Quarta.

Subscribens † vel sigillans instrumentum, videtur illud, ut verum, & omnia in illo contenta approbare. 165

l. Emtor. §. Lucius. de pact. l. 1. §. 1. de Constit. pecun. cum simil.

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Zasius *in l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. n. 3. de Verb. obl. pag. 716.* Menoch. *lib. 3. præs. 66. per tot.* Caldas *de Empt. cap. 34. n. 44.* Petr. Gilken. *ad l. si mutuæ. 14. n. 4. 5. & 6. C. si cert. pet.* Mart. Mager. *tr. de Advoc. arm. cap. 14. n. 73.* Kirchner. *lib. 4. de Offic. Cancell. cap. 3. n. 2. & seqq.*

In Consilijs & Responsis:

Natta *cons. 287. n. 4. tom. 2.* Schurpf. *cons. 17. n. 13. cent. 1.* Decian. *resp. 30. n. 20. vol. 1. & resp. 29. n. 30. vol. 2.* Fachin. *cons. 24. n. 3. lib. 1.* Nicol. Reusner. *cons. 27. n. 52. lib. 3.* Schrader. *cons. 32. n. 10.* Cothman. *resp. 39. n. 16. vol. 4.* Joan. Wames. *cons. 23. n. 8. cent. 4.*

In Conclusionibus & Quæstionibus.

Gabriel. *lib. 1. com. concl. tit. de præsumpt. concl. 3. n. 1.* Mascard. *de probat. concl. 1341. n. 1. & seq.* Tuschus. *pract. concl. 239. n. 1. & 2. lit. S. tom. 7.* ubi ait, perinde esse, sive pars sigillaverit, sive subscripserit ad effectum. *l. scripturas. 11. C. Qui potior. in pign.* Virg. Pingitz. *illust. quæst. Saxon. 38. n. 6. & 7.*

In Decisionibus & Resolutionibus.

Paul. Christinæus *decis. Belgic. 278. n. 1. & seqq. vol. 1.* Jacob. Cancer. *lib. 1. resol. 22. n. 2. & seq.*

Ampliatur I. † Ut procedat etiam in subscriptione generali. Nam specialis non requiritur. post Bald. Angel. Castr. Aretin. Alex. Anchor. & Jason. Schrad. *d. cons. 32. n. 11.* ubi insuper Jason. *in l. cum antiquitas. n. 15. C. de testam.* Angel. Imol. Castrens. & Alexand. *in d. §. Chrysogonus.* attestari dicit, illam opinionem communem esse. Gabriel. *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 3. n. 3. & seqq.* Imò † subscribentem se alicui scripturæ, vel etiam instrumento in materia Statutaria habeatur perinde, ac si ille totam scripturam sive instrumentum scripsisset. Menoch. *lib. 3. præs. 66. n. 10. & 11.* 166 167

168 *Ampliatur* II. † Multo magis Conclusionem hanc veram esse, quando quis nomine alterius totam ipsam scripturam suâ ipsius manu scripsit. Tunc enim præsumitur eam, idve, quod in ea cõtinetur, approbare, ita, ut scriptoris subscriptione non indigeat. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 66. n. 1. & 2.* per plurimos ibid. citatos. & *text. in l. fidejussor. §. pater de pign. & text. express. in §. 1. Instit. de Empt. Vend.* Trentacin. *lib. 2. tit. de fid. instrum. resol. 12. n. 5.*

169 *Extenditur* † hæc Ampliatio, ut procedat, etiamsi is, qui scripsit, non asseruit se suâ manu scripsisse; cũ satis superq; sit, quòd constet scripturam esse manu illius scriptoris scriptam, post Bart. & Cravett. Menoch. *d. lib. 3. præsumpt. 66. n. 4.* Gabriel. *d. concl. 3. n. 11. & 13.* ubi dissent. videtur.

170 *Declaratur* I. † Procedere in scriptura continente causam ipsam & idoneam, aliàs scribens sibi non præjudicat. post Innocent. Decium, Felin. & Gabriel. Menoch. *d. præs. 66. n. 5.*

171 *Declaratur* II. † non procedere in Notario, qui Officij causa scripturam conficit. Menoch. *d. præs. 66. n. 6. & 17.*

172 *Ampliatur* III. † In tollendo Ignorantiam. Nam certi juris est, subscriptionem animo in suprà contenta consentiendi factam, omnem ignorantiam tollere, & subscribenti in totum præjudicare, post Bart. Mynß. *resp. 3. n. 23. & 24. decad. 11. cent. 2.*

173 ubi videndus. Nam † subscriptio hoc operatur, ut subscribens præsumatur scivisse & assensum præstasse, vel saltem præsentem fuisse, & intellexisse omnia in dictâ scripturâ subscriptâ contenta. *d. l. Emptor. §. Lucius. & l. sicut. §. non videtur. ubi Bart.*

174 *D. Quib. mod. pign. solv.* Decian. *d. resp. 30. n. 20. vol. 1.* Idque † verum in Notario subscribente ut Notario: non etiam in teste. Gabriel. *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 3. n. 30.* Mascard. *de probat. concl. 1341. n. 20.* Honthem. *lib. 2. de art. Notar. cap. 51. n. 19.*

175 *Limitatur* I. hæc † ampliatio: Nisi alterius scripturam sibi propositam subscribens, talis sit, qui plurimum scribenti fidat: tunc enim contentorum notitia ad sibi sua subscriptione præjudicandum, non præsumitur. Mascard. *de probat concl. 1341. n. 23.* Menoch. *lib. 3. præs. 66. n. 31. vers. Altera est*

Alciat

Alciat. *in l. si ita stipulatus.126. §. Chrysogonus.n.11. vers. Ego Imolæ. de Verb. Oblig.* Cothman. *resp.39.n.47.vol.4.*

Limitatur II. † Si probata fuerit Ignorantia, quo casu 176
habet hæc inspectio moderationem suam, ut non intelligatur de his, qui ignorantes, quid actum sit, subscripserint, ait Petr. Gilken. *ad l. si mutuæ. 14. C. si cert. pet. n. 6. per l. fin. C. Plus valer. quod agit. l. 2. de reb. alien.* allegans ad hoc Alex. *in l. quæ dotis. n.37. D. Sol. matr.* Felin. *in cap. quoniam contra. n. 48. de probat.* Gabriel. *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 3. n. 27.* Mascard. *de probat. d. concl. 1341. n. 16.* quibus addo Henning. Goden. *cons. 51. n. 30.* Cothman. *resp. 39. n. 46. & seqq. vol. 4.* ubi hoc † 177
magis obtinere eo casu scribit, cum res acta fuit inter fratres, & frater natu minor fratri majori ob singularem inter eos conjunctionem & necessitudinem fidem habuerit, qua credulitas hoc casu non est in vitio, sed fratrem minorem excusat, ut quo minus ex subnotatione factâ obligetur, operatur & efficit, post Alciat. & Menoch. *ibid. relat.* Ita † quoque tabulæ vacuæ subscribens, vel signans 178
eam, licet non protinus obligetur, cum scriptum est, ex quo scripturæ tenorem postea subsecutæ, non inspexit, ac verisimiliter nondum cognovit: *l. fin. C. Plus valere, quod agitur.* tamen si chartam scriptam sine contradictione recepit, penesque se habuit, ac inspiciendi, cognoscendique facultas fuerit, inspexisse, cognovisseque præsumitur. *l. 2. §. inspectio D. Quemadm. test. aper. Auth. At qui semel. C. de probat.* adeoque & consensisse & comprobasse quod scriptum est, existimatur. *l. fin. D. Quand. appell. sit. l. si filius. 11. C. ad Maced.* Imò † reprobatur ignorantiæ allegatio ejus, 179
quod quis cum scire debuit, ac in manu suâ habuit, nec per se, vel alium perquisiverit. *l. quisquis. C. de Resc. vend. Clem. 1. de concess. præb.* Pfeil. *cons. 39. num. 4.* Schurpf. *cons. 17. n. 12. cent. 1.* Wames. *d. cons. 23. num. 5. cent. 4.* Ideò † apertissi- 180
mis probationibus, vel dolum, vel ignorantiam probare debet. Latissimè Alex. *cons. 148. vol. 2.* Præsumptio enim † 181
quæ

quæ pro instrumento militat, & ex Legum interpretatione introducitur, transfert onus probandi in adversarium. *l. ult. D. Quod met. caus. l. sive possidetis. C. de probat.* Wames. *d. cons. 23. n. 9. cent. 4.*

182 *Ampliatur* IV. † Ut subscribens se nomine proprio scripturæ per alium factæ ita ob inde præsumptam approbationem & confirmationem sibi præjudicet, ac si totum scripsisset. *d. l. Emptor. §. Lucius. D. de pact. cum simil.* Jason. *in Auth. Si quis in aliquo. n. 4. & 5. C. de Edend.* Decian. *resp. 39. n. 89. vol. 2. per ibi relat.* Trentacinus *lib. 2. tit. De fid. instr. resol. 12. n. 5.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 66. n. 7.* Knich. *Encyclop. cap. 2. n. 47.* Fit enim ad probandum actum. *l. 1. §. 8. De fals.* Mascard. *d. concl. 1341. n. 9.* Honthem. *lib. 1. de Art. Notar. cap. 51. n. 16. & 17.* Mager. *de Advoc. armat. cap. 14. n. 70. 73. & 75.* Confer quæ dixi suprà *hoc cap. Concl. 2. Ampl. 1. in fin.*

183 *n. 143.* Unde † dici consuevit: Per subscriptionem in eadem charta omnia virtualiter repræsentari, quæ in toto folio, & in toto actu principali continentur. *d. l. sicut. §. non videtur. ubi Bart. D. Quib. mod. pign. l. si quis ex argento. §. 1. in fin. D. de Edend. l. fidejussor. §. 1. in fin. D. de pign.* Decian. *resp. 11. n. 48. vol. 1.* Surd. *decis. 265. n. 26.* Cæsar Barzius *decis. Bononiens. 21. n. 8.* Joan. Petr. Fontanell. *de pact. nupt. claus. 6. Gloss. 3. part. 7. n. 3. & seq.* Seraph. de Seraphin. *de privileg. juram. 77. n. 16. per ibi citat.*

184 *Limitatur* I. † hæc Ampliatio, modò non per Errorem facta sit subscriptio; *l. 8. §. 15. D. Quib. mod. pign. l. 2. ibi:* licet Sigillo tuo venditionis instrumentum fraude conquisitâ signaveris. *C. de reb. alien. non alien.* Honthem. *d. cap. 51. n. 17.* qui tamen in facto proprio non præsumitur: *l. quanquam. 7. d. ad Vellej.* aut taliter subscribens nihil dicere possit contra illud, quod subscripsit, cum habeat præsumptionem contra se, nisi doceat, quòd sit deceptus: ut quia subscripsit non lecto scripturæ tenore. Guid. Papæ *decis. Grationop. quæst. 503.* Hippol. de Marsil. *in Rubr. de probat. n. 296.* Schurpf. *cons. 17. n. 12. cent. 1.* Tali enim in casu subscriptio non obligat. post Grammat. *cons. 66. n. 71.* & Joan. de Amic. *cons. 12. n. 12. & cons. 44. n. 12.*

Limi-

Limitatur II. † Quando non pro inducendâ obligatione, 185
sed in vim testimonij subscriptio est facta, veluti, si per Agnatum, Notarium, vel Testem sit subscriptum, qui neq; ideo scripturam scripsisse, neque sese ad quicquam aliud, quàm ad actæ rei probationem obligasse censetur, cui neque officium suum, quod partibus præstat, fraudi & damno esse debet. Kirchner. *lib. 4. de Off. Cancell. cap. 3. n. 8.* Gabriel. *lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 3. n. 22. cum seqq.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 66. n. 17. 18. & 19.* per ibi
relatos plurimos, qui tamen *n. 20.* hæc ita declarat, † quando iste, 186
qui ratione & causâ officij subscripsit, vel probationis gratia; secus si respectu substantiæ, & idem voluntariè subscripserit. Nam tunc ad sui præjudicium consensisse præsumitur ac censetur, ad hoc Socin. Cravett. & Gabriel. adducens. Confer suprà *cap. 10. §. 2. vers. tertio. Ut pro inducenda n. 59. & cap. 12. §. 1. vers. Declaratur hæc Conclusio. n. 16.*

Breviter † ita: Nomine alieno scripturæ subscribens ap- 187
probasse eam non præsumitur. Quia non suâ, sed alienâ causâ id facit, & ob id omnis se obligandi consensus abest. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 66. n. 15. & 16. per ibi relat.*

Ampliatur V. † Ut licet Statuta dicantur aliàs propriè & 188
strictè intelligi debere: tamen Statutum disponens circa scribentem manu propriâ, quòd detur Executio ad instantiam Creditoris, habeat etiam locum in subscribente scripturæ alterius, quasi hic quoque propriâ manu totam scripturam exarasse videatur, & dabitur etiam tunc Executio contra debitorem subscribentem. post Decium *in auth. si quis in aliquo. n. 17. C. de Edend.* ubi de communi attestatur. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 66. n. 12.* ubi plurimos citat: *& n. 13.* ubi rationem addit. Mart. Mager. *d. cap. 14. n. 74.*

Ampliatur VI. † Idem procedere, ubi quis, utpote litera- 189
rum ignarus, non subscripsisset quidem scripturam, in qua de ejus obligatione tractatur; sed aliquam Notulam subscriptionis loco propriâ manu adscripsisset, prout quidam Rustici literarum prorsus expertes facere solent. Hi enim licet scribere & legere omninò nesciant, certis tamen characteribus in libris

ſuis tantum utuntur,quibus in eo, quæcunque volunt, continuant,ac poſtea ita legunt,ſicut ſi quacunque aliâ optimâ ſcri-
190 pturæ formâ eſſent ſcripta. Harum †Notularum factâ recognitione, ſic ex eis iſte obligatus manet, ſicut ſi totum ſcripſiſſet, vel ſubſcripſiſſet, prout in terminis docet Ant. Faber. *in Codic. lib. 4. tit. 16. De fid. inſtr. defin. 23.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 6. Gloſſ. 3. part. 7. n. 4.*

191 *Ampliatur* VII. † Etiamſi ſcriptura pro forma requiratur. Nam etſi ſubſcribens non ſatisfaciat diſpoſitioni legis, tamen ipſe approbaſſe cenſetur ſcripturam illam à ſe ſubſcriptam. Et ratio eſt,quia ita Conſenſus ex ſola ipſa ſubſcriptione: ſicut ex tota ſcriptura elicitur,poſt Jaſon. Caſtr. Alex. & Decium ita extendit. Menoch. *d. præſ. 66. n. 14.*

192 *Limitatur* † prædicta Concluſio, ut unum pro altero, videlicet ſigillum loco ſubſcriptionis, & retrò uſurpari non poſſit, ubi horum unum, vel utrumque ſimul pro forma requiritur.

193 Quod Subſcriptionem attinet, conſtat *Primò* † in Alienatione rerum Eccleſiæ non ſufficere Sigillum Capituli, ſed omnium Capitularium ſubſcriptionem ſimul requiri. Panor. *in cap. 1. n. 4. de his, quæ fiunt à Prælat.* Thoming. *conſ. 12. n. 48. vol.*
194 *1.* Nam ſola † ſubſcriptio non ſufficit,ubi ſcriptura pro forma exigitur. Rebuff. *ad Conſtit. Reg. part. 1. tit. De chirog. recogn. in præf. n. 55.* Caldas *in tract. analyt. de Empt. cap. 34. n. 45.* Conf. ſuprà *Rubr. V. Quæ ſcriptura &c. Concl. 1. n. 92.* Diff. Gabriel. *lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 3. n. 32.* poſt Jaſon. *in l. cum antiquitas col. 3.*
195 *verſ. Ultimò nota. C. de teſtam.* *Deinde* † in Teſtamentis, maximè quæ fiunt inter liberos,ſubſcriptio deſideratur, & quidem non nuda generalis, ſed magis ſpecialis, prout dictum ſuprà *hoc cap. Rubr. III. Diviſio verſ. Limitatur II. cum ſeqq. n. 28.*

196 De Sigillatione † ita habendum, quòd ubi actus ſigillationem requirit,tunc ſigillum eſſe de forma, poſt Alb. Brun. Rebuff. *tract. Nominat. quæſt. 10. num. 42.* & ob id adhibendam, *arg. l. ad teſtium 21. §. ult. D. de teſtam. l. hac conſultiſſima in prin. & §. non*

& §. non signatum. C. Eod. §. sed cum paulatim. & §. possunt a. Inst. Eod. tit.

Circa † utrumque, subscriptionem & sigillum, sciendum, 197
quòd ubi actus subscriptionem & sigillationem in specie & pro forma requirit, unum pro altero usurpari non posse, sed utrumque simul, utpote *Primò* in Testamentis † in scriptis factis, 198
desiderari. Vid. suprà *hoc cap. Rub. 5. concl. 1. & 2. n. 92. cum seqq. ac cap. 11. §. 2. concl. 1. limit. 10. n. 147. & cap. 14. Rubr. III. Modus &c. concl. 4. vers. Subdeclaratur in Sigillo Testatoris. n. 134. cum seqq. Deinde* † in Litteris Judicialibus, in quibus utrumque, & sigil- 199
lum & subscriptio Notarij ex Stilo Curiæ, veluti Parlamenti Delphinalis requiritur, nec alterum illorum sufficit. Guid. Papæ *decis. Grationop. quæst. 481. n. 1. Tertiò* † quando in scriptura 200
aliqua solum est sigillum, sed non apparet, quòd ejus voluntate, cujus est, fuerit impressum: tunc utrumque requiritur, sigillum scilicet & subscriptio. Franc. Marc. *decis. Delphin. quæst. 992. n. 7. in fin. part. 1.* Secus † est in casibus, in quibus subscriptio 201
non videtur de solennitate & forma. Tunc enim sigillum sufficit loco subscriptionis ad arguendum consensum, quando de imprimentis voluntate apparet, quæ in dubio præsumitur. Cravett. *d. §. quæritur etiam n. 46.*

Et quamvis † illo casu, quo alicujus subscriptio pro forma 202
& solennitate actus est necessaria, fieri posse, ut sigillum ejus loco adhibeatur, juxta Roman. *cons. 303.* maximè prout & necessarium est, si in ipsa scriptura de tali sigillo in fidem, aut loco subscriptionis apposito, fiat attestatio: arg. *l. cum antiquitas §. fin. C. de testam.* ubi in simili ad hoc, ut scriptura ejus, cujus subscriptio requirebatur, pro forma suppleat defectum subscriptionis, necesse est scribĕtem attestari se totam illam scripturam propriâ manu scripsisse, prout ibid. notat Jason. & Aretin. *cons. 64. vers. Nec potest dicere.* Crav. *d. §. quæritur etiam. n. 49.* attamen † ad evi- 203
tandas Cavillationes semper consultius est subscriptionem litteris addere, atque in scripturâ, vel subscriptione de sigilli appositione attestationem facere. Nicol. Everhard. *tract. de fid. instr. cap. 12. n. 61.* Imò † instrumento publico sine sigillo & 204
sub-

ſubſcriptione nulla fides adhibetur, ut conſideratum eſt in cauſa Jacob von Biel/ nomine Agnetis von dem Belß/ contra Capitulum S. Servatij zu Maſtrich. Rulant. *de Commiſſar. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 4.*

Concluſio Quinta.

205 *Supraſcribens, † Subſcribens, multo magis deſcribens aliquid, Contentorum notitiam habere præſumitur.* Sive: *Supraſcriptio idem operatur quod ſubſcriptio.*

Ita Dd. in Commentarijs & Tractatibus:

Bart. *in l. ſi quis ex argentarijs 6. §. ſi initium n. 35. D. de Edend.* And. Alciat. *ad l. pluribus 40. n. 4. D. de Verb. oblig.* ubi inter hæc quoad vim probandi nihil intereſſe dicit. Gabriel. *lib. 1. tit. de Præſumpt. concl. 3, n. 16.* Maſcard. *de probat. concl. 1323. n. 14.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 66. n. 32.* Joan. Baptiſt. Coſta *de fact. ſcient. & ignor. diſt. 45. n. 3.* Diſſ. Honthem. *lib. 2. de art. Notar. cap. 51. n. 6.*

In Conſilijs, Deciſionibus & Definitionibus.

Alex. *conſ. 157. vol. 2.* Georg. Everhard. *conſ. 69. n. 22. vol. 1.* Farinac. *deciſ. 70. n. 2. part. 1.* Ant. Faber. *in Codic. lib. 4. tit. 16. defin. 3. n. 8. in allegat.* Diſſ. Monter. *deciſ. Aragon. 12. n. 24.*

206 *Ampliatur* † in Protocollo Notarij, in quo ſupraſcriptio quodammodo vim habet ſubſcriptionis. Honthem *lib. 2. de art. Notar. cap. 51. n. 7. & lib. 3. cap. 2. n. 8.* ubi dicitur, hanc & ſignum in principio poſitum cenſeri repetitum.

207 *Limitatur* I. † In ſupraſcriptione Notarij, quæ in inſtrumento nullatenus locum habet. Maſcard. *d. concl. 1323. n. 15. per ibi relat.* Honthem. *d. cap. 51. n. 6.*

208 *Limitatur* II. † in Teſtamentis & alijs, quæ requirunt ſubſcriptionem, in quibus non ſufficit ſupraſcriptio, poſt Nattam *in auth. quod ſine. n. 52. in fin. C. de teſtam.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 66. n. 33.*

Concluſio Sexta.

209 *Sigillo † deperdito ſubſcriptioni ſtandum.*

Quando enim ex ſcripturæ inſpectione non obſcurè apparet ſigillum deperditum eſſe, ob id ad fidem ejus juvandam ſub-

subscriptio satis est, uti in quodam, dicto Fabro, Principis Secretario, post Imolam & Joan. Andr. exemplificat Aymo Cravett. *cons. 701. n. 3. vers. Quarto.*

Conclusio Septima.

Subscribens † se scienter alienationi alterius factæ super re suâ, seu adse pertinente, quam impedire potuit & non impedivit, sibi præjudicat. 210

l. 1. §. sed et si. juncta Gloss. D. quod jussu. l. pen. §. fin. D. de in rem verso. Goeden *cons. 51. n. 30.* Aliàs generaliter ita: Subscriptio † alienæ scripturæ regulariter confirmat eam, & probat adversus subscribentem. 211

l. si quis ex argentarijs 6. §. cogitent. 1. in fin. ibi: Editioni subscribere. *D. de Edend.* & ibi Gothofr. *in not.* Sebast. Nævius *in Remiss. L. si ita stipulatus fuero 126. §. Chrysogonus, verbo, subscribente. & ibi Dd.* cumprimis Alciat. *à n. 3. usq. ad n. 14. D. de verb. oblig.* Ant. Gabriel. *com. concl. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 3. n. 1.* Caroc. *decis. 5.* Socin. *regul. 477.* Curt. Junior. *cons. 162.* Besold. *in thes. pract. lit. H. Voc.* Handunterschrifft *15.* ubi 1. limitat † in subscriptione testis: 2. in charta blanca. Vid. suprà *hoc cap. Rub. II. Definitio. post prin. vers. Declara hanc sequelam. n. 13.* 212

Conclusio Octava.

Subscriptio † & Sigillum cum accessit, etsi in tertia persona referatur quis fidejussisse, tamen stipulationem intercessisse probatur. 213

Hartm. Pistor. *obs. singul. 173. n. 69.*

Ampliatur I. † In Impersonali, incerta & indefinita facti alieni promissione, quæ juri non adversatur. Ex quo enim verba in personam promittentis non fuerunt directò collata, sed simpliciter & impersonaliter prolata, nihil † aliud, quàm se curaturũ effecturumque, ut tertius det, vel faciat, atq; sic factum proprium (ne † scilicet contractus ob incertitudinem & ambiguam orationem pereat, & elusorius reddatur, sed res magis in tuto sit, *l. quotiens 12. D. de reb. dub. l. quotiens 80. D. de V. O.* Hier. Schurpf. *cons. 35. n. 2. cent. 2.* Pacian. *cons. 162. n. 212.* Regn. Sixtin. *cons. Marp. 0. n. 92. & seq. vol. 2.* Vultej. *cons. 17. n. 107. vol. 1.*) pro- 214 215 216

misisse censeatur. *l. quotiens 81. in prin. ibi:* nam qui alium sisti promittit, hoc promittit, id se acturum, ut stet. *D. de V. O. l. inter stipulantem 83. in prin. D. Eod.* dummodo impossibilitas eum non impediat. *l. si vehenda 10. §. si ea. 1. vers. Idem juris. ibi:* nec per eum staret. *d. ad L. Rhod. de jact.* & ob id tali casu si fecit, quod potuit, liberabitur & verificatur effectus. *text. in Clem. 1. §. porro. de hered.* Latè ego *inter Consil. mea MSC. I. quæst. 1. dubit. rat. 3. & ad eam respons. ut & decid. rat. 10.*

217 *Ampliatur* II. † Quòd subscriptio & sigillatio ejus, qui dicitur fidejussor esse impetratus, probet eum actum perfectum fuisse. Hartm. Pistor. *d. obs. 173. n. 70.*

Defectus.

218 De † Defectu Subscriptionis, & quòd is imperfectum faciat testamentum solemne in scriptis, ut & Contractum, dixi suprà *cap. 14. sub. 3. & 4. impugnandi sigilla Modo.*

De Pœna.

Conclusio Prima.

219 ***Quisquis † negaverit propriam scripturam, si convincatur, Dupli constituta pœna est: Auth. contra qui. C. de non num. pec. Hodiè verò præcisè in duplum non condemnatur, sed pro ratione delicti mulctatur: Duplumq́ sæpius eo casu Mulcta pro personarum & facti qualitate egreditur.***

Anton. Mornac. *ad d. Auth. contra qui.* ubi præjudicium in procuratore 20. aureis mulctato & procuratorio munere in biennium interdicto, ac 25. aureorum mulctam ob temerariam appellationem adjectam fuisse. Paul. Christin. *decis. Belgic. 37. n. 12. vol. 3.* ubi arbitrariam hodiè pœnam esse dicit, post Rebuff. *ad Const. reg. tom. 1. de Chirograph. recogn. art. 2. n. 311. & ibid. in præfat. Gloss. 5. n. 60.*

Conclusio Secunda.

220 *Dispositio † puniens negantem scripturam propriam, locum etiam habet contra eum, qui negaverit scripturam, cui ipse subscripsit.*

221 Ratio † Conclusionis manifesta est, quia ita consentit in

pœna-

pœnalibus ex ſubſcriptione, quàm in cæteris: cum & differentiæ ratio aſſignari non poſſit inter pœnalia & pecuniaria, & ſubſcriptio efficiat, ut ſcriptura illa propria eſſe dicatur, cum ſit non ſolùm mandato ſubſcribentis ſubſcripta, ſed etiam propria manu ſubſignata Menoch. *lib. 3. præſumpt. 66. n. 8. & 9.* ubi Con- & Diſſentientes refert.

CAPUT DECIMUMSEXTUM & Ultimum.

DE RELIQUO SIGILLORUM affini genere.

SUMMARIA.

1. De Signis Impp. & aliorũ Regum.
2. Signa hæc olim ferè omnibus Cæſaribus communia.
3. Signorum horum deſcriptio.
4. Plenior Reſtauri Caſtaldi narratio.
5. Pontificis idem olim circa ſigna hæc mos.
6. Signa Impp. celebriora quæ?
7. Caroli Magni ſignum.
8. Lotharij ſignum.
9. Ludovici ſigna diverſa.
10. Ludovici Junioris & ſeqq. Imp. uſq; ad Maximilianũ I. Imp. incluſivè ſigna remiſſivè adducta.
11. Signa hæc qui annotarint Auctores?
12. Otho IV. alio ſigno à Coronatione Aquiſgranenſi, alio poſt Inunctionem Pontificiam uſus fuit.
13. Signorum horum praxis & uſus quis?
14. Signa Impp. olim loco ſubſcriptionis erant.
15. Signorum horum manu factorum, quæ antiquitas?
16. Text. Pauli 2. ad Theſſal. 3. verſ. 17. & 18. per Chryſoſtomum dilucidatus.
17. De hac ſignorum antiquitate remiſſivè pluribus.
18. De ſigno Notarij & aliorum.
19. Signi appellationes quæ?
20. Notarij appellatio olim in Cancellarijs recepta.
21. Signa Notariorum etiam σημεῖα & notæ vocantur.
22. Notæ non ſunt literæ, ſed earum compendia.
23. Tabelliones Curiæ quomodo in Hiſpania ſignent? & quomodo cæteri?
24. Signi Notariatus Definitio.

25. *Signum Notariatus cur ex arte dicatur positum?*
26. *Signū typo impressum, eo, quòd manu factum, præferendum.*
27. *Notarij nimium difficiles haud sibi sumant typos.*
28. *Signa Notariorum nihil turpe continere debent.*
29. *Sententia à Notario adscripta, aliena sit à turpitudine.*
30. *Notarium mirè commendat, si post signum folium ingrossationis suæ addat.*
31. An signum hoc ad substantiam instrumenti sit necessarium?
32. Conclusio I. *Sine signo Notarij instrumenta, vel litteræ Judiciales non valent.*
33. Ampliatur I. *Si ita vigeat Consuetudo.*
34. Declaratur hæc Ampl. *Si abbreviatura perfecta sit.*
35. Ampliatur II. *Si instrumentum aliena manu voluntate Notarij sit scriptum.*
36. Ampliatur III. *Etiā in Copia.*
37. Infertur, *Signi defectum facere, ne scriptura in publicam formam redigi possit.*
38. Conclusio II. *Signi defectus de jure non vitiat instrumentū, quamvis ad comparationem conducat.*
39. *Signi defectus levis dicitur solennitas.*
40. Ampliatur I. *Etiam in Subscriptione, scripturâ repertâ inter alias Notarij rogatas.*
41. Ampliatur II. *In scriptura Notarij, habente alia sua solemnia.*
42. Declaratur, *Ut signum Notarij sit probandum, cum de probando instrumenti deperditi tenore agitur.*
43. *Communis cum hic contra communem sit adducta conclusio, sequens erit decidens.*
44. Conclusio III. *Signum in instrumento de jure non exigitur, nisi de Consuetudine illud apponere receptum sit.*
45. *Ad actus majorem certitudinem adjectum, omissum, illum non vitiat: nisi consuetudo regionis generalis obsit.*
46. *Solennitatis de consuetudine requisitæ omissio, vitiat instrumentum, sicut ea, quæ est juris.*
47. *Notarij stylus an sit firmus, attendendum.*
48. *Non Notarij, sed generalis consuetudo in ijs attendenda, quæ jure sunt introducta.*
49. *Imbreviatura cum extendenda est, stylus Notarij servandus.*
50. Ampliatur I. *in Consuetudine contraria.*
51. *Recognitâ manu Notarij & probato, quòd esset Notarius, authenticum*

78. II. *Formæ ratione: idq; diversimodè.*
79. *Cifræ ad signandum apta:*
80. *Ut & Notæ occultæ.*
81. *Item Merchæ sive Mercantiæ Mercatorum.*
82. An eo ipso, quo res aliqua nostro reperitur signata signo, exinde statim nostra esse probetur?
83. *Signo suo ne alius utatur, quisque prohibere potest, ob interesse proprium.*
84. Text. in l. pen. 10. vers. Universos. C. de Aquæd. lib. 11. sensus.
85. Text. l. si Judex. 12. de sent. excommun. in 6. sensus proponitur.
86. *Denarium, Imago & inscriptio ostendit.* Luc. 20.
87. *Signi impressio non facit plenam probationem, sed optimam præsumptionem.*
88. *Signum publicum & determinatum legalem facit probationem: non etiam privatum.*
89. Text. Lucæ 20. de denario & ejus imagine explicatur.
90. *Signum unicum & indubitabile plenè probat.*
91. *Conclusio operis.*
92. *Infelix labor, qui pietate caret.*

§. Secundus.

1 *DE † SIGNIS IMPERATORUM ET aliorum Regum.*

2 HÆc † omnes ferè Cæsares de Consuetudine in medio quorundam Instrumentorum ex Aula Cæsarea prode-
3 untium olim habebant: erantque † certæ lineæ grossæ, cum certis lineis lateralibus, vel intermixtis, ad hoc ubi signum tale non reperiatur, Instrumentum sit nullum. post Bald. *in l. benè à Zenone. C. de quadr. præsc. in lect. 1. col. fin. in prin.* & Restaur.
4 Castald. *de Imp. quæst. 89. n. 6. & quæst. 47. n. 8.* ubi insuper † ita observat: Vidi etiam, *ait*, in privilegijs antiquissimis Ecclesiæ S. Sepulchri Episcopatus Burgi per Henricum II. & Conradum II. Imper. de Anno 1015. & 1027. subscriptiones eorum cum *signo* quodam *magno*, instar fere eorum, quo Notarij nostri, seu Tabelliones hodiè utuntur, cum quibusdam *literis magnis* in modum cypharæ (ut dicunt) judicio meo dicentibus; Signum Henrici

Henrici Imp. Signum Conradi Imper. ordinatis circum circa
ſuper unum H magnum, cum iſtis poſtea in Subſcriptione, videlicet,
Signum Domini Henrici Rom. Imp. Cæſaris Semper
Auguſti; quod placuit hic referre, & ob rei antiquitatem & in
memoriam prædicti Rever. Epiſcopi &c. & in † ſimili ſervat 5
ferè Roman. Pontifex in ſubſcriptionibus Bullarum, creationis
S. R. E. Cardinalium, cum literis manu propria ſuper quodam
Circulo, videlicet Paul. III. Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus
&c. Hactenus Rebuffus. In ſimili videri poterit Martin.
Cruſ. *Suev. Annal. lib. 11. part. 2. cap. 9. pag. 468.*

In ſpecie † verò quod hæc Impp. ſigna attinet, omnium 6
celeberrima ſunt, quæ Carolum Magnum ejuſque Succeſſores
laudant.

Caroli † Magni ſignum ex nomine KAROLI efforma- 7
tum extat apud Cruſ. *d. Ann. lib. 12. part. 1. cap. 2. pag. 318.* juncta *pag.*
316. Octav. de Strada *à Rosberg. Civ. Rom. de Vit. Impp. pag. 369.*

Lotharij † itidem ex nomine fictum apud eundem Strad. 8
d. loc. pag. 375.

Ludovici † filij Caroli Magn. ſigna diverſa habentur. Alia 9
eorum figura eſt apud Cruſ. *d. Ann. lib. 1. part. 2. cap. 12. pag. 21.*
Alia apud veteres Scriptores, qui Cæſarum & Impp. res geſtas
literis mandarint. *tom. 1.* ac apud Joan. Wolffium *cent. 8. Lect.*
memorab. pag. 210.

Ludovici † Junioris Auguſti. Strada *d. loc. pag. 377.* 10

Caroli Calvi	Strada de Vitis Impp.	*pag. 380.*
Ludovici III.		*pag. 382.*
Caroli Craſſi		*pag. 384.*
Carolomanni		*pag. 385.*
Arnolphi		*pag. 386.*
Berengarij		*pag. 390.*
Widonis		*pag. 391.*
Lamberti		*pag. 392.*
Ludovici IV.		*pag. 393.*
Rudolphi Burgundiæ & Italiæ Regis.		*pag. 394.*

Hugonis

Hugonis		*pag. 395.*
Lotharij Regis Italiæ		*pag. 396.*
Henrici Aucupis		*pag. 400.*
Otthonis Magni		*pag. 402.*
Otthonis II.	Strada de	*pag. 404.*
Otthonis III.	Vitis Impp.	*pag. 406.*
Henrici Junioris		*pag. 408.*
Conradi I. & II.		*pag. 411. Cruſ. Suev. Annal. lib. 10. part. 2. cap. 3. pag. 381.*
Henrici II.		*pag. 413.*
Henrici III.		*pag. 415.*
Henrici IV.		*pag. 420.*
Lotharij		*pag. 421.*
Conradi III.		*pag. 423.*
Friderici Ænobarbi		*pag. 425.*
Henrici V.		*pag. 427.*
Otthonis IV.	Strada d. loc.	*pag. 431.*
Friderici II.		*pag. 434.*
Henrici VI.		*pag. 436.*
Conradi IV.		*pag. 438.*
Henrici VII.		*pag. 439.*
Guilielmi.		*pag. 440.*
Caroli IV.		*pag. 445.*
Maximiliani I.		*pag. 481.*

11 Plura † de his ſignis qui ſcire avet, conſulat Münſter. *in Coſmograph.* & Joan. Stumpff. *in Chron. hinc inde.* Illud hic memo-
12 rabile † eſt & ſcitu dignum, quòd Henr. Meibom. *in Apolog. pro Otthone IV. pag. 141.* ubi ejus ſigna typis exponit, ſcribat, hunc Otthonem duo habuiſſe ſigna, horumque primo à Coronatione Aquiſgranenſi: altero poſt inunctionem Pontificiam uſum fuiſſe.

13 Praxis † & Uſus horum ſignorum præcipuus erat in Fundationum, Confirmationum & ſimilium litteris ea ſubijcere, ut videre licet in Confirmatione Friderici I. Imp. fundationis Abbatiæ

Abbatiæ Newenburg relata à Bernh. Hertzog *lib.3. Chron. Alsat. cap. 15. pag. 47.* Deinde † Imperatores Germanici à Carolo 14
Magn. usque ad Fridericum II. Imp. per signum, in quo literæ nominis continebantur, subscribere consueverunt. Kirchner. *lib. 2. de Jur. Legat. cap. 8. n. 84.* Denique † antiquitatem quod 15
attinet, rem esse vetustissimam, vel unico illo Pauli *2. ad Thessal. 3. vers. 17. & 18.* comprobari potest testimonio: Salutatio, *inquit*, manu mea Pauli, quod est signum in omni Epistola, ita scribo: Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Ad quem † locum Chrysostomus *homil. 5.* hoc dicit se scribere in 16
omni Epistola, ne liceat alicui has adulterare, cum appositum sit, velut magnum signum subscriptionis. Pluribus † hæc ex- 17
emplificat, & Epistolarum differentias inde petit Cardin. Cæs. Baron. *Ann. Eccles. in Anno Christi LX. num. 56.* Caspar. Ant. Tessaur. *lib. 1. quæst. forens. 100. n. 16.* Anton. Mornac. *in observ. ad l. quod si neque 14. D. de peric. & commod. rei vend. pag. 446. col. 2.*

§. III.

DE † SIGNO NOTARII, ET ALIORUM. 18

I.

Quid & quotuplex sit?

NOn † hic varias Signi appellationes, de quibus *tract. de Jur.* 19
Insign. cap. 17. in prin. plenè egimus, recolligere operæ precium esse ducimus: sed tantùm circa illud signum, quod Notarius † (quæ appellatio etiã olim in Cancellarijs recepta. Herm. 20
Kirchner. *lib. 1. de Offic. Cancell. cap. 2. n. 77. 78. 79. 80. 81. & cap. 4. n. 92. & 93.*) manu propriâ in charta facit, & de quo hac in materia Imperiorum & Regnorum Leges conceptæ sunt, nostra versatur tractatio. Julianus † *σημεῖα, id est*, notas vocat. Non 21
enim tantùm literarum comparatione, sed etiam notarum falsitas arguitur, ut idem ait. Notæ † autem non sunt literæ, *l. 6* 22
in fin. D. de bon. poss. sed literarum compendia. Dionys. Gothofr. *in not. ad Nov. 73. cap. 6. lit. O.* Post hæc, † præliminariter sciendũ 23

in plurimis Regni Hispaniæ sanctionibus Curiæ Tabelliones proprio signo & insuper Regis signare Sigillo: Cæteros verò Tabelliones proprio uti signo. Joan. Lupus *ad l. Tauri. 3. quæ incipit: Ordenamos & mandamos que le solemnidad. §. 53.*

24 Est † autem Signum hoc peculiare Notariatus ex arte positum, nunquam variandum symbolum, post Autor. *lib. 2. Notariat. tit. 1. cir. fin.* Honthem. *lib. 2. de arte Notariat. cap. 52. n. 2.*

25 Additur, † *ex arte*. Nam signum hoc aut manu scriptum, aut typo impressum est, hoc est, tale esse debet, quod habeat characterem, sive insculptam formam, post Bart. Angel. Imol. Are-

26 tin. & alios Bertazzol. *conf. civil. 66. n. 39. & 40. lib. 1.* Alij † illud, alij hoc magis probant & rectiùs. Indies enim animadvertimus literas sive manum hominis ex ætate & dispositione corporis mutari: hoc autem, quod prælo committitur, non ita, neque tam facilè imitari & falsificari potest. Conf. suprà *cap. 15. n. 152.* Imò eo deperdito, adhuc superstant artifices, qui ejusdem figuræ aliud signum sculpere queunt. Honthem. *lib. 2. de*

27 *art. Notar. cap. 52. n. 2.* ubi † insuper dat Notarijs consilium, ne nimium difficiles sibi sumant typos, aut si renovare necesse

28 foret, hæc addant: Renovatum anno & die tali. Addo † & illud, ut caveant sibi Notarij, ne quid turpe eorum signa contineant; aliàs verò vel non admittuntur, vel à Notariatu removentur, per ea, quæ dixi *Tract. de Jur. Insign. cap. 9. n. 89. junctis nn. præcedent.*

29 Solent † etiam Notarij quandam propria manu adscribere sententiam, quæ ipsa etiam nihil turpe & indecorum continere debet. Honthem. *d. lib. 2. de art. Notariat. cap. 52.* ubi

30 insuper illud † in Notario laudat, & mirè eum commendare dicit, si post signum apponat, quo libri folio ingrossationis suæ instrumentum registratum sit, quod in Apostolicis litteris hoc modo animadvertere liceat; *Rescripta fol. 1600. vol. 2.* Nam ita si Notarius multis negotijs impeditus fuerit, & Protocolli sive Ingrossationis suæ libri exigatur copia, statim ex hoc locum istum, ubi continetur, invenire licebit.

II. An

II.

An signum hoc ad substantiam instrumenti sit necessarium? 31

Conclusio Prima affirmans.

Non valet; sed totum concidit instrumentum, vel litteræ Judiciales absque signo sive signaculo Notarij, vel Secretarij: cum sit de eorum substantia, & cuiq; Notario proprium & peculiare. L. fin. C. de Assess. 32

Ita Dd. in Lecturis, Commentarijs & Tractatibus:

Bart. *ad proœm. D. in prin. n. 6.* Bald. *in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. n. 32. D. de Edend.* ubi de Communissima Jason *in l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. col. 14. super Gloss. parva. vers. assignante. de Verb. Oblig.* Cardin. Zarabell. *ad cap. cum P. num. 2. de fid. instr.* Anton. Sola *ad Constit. Sabaudiæ antiq. Rub. de Opposit. contra formul. extens. instrum. Gloss. 2. n. 12.* Bertazzol. *tract. Clausul. in proœm. n. 13.* Ant. Tessara *de Errorib. Notar. cap. 34. n. 1.* Hieron. Cævallos *tract. comm. contra commun. Opin. 32.* Emanuel Soaretz. *receptar. sent. lit. I. n. 120.* Vivius *lit. I. vers. Instrumentum publicum confectum.*

In Consilijs & Responsis:

Bald. *cons. 476. ad fin. lib. 1.* Decius *cons. 447.* Cravett. *cons. 72. n. 4.* Purpur. *cons. 572. n. 5.* Cephal. *cons. 509. n. 24.* Phil. Cornæus *cons. 118. n. 3. vol. 4.* Bertazz. *consult. decisiv. in civil. lib. 1. cons. 66. n. 40.* Frider. Pruckman. *cons. 1. n. 35. & 215. ad cons. 23. n. 95. vol. 2.* ubi de hodierna praxi attestatur. Herm. Vultej. *cons. Marp. 15. n. 220. vol. 1.*

In Decisionibus, Resolutionibus & Semestribus.

Nicol. Boerius *decis. 37. n. 10.* ubi de magis communi *per ibi relat.* Guid. Papæ *decis. Grationopl. quæst. 481. n. 1.* ubi de litteris Judicialibus, juxta Stylum Curiæ Delphinatus, *per l. in fraudem. §. quoties. D. de jur. fisc.* post Specul. & Bart. ibi citatos. Steph. Gratian. *decis. March. 167. n. 1.* Covarr. *pract. resol. cap. 20. n. 5. tom. 2.* Daniel Moller. *lib. 4. Semestr. cap. 15. n. 3.*

33 *Ampliatur* I. † Si ita vigeat Consuetudo, post Roland. à Valle *consf. 44. n. 40. lib. 1.* Arnold. Reyger *in thes. pract. Voc. Sigillum. n. 3.* quam esse generalem, & juxta eam solùm conclusionem procedere dicit Decius *in cap. 1. col. 5. in nono requisito. de fid. instr. ubi latè.* Sola *d. Rubr. de opposit. contra form. Gloss. 2. n. 12.* Joan. Wamesf. *consf. 64. n. 3. cent. 1.* Natta *consf. 46. n. 1. in fin. cum seqq. tom. 1.* ubi consuetudinem hanc restringit.

34. *Declaratur* † hæc Ampliatio, quòd signum nec in instrumento, nec in protocollo de Jure communi necessarium sit, nisi à Consuetudine loci alicujus, cui standum est, aliter dispositum reperiatur, post Decium *in cap. 1. de fid. instr.* Nevizan. *consf. 24. n. 5.* Joan. Scapp. *lib. 4. de Jur. non script. cap. 4. n. 3. & seqq.* addentes etiam de Consuetudine non esse necessariam signi appositionem per Notarium, modò Abbreviatura perfecta sit respectu dispositionis; quia tunc poterit Judicis auctoritate publicari. Et hanc Consuetudinem universalem esse dicit Nevizan. *d. loc.* ac propterea aliqua probatione non egere: multum interim circa instrumentorum fidem operantem.

35 *Ampliatur* II. † Eo casu, quo instrumentum manu aliena de voluntate Notarij erat scriptum. Tunc enim subscriptio, aut signum illius requiritur. Cravett. *d. consf. 72. n. 4.*

36 *Ampliatur* III. † Non solùm in Originali, sed etiam in Copia. Vivius *com. opin. Voc. Instrumentum publicum confectum.* Honthem. *de art. Notar. lib. 2. cap. 52. n. 5.*

37 Hinc † *Infertur*, quòd scriptura carens signo tabellionatus in publicam formam redigi non possit. Menoch. *consf. 409. n. 45.* Vide tamen pro Declaratione Steph. Gratian. *d. decisf. 167. n. 5. usque ad n. 14.*

Conclusio Secunda negans.

38 *Defectus † Signi de Jure non vitiat instrumentum, quamvis ad comparationem conducat.*

Ita Dd. in Tractatibus & Receptis Sententijs:

Grass. *lib. 2. recept. sentent. cap. 18. quæst. 3.* ubi communem dicit contra Speculat. Turzanus *lit. O. Verbo: Omissio. §. Vulgaris.* Villalobos

Villalobos *lit. S. Voc. Signum. n. 59.* Kirchov. *lit. S. verſ. Signi.* Eman. Soaretz. *Lit. N. Voc. Notarius. n. 52.*

In Conſilijs.

Natta *d. conſ. 46. n. 1. tom. 1.*

In Deciſionibus & Concluſionibus.

Farinac. *deciſ. Rot. Rom. 536. n. 2.* poſt Chaſſan. *deciſ. 73.* Et rurſum idem Farinac. *deciſ. 368. n. 4.* Tuſch. *pract. concluſ. 242. n. 1. tom. 7. lit. S.*

Ideoque † levis dicitur ſolennitas. Maſcard. *de probat. concl. 1243. n. 24.* Et hoc eſt, quod Chaſſan. *ad Conſ. Burgund. verſ. Nous auons faict mettre noſtre &c. ſub n. 6.* ſcribit, ſe vidiſſe inſtrumenta plurium Dominorum contrahentium & dantium hæreditagia ſuarum dominationum ſubditis, aut alijs, in quibus nulla ſunt ſigna Notariorum, ſed ſolùm ſunt ſigilla Dominorum contrahentium, quæ an probent, cogitandum. 39

Ampliatur I. † Tam in ſigno hoc Notarij, quàm etiam in ſubſcriptione, quando ſcriptura reperitur inter alias ejuſdem Notarij ſcripturas rogatas. Tunc enim præſumitur illa quoq; à Notario rogata, etiam ſine ejus ſubſcriptione & ſigno poſt Rot. *diverſ. deciſ. 250. n. 3. part. 1.* Farinac. *deciſ. 368. n. 4. lib. 2.* 40

Ampliatur II. † In ſcriptura Notarij, quæ habet annum, diem & numerum teſtium, & alia ſolemnia, veluti clauſulam, actum, &c. vel ſubſcriptionem. Tunc enim præcisè non requiritur ſignum & ſubſcriptio, præſertim cum illa ſit matrix. Notario jam diem functo, poſt Rol. à Valle *conſ. 44. n. 40. in fin. & ſeq. lib. 1.* Curt. Jun. *conſ. 162. n. 1. verſ. tamen nemo negat.* Farinac. *d. deciſ. 368. n. 4. lib. 2.* Tuſch. *pract. concluſ. 242. num. 1. tom. 7.* 41

Declaratur. † Ut etiam ſignum Notarij ſit probandum, cum de probando inſtrumenti deperditi tenore agitur. poſt Addition. Ant. Gometz *in l. Tauri 41. num. 3.* Surd. *conſ. 144. num. 1.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 6. Gloſſ. 3. part. 7. n. 48.* 42

Verùm † cum hic contra communem magis communis 43

allegetur à Menoch. relato per Mascard. *d. concl. 1243. n. 19.* ita demum in tanta Opinionum diversitate habendum.

Conclusio Tertia Concilians & decidens.

44 *Signum † in instrumento de jure non exigitur: sed si de Consuetudine illud apponere receptum sit, tunc ejus omissio instrumentum vitiat.*

post Gabriel. *com. concl. lib. 6. tit. de Consuet. concl. 3. n. 4.* Cassian. Puteum *lit. S. Voc. Signum.* Kirchov. *vers. Signi Notarij.* ubi communem dicit. Mascard. *d. concl. 1243.* Nicol. Honth. *lib. 2. de art. Notar. cap. 52. n. 6.* Tusch. *pract. conclus. 242. num. 1. & seqq. tom. 7. lit. S.* Boer. *d. decis. 37. n. 10. cir. fin.* Wanrel. *cons. 64. n. 3. & 4. cent. 1.*

45 Ratio † Conclusionis est, ut illud, (quale hic signum sive signatura est) quod ad majorem actus certitudinem adjicitur, omissum illum non vitiet: nisi 1. Consuetudo Regionis generalis sit in contrarium: post Bart. *in l. ad testium §. 2. D. de testam.* Alciat. *in l. si ita stipulatus 126. §. Chrysogonus n. 13. D. de V. O.* Tusch. *pract. concl. 242. n. 4. lit. S. tom. 7.* Hoc enim casu signum Instru-
46 menti perfectio est. Nam † omissio solennitatis de Consuetudine requisitæ, ita vitiat instrumentum, sicuti omissio solennitatis juris. Mascard. *de probat. quæst. 6. n. 93. vol. 1.* Boer. *d. decis. 37.*
47 *n. 10. in fin.* 2. Nisi † Notarius firmum haberet Stylum: Masc. *d. concl. 1243. n. 20. & seq.* quia si est solitus in Instrumentis apponere signum, & in aliquo non apposuit, videtur declarare, quòd non sit rogatus, si non facit quod facere solet, post Zabarell. *cons. 133. n. 5. vers. Idem dicimus.* Tusch. *pract. concl. 242. n. 4.*
48 *lit. S.* Nota † tamen, quòd quæ de Jure, vel generali Consuetudine introducuntur, non ipsius Notarij, sed generalem Con-
49 suetudinem attendendam esse: at † si Imbreviatura extendenda sit, ipsius Notarij stylum servandum esse, juxta tradita Honthem. *d. lib. 2. cap. 52. n. 9. & lib. 3. cap. 7. n. 8. & 9.*

50 *Ampliatur* I. † In Consuetudine contraria: quia si est Consuetudo, quod non apponatur, illa est attendenda. Zabarell. *cons.*

conf. 133. n. 4. Tusch. *pract. concl. 242. n. 3. lit. S. tom. 7.* ubi addit, † factâ recognitione manus Notarij, & probato, quòd esset Notarius, authenticum relevari debet instrumentum, etiam Notario mortuo, post Zabarell. *conf. 133. per tot. maximè n. 4.* 51

Ampliatur II. † In sigillo. Etenim Tabellio sigillum suum instrumento apponere debet, si ita se habeat Consuetudo, aliàs non probaret, post Bart. *in d. l. ad testium. §. si signa. D. de testam.* & Alursium de Alb. *singul. 200.* Honthem. *d. cap. 52. num. 7.* 52

Ampliatur III. † In sigillo, quod non est de necessitate apponendum, post Card. Zabarell. *conf. 133.* Chass. *ad Conf. Burg. vers. Nous avons faict mettre nostre &c. n. 2.* 53

Ampliatur IV. † In instrumento authentico, ut & Protocollo Notarij, in quibus signum non est de substantia, sed solùm pro levi solennitate, cujus omissio non vitiat, nisi Consuetudo esset in contrarium, post Zabarell. *d. conf. 133. n. 5.* Tusch. *d. concl. 242. n. 4.* 54

Ampliatur V. † Quòd signum non sufficiat, licet debitor ex alio capite exclusus fuerit. Non enim æquè sufficienter removetur suspicio per signum, ac per subscriptionem: quia signum faciliùs imitari, & ab alio fieri potest, quàm subscriptio, ideò cessànte in signo ratione legis, cessat etiam dispositio, præcipuè in signo, quod penna & atramento fit, ab homine literarum ignaro. Surd. *decis. 137. n. 1.* Conf. pro declaratione suprà *n. 26.* 55

Ampliatur VI. † Etsi duo fuerint Scribæ sive Notarij, uterque subscribet. Nam cum duo Notarij recipiunt unum instrumentum ex Consuetudine loci, non sufficit unum eorum signare, sed utriusque signum, nisi instante necessitate, requiritur. Guid. Papæ *decis. Grationop. 122.* Petr. Rebuff. *tract. Nominat quæst. 10. n. 33.* 56

III. An

III.

57 An † Signum Notarij mutationem admittat?

Conclusio Prima.

58 *Notarius † regulariter signum suum semel electum & authenticum factum, impunè mutare non potest, sed solitum & proprium apponere debet.*

l. fin. ibi: signum, quod solitum est chartis imponi. *arg. l. eos. §. 1. D. de fals. & Nov. de Tabellionib. 44. cap. illud. 2. ibi:* & non dare occasionem quibusdam falsitatem committere. ac *Nov. 73. cap. oportet. 6. ibi*: & siqua signa invenerint adscripta chartis, etiam hæc requirere & legere niti: Reichs Abschied zu Cöllen / *de Anno 1512. §.* Die Notarien sollen auch wissen / ibi: Noch auch sein gewöhnlich Signet / ohn Gewalt deß Richters / vnd auß redlichen Vrsachen / verwandeln / ändern / oder mit eines andern Zeichen / sein Instrument zeichnen. Specul. *de Instr. Edit. §. 1. vers. In fin. auth.* Bald. *in 1. Constit. Codic. & in prin. Cod. de fid. instr.* Alex. ab Imol. *ad Rubr. D. Sol. matr. n. 8.* Jason. *ad L. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. n. 43. D. de Verb. obl. & in l. si unus. n. 2. C. de testam.* Jul. Ferret. *de re naval. cap. 15. n. 17. per l. cum Petrus Tabellio. & ibi Dd. Ext. de fid. instr.* Joan. Lupus *ad L. Tauri 3. n. 50.* Ant. Tessara *de Error. Notar. cap. 34. n. 1.* Honthem. *lib. 2. de art. Notar. cap. 52. n. 11.* Satler. *part. 2.* Notariat-Buchs *pag. 23.*

59 *Ampliatur* I. † Quòd si Notarius secus fecerit, & suum signum commutarit, falsum committat. Bald. *in l. comparationes circa fin. C. de fid. instrum.* Lanfran. *in cap. quoniam contra falsam. in partic. Sequitur instrumentorum productio.* Lupus *d. §. 50.* Moller. *lib. 4. Semest. cap. 15. n. 3.* Tessara *d. cap. 34. n. 1.*

60 *Ampliatur* II. † Ut nec alterius Notarij signo, eo nesciente & nolente citra crimen falsi uti possit, ut cuique suum sit proprium & peculiare symbolum, Reichs Abschied zu Cöllen / *de Anno 1512. d. §.* Die Notarien sollen auch wissen / ibi: oder mit eines andern Zeichen sein Instrument zeichnen. post Angel. *in cap. accedens. Ext. De Crim. fals.* & Felin. *in cap. 1. de fid. instr.* Daniel Müller

ler. *lib. 4. Semestr. cap. 15. num. 3.* Felix Faber Monach. Ulmens. *lib. 1. Histor. Suev. cap. 16. pag. 186. per l. ad testium. 22. §. si quis ex testibus. & l. pen. D. de testam. cap. significavit. de appel.*

Limitatur I. † Si urgens mutationem suadeat necessitas, 61
illaque permissu superioris fiat, post Bald. Felin. Panorm. Bertrand. & Chassan. Müller. *d. cap. 15. n. 3.* Hinc ita in *d. Ordinat. Notar. de Anno 1512. §.* Die Notarien / ibi: daß jhr (der Notarien) keiner sein gewöhnlich Notariat Signet ohn Gewalt deß Richters / vnd auß redlichen Vrsachen / verwandeln / ändern / oder &c. zeichnen mag. Hoc est, ut Petr. Denais. *in jur. Camer. tit. 196. §. 12.* vertit: Sine Judicis auctoritate, justisque causis, neque sua signa mutanto, neque sigillo alieno instrumenta subnotanto. Honthem. *d. lib. 2. cap. 52. n. 11.* Atque † ita accipio Joann. Lupum *ad* 62
L. Tauri. 3. §. 53. dum ait, cæteri verò tabelliones (scilicet, qui non sunt tabelliones Curiæ) proprio utuntur signo, quod aliquando mutare licet, ut per Bart. Bald. & Innocent. *loc. ibid. relat.*

Limitatur II. † Si Notarius signo alieno utendo, exprimat 63
se eo ex causa uti, post Bart. Fabr. & Salicet. Alex. ab Imola *ad D. Rubr. D. Solut. matr. n. 8.* Hinc Specul. *tit. de Instr. edit. §. 1. vers. in fine autem.* tangit illam quæstionem: An valeat instrumentum tabellionis, si non apposuit suum signum, & refert in quibusdam locis, ut Narbonæ, Tabelliones non uti aliquibus signis, sed solùm instrumentis se subscribere. Et licet in hoc standum sit consuetudini Regionis, tamen † utile est, unum- 64
quemque Notarium suum habere signum proprium, & illud semper instrumentis apponere, post Imol. Alex. & Bart. Jason. *ad d. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. n. 43. D. de Verb. Oblig.*

Limitatur III. † Si Judicis accedat auctoritas. *d. Ordin.* 65
de Notar. §. Die Notarien / ibi: ohn Gewalt deß Richters / *id est*, sine Judicis auctoritate. Simon Günther *thesaur. pract. in synops. Imp. Judic. tit. de Notar. 24. n. 16. pag. 696.*

Limitatur IV. † Si rationabilis causa mutationem sua- 66

deat. *d. Ordin. de Notar. §.* Die Notarien / ibi: vnd auß redlichen Vrsachen/ *hoc est,* justisque de causis. Günther. *dict. loc.*

IV.

67 ## De † Effectibus, Interpretatione & apponendi Signi Loco.

68 ### Conclusio † Prima.

Signum sine subscriptione nihil operatur; sed utrumq. intervenire convenit.

Bald. *in l. falsus in fin. per illum text. C. de furt.* Jason. *in d. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. n. 43. de Verb. obl.*

Conclusio Secunda.

69 *Signum † Tabellionis est terminus, contractum à partibus absolutum esse significans: sive, dans actui complementum.*

post Bald. Jason *in l. si ita scriptum. 14. n. 16. D. de legat. 1. & cons. 8. n. 3. vol. 3.*

Conclusio Tertia.

70 *Dicta † Doctorum de Sigillo, de signo intelligi non possunt.*

Surd. *decis. 137. n. 7.* hanc subjiciens rationem: quia, ut sigillum fidem faciat, inter alias qualitates requiratur, quòd contineat literas, quæ sunt intelligibiles: post Alber. Decium, Covarr. Cravett. & alios à Menoch. *de arb. jud. quæst. cas. 113, n. 3.* relatos: quòd si verò agatur de solo præjudicio signantis, tunc sigillum probaret sicut subscriptio: *arg. l. optimam. C. de contrah. stipul. d. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus. D. de V. O.* Caballin. *Milleloq. 66. n. 2.*

Conclusio Quarta.

71 *Signum † æquivocum ad plura, non probat alterum ex hujusmodi pluribus, nec præsumptionem ex eo inducit.*

ut pro-

ut probatur *in cap. illud* & ibi colligit Panorm. *Ext. de praesumpt.* Martin. Uran. *conf. 50. n. 15. tom. 2. & conf. 65. n. 14. Eod.*

Conclusio Quinta.

Locus † apponendi Signi ex Consuetudine patria assumendus, & secundum eam, nunc in latere, modò in fine adsciscendus. 72

Reichs Abschied zu Cöllen/ *de Anno 1512. Rubr.* Ordnung der offnen Notarien. §. darumb/ibi: nichts dominder vorbehalten/was sonsten von eines jeden Orts Gewonheit zu halten were, post Bart. & Speculat. Petr. Rebuff. *tract. Nominat. quaest. 10. n. 32.*

Ampliatur, † Quòd licet in Protocollo non expediat ponere signum Notarij, nec de Jure cautum inveniatur: Joan. Andr. ad Speculat. *tit. de fid. instr. §. Breviter. vers. In fin. autem.* Solent tamen Notarij notam aliquam apponere, juxta Cynum *in l. Contractus. C. de fid. instrum.* & in hoc statur Consuetudini. Bart. *in l. ad testium. 22. §. si quis. D. de testam.* Franc. Cardin. Zabarell. *in cap. cum P. tabellio. n. 2. Ext. de fid. instr. & conf. 133. n. 5.* Tusch. *pract. concl. 242. n. 4. lit. S. tom. 7.* Videatur omninò Thom. Grammat. *decis. Neapol. 106. n. 18. & passim.* Ita, licet, † non ad singulos actus coram se factos, saltem vel in fine totius libri, vel in principio adijciendum & imprimendum est hoc signum. *l. si quis ex argentarijs. §. si initium. D. de Edend.* Dd. *ad cap. oportet. 6. Nov. 73.* Cyn. Bald. & alij *in d. l. contractus. C. de fid. instr.* Canonistae *in d. cap. cum P. tabellio. Ext. Eod. tit.* quos sequitur Joan. Wames. *conf. 64. n. 5. cent. 1.* 73 74

§. Quartus.

DE † SIGNIS SIMILIBUS alijs. 75

SUNT & adhuc alia signa, quibus ea, quae nostra, aut nobis commissa sunt, ne alienentur, vel fraudentur, aut cognoscantur, signamus, idque varijs fit modis.

76 *Primò.* † materiæ intuitu, ut si cum Creta, Carbone, Bolo & alijs coloribus signamus: aut in cera, aut aliâ materiâ imprimendâ, aut urendo, aut stampando, aut incidendo. Stampa-
77 mus, † aut incidimus metalla, quæ nostra sunt: incidimus quoque aut inurimus dolia & vasa, aliaque lignea domus instrumenta. Dolia quoque in Orificio, ne summutetur materia, quæ imposita est, obsignantur. Nicol. Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 11. n. 7.*

78 *Secundò,* † ratione formæ: veluti, si fiat instrumentum, in quo quædam literæ per medium inciduntur, & una pars datur depositario, altera deponenti: vel forsitan non dividitur charta, sed certæ, veluti, A. B. C. D. literæ in magnâ figurâ fiunt in fine, quæ in signum dantur & dividuntur, ne possint falsificari: vel etiam alio modo ad formam ochæ, sicuti fit in panno, qui tonsori ad tondendum datur, cum ex eo aliqua parva portio, quæ vulgò leschantillon vocatur, capitur, ut remaneat Domino ad ipsum pannum recognoscendum nota. *arg. l. ad recognoscendum singulos. C. de donat. inter vir. & uxor.* Atque ita in Aquitania servari post Speculat. & Joan. Andr. testatur Nicol. Boer. *decis. 105. n. 7. & 8.*

79 Huc † spectant Cifræ, ut quando C. ponitur pro centum, de quibus vide Mascard. *de probat. conf. 288. n. 2. & seqq.* & Notæ
80 † secretæ sive occultæ aliæ, de quibus egi *tract. de Jur. Insign. cap. 18. n. 235.*

81 Item † Merchæ sive Mercantiæ mercatorum, de quarum effectibus Franc. Bursat. *cons. 123. n. 22.* & ego tract. meo *de Jur. Insign. cap. 13. n. 207. cum multis seqq.* plenè dixi.

82 Circa † quæ omnia ultimò hoc venit considerandum dubium: *An eo ipso, quòd res aliqua, puta, Equus, Bos, Ovis, Dolium &c. nostro reperitur signata signo, exinde statim nostra esse probetur?*

Ita volunt quidam Dd. 1. *arg. l. stigmata. C. de Fabricens. lib. 11.* & ibi Bartol. ac Luc. de Penna, quando fabricenses ex signo brachijs imposito, latitantes agnoscuntur. Nam

Nam optimus quisque Officialis & peritus in arte poterit prohibere alium suo signo uti, quia ejus propter sui operis bonitatem interest, ne alius artis imperitus tali signo ad confusionem operis utatur. *arg. text. in cap. In nonnullis. 15. in prin.* ibi: habitus distinguit diversitas: & *paulò post*, ibi: qualitate habitus publicè ab alijs populis distinguantur. *Extr. de Judæis.* Joan. de Platea *in d. l. stigmata.* Bart. *tract. de Insign. & arm. n. 9.* Joan. Wames. *cons. 56. n. 40. cent. 2. & cons. 96. n. 11. cent. 4.* 83

2. Per † text. in l. pen. 10. vers. Vniversos. C. de Aquaduct. 84
lib. 11. ubi Zeno Imp. sancit, quòd aquarum Custodibus, quos hydrophylacas nominant; quòd omnium aquarum regiæ urbis custodes deputati sint, singulis eorum manibus felix pietatis Imperialis nomen impressum esse debeat, ut ad hujusmodi notationem omnibus sint manifesti.

3. Bonus † ad hoc esse videtur text. in *c. si judex. 12. de sent.* 85
excommun. in 6. ubi Bonifacius VIII. Papa, post Jura Civilia supra adducta, ita determinat. Justum est enim ut ipse talis, quem gestat ex habitu (quousque appareat aliud) præsumatur, qualis is esse, cujus fert habitum, comprobatur. Ex stigmate namque consueto Fabricensibus imprimi, latitans Fabricensis agnoscitur. Et Custodes aquarum (quos hydrophylacas nominant) quæ eis insigi solet annotatione manifesti sunt omnibus & angariarum nomine nón tenentur. Isque status alicujus esse videtur, in quo ipse deprehenditur, donec contrarium doceatur.

4. Huc † quoque facere videtur illud Lucæ *cap. 20.* ibi: 86
Ostendite mihi denarium, cujus habet Imaginem & Inscriptionem: & respondentes dixerunt, Cæsaris, ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.

Sed † quia ita *Primò* de facili posset fraus committi: *Se-* 87
cundò, & probatio hæc non videtur necessariò concludere: Nam signatio non tantùm fit, ut rem meam, vel mihi obligatam esse significem: *l. 2. C. Vt nemin. lic. sin. jud. auct. signa:* sed etiam Emptor signat rem emptam ne summutetur, *l. 1. §. 2. D.*

de peric. & com. rei vend. si scil. ad mensurationem accedere oporteat: Vultej. *lib. 1. Jurisp. Rom. cap. 35.* Vel sit signatio, ut res tradita; *l. 14. in fin. D. d. tit. Cujac. com. ad tit. C. de peric. & comm.* Wesemb. *in Oeconom. d. tit. n. 16.* Vel Deposita censeatur: *Auth.* Dos data. *C. De donat. ant. nupt.* Francisc. Vivius *decis. 525. lib. 4.* Denique interdum consensus, vel testimonij causa &c. signamus, prout latè suprà *cap. 10. n. 53. cum seqq.* annotavimus. *Tertiò*, quòd possit quis alieno signo signare. *l. ad testium. 22. §. si ab ipso D. de testament.* Dicendum est, quòd licet non sit plena probatio, erit tamen optima præsumptio, arg. dictorum jurium: quibus *Quartò* jungenda sunt alia; veluti *arg. l. quæro §. fin. D. de ædil. Edict. & cap. fin. de success. ab intest. cum ibi notat.* & doctrina Bart. *in l. admonendi. n. 48. D. de jurej.*

88 Nec † obsunt superiùs in contrarium. 1. 2. & 3. loco adducta jura: quia procedunt in signo publico & determinato, ex quo per legem inducta est probatio; secus in signo privato circa quod fraus committi potest; Gometz. *infrà d. loc.* Ad
89 quartum † ex Lucæ *cap. 20.* ductum argumentum respondetur 1. quòd isto in casu Domino Deo nostro notissimum erat, quòd illius denarij imago Cæsaris esset, & ob id illi applicasset. 2. Loquitur ibi Evangelista de signo & Imagine Imperatoris, vel alicujus Principis, & quòd illud ab alio privato in
90 re sua poni non possit, & sic † signum unicum & indubitabile, quod uni personæ applicari possit, esse videatur, *arg. l. 1. & 2. C. Ut nemo privatus titul. suos præd. suis & al. imp. & ibi. Dd.* Anton. Gometz. *com. ad L. Tauri 45. n. 77.* Pluribus de hac quæstione vide Nicol. Boer. *decis. Burdegal. 105. n. 9. & 10.* Octav. Cacheran. *decis. Pedemont. 40.* & alios similes.

21 Tantum † est, quod de quotidianâ, summè utili & praxi satis nobilitatâ SIGILLORUM, *Subscriptionum* & Notariatus *Signorum* materiâ divinâ, haud usquam mordacia invidi Momi morans spicula, an-
92 nuente & favente gratiâ, (Infelix † enim labor est, juxta

juxta Dionyſij Gothofredi Symbolum, qui Pietate caret, hactenus obſervavi, & ad optatum ſuſceptorum laborum finem hoc ipſo perduxi. Tuum, ô Alme Deus, cum hoc ſit beneficium, qui hanc in rem, boni publici nomine, vitam mihi volueris eſſe ſuperſtitem, vireſque integras, tibi SOLI SIT LAUS ET GLORIA IN SECULORUM SECULA.

FINIS.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM, IN HOC TRACTATU comprehensorum, quorum prior numerus Caput, posterior autem Marginalem numerum ostendit.

A.

Com-

Falsum

G.

H.

I.

Judex

in

ex

Vuu Olden-

Reco-

Scriptio,

Signum

Sigillum

F I N I S.